
GAUDEO

GEOGRAPHICA
GLOBI TERRAQUEI SYNOPSIS.

EX VARJIS AUCTORIBUS,

At præſertim HÜBNERO celebri Germaniæ Geographo concinnata in uſum ſtudioſæ Juventutis.



UTINI, M.DC.CXXXII.

Typis Jo: Baptiſtæ Fongarini.

SUPERIORUM PERMISSU.

PRÆLIMINARIA,

De Generali Globi Terraquei Divisione.



Tſi permulta ſint, quæ ad generalem globi terraquei notitiam ſpectare videantur; præter rudem tamen ejus diviſionem, in præſentiarum nihil attingetur. Eſt porrò orbis diviſio alia Mathematica, Phyſica alia, alia Politica: prima quoſdam ut ùt mente duntaxat deſcriptos in terra exibet circulos, quos inter notandus cumprimis eſt Æquinoctialis ſeu Æquator, qui ab utroque polo æqualiter remotus totum orbem in duas partes æquales ſecat. 360. hic gradus complectitur, gradus quilibet 15. Germ. milli. ut proinde totus globi ambitus 5400. Germ. mil. definiatur. Præterea 60. minuta gradus quivis continet, quorum quodlibet quartam milliaris partem conſtituit. Horum maximè in particularium regionum mappis habenda ratio, nè cum gradibus confundantur. Lineæ in longum productæ, & in duobus punctis concurrentes geminos Polos deſignant, in Septentrione Arcticum: Antarcticum in Meridie. Circuli reliqui commodiùs alibi exponentur. Diviſione Phyſica orbis in terram & aquam dividitur, quæ tam varia ſeſe inter ratione miſcentur, ut etiam-

num omnes Regiones & Insulæ non sint inventæ, aut peragratæ. Notas inter principem locum sibi vendicant: Europa, quæ Septentrionem respicit, & minima est: Asia, quæ Orientem & maxima: Africa Meridiei proxima, & calidissima: America denique, quæ in Occidente sita omnium ditissima habetur. Atque hæc est pars illa, quæ bina ante sæcula Americo & Vesputio Duce artis nauticæ industriâ detecta est. Terræ verò incognitæ illæ dicuntur, quæ geminis Polis sunt proximæ, & ob nimiam frigoris inclementiam accedi non possunt. Aqua communi nomine Oceanus dicitur, qui Americâ nondum cognitâ quatuor à totidem ventis sortitus nomina in Septentrionalem (qui etiam Glacialis est) seu Borealem; in Occidentalem seu Atlanticum, in Australem seu Æthiopicum, in Orientalem denique seu Indicum dividebatur. At postquam orbis novus repertus est, bina adhuc adjuncta sunt maria; unum, quod à dextris Americæ est, & Septentrionale vulgò *Mar du Nord* dicitur, alterum à sinistris, quod Pacificum, vulgò *Mar del Zur* nuncupatur. His quidam addunt tertium Magellanicum, quod Americam & terram Australem incognitam intercedit. Divisio demùm Politica, & quæ in mappis continuo, certóque tractu collocatis designatur punctulis in Regna & Imperia, Ducatus & Principatus &c. facta est, cujus accuratior per decursum notitia præbebitur.

PARS

PARS PRIMA.

EUROPA.

CAPUT I.

DE EUROPA IN GENERE.

Quæst. QUæ nominis Etymologia? *Resp.* Dicitur appellationem desumpsisse ab Europo Syciniorum Rege in Peloponneso celebratissimo, aut ab Europa Tyria Agenoris Phœnicum Regis filia à Jove in forma tauri rapta.

Q. Quis situs? *R.* Longa à Lusitania usque ad Moscoviæ fl. Obium 900. lata à Svecia usque in Græciam 550. Germ. mill. A Septentrione habet mare glaciale, seu oceanum Septentrionalem, & oceanum Sarmaticum, quibus à terra Polari Arctica separatur; ab Oriente habet Asiam versus mare Ægeum, Hellespontum, Bosphorum Thracium, Paludem Meotidem, Tanaim & Obium fl. à Meridie Freto Herculeo, & mari Mediteraneo. Ab occasu oceano Occidentali & parte maris Atlantici terminatur.

Q. Quæ ejus figura? *R.* Quamquam strabo Draconis volantis esse velit, receptum tamen est esse Virginis, cujus ornamentum capitis Lusitania, facies Hispania, collum extrema Galliæ Pyrenneis subjecta montibus, pectus Gallia, ambo brachia Italia, ac Britannia, axillæ Belgium & Helvetia, venter Germania, genua Dania, Suecia, Norwegia, vestis reliqua ad pedes usque diffusa Moscovia, Hungaria, Græcia &c.

Q. Quæ maria Europam alluunt? *R.* Mediterraneum estque illud, quod Europâ, Asiâ, & Africâ concluditur ceu in medio terrarum situm est. Mare Atlanticum alluit partem occidentalem Lusitaniæ, quare ab incolis Lusitanum dicitur. Oceanus Deucaledonius à Septentrione Scotiæ adjacet. Mare Germanicum est inter Angliam, Daniam, & Germaniam, Balticum verò inter Germaniam, Daniam, & Sueciam. Mare Glaciale ad Septentrionem Sueciæ situm est pars magni Oceani Septentrionalis. A glacie nomen habet, quòd toto ferè anno Septentrionali frigore stringatur. Mare album pars est Maris Glacialis, quæ intra Moscoviam sese protendit. Mare nigrum, alio nomine Pontus Euxinus inter Asiam & Europam interjacet. Sunt & alia maria, quæ à Regnis, aut Provincjis vicinis nomen sortiuntur, ut Balearicum, Ligusticum, Cantabricum; sed horum, ubi Regionum ipsarum, mentio fiet.

Q. Quæ aqua marina in Europa? *R.* Marina maris Mediterranei est *Balearicum* circa Hispaniam; *Ligusticum* circa Genuam; *Adriaticum* propè Venetias; *Toscanum* propè Hetruriam; *Jonium* inter Italiam & Græciam; *Tyrrhenum* inter Asiam & Ægyptum. Maris Septentrionalis verò: Mare *Gallicum*, *Germanicum*, *Britannicum*, *Aquitanicum*, *Cantabricum*, *Hibernicum*, *Deucaledonium*, quæ pro diversitate Regionum nomina accepêre.

Q. Quæ linguæ matrices? *R.* 16. *Gothica*, cujus usus in Orcadibus & Islandia ulteriori; *Finnonica*, quâ Finnones & Lappones utuntur; *Livonica*; *Cauchorum*; *Teutonica*, cujus idiomata sunt Norwegica, Danica, Suecica, Germanica, Belgica, & Anglica; *Hibernica*, *Britannica*, quæ in Gallica Britannia usurpatur; *Cantabrica*, *Arabica*, *Latina*, *Græca*, *Epirotica*, *Illyrica*, *Lazigienna*, quæ veterum Avarum erat; *Hungarica ac Tartarica*. Quas omnes alii ad quatuor reducunt: *Latinam*, *Græcam*, *Theutonicam*, & *Slavo-*

Slavonicam. Hi Characteres usurpant 5. cæterorum radices: *Latinos*, *Græcos*, *Hjeronymianos*, *Ruthenicos*, & *Gothicos*.

Q. Qui mores in gentibus Europæis? *R*. Ut origine hæ gentes diversæ sunt, ita moribus discrepant. Orientales hodie ut plurimùm literarum sunt expertes, Occidentales studjis animum quàm diligentissimè excolunt. Illi moribus duriores, austerioréſque, callidi, & astuti; Hi tractabiliores, magísque aperti & candidi. Illi caput tegunt vittis atque mitris, laxis & fluxis utuntur vestibus. Hi pileis utuntur, & vestes adstrictas corpori applicant.

Q. Quibus rebus Europæi cæteros orbis incolas superent? *R*. Veritate Religionis Catholicæ, studiô bonarum litterarum, Inventione variarum artium, Fortitudine militari, Armorum tractatione, Urbium copiâ, elegantiâ, & habitandi commoditate.

CAPUT II.

DE LUSITANIA.

Q. Quæ nominis Origo? *R*. Ab Ana fluv. cujus Lusitani ripas incoluêre, & quem Martianus Capella *Lusitanum* vocat. Alii à Portu Cale, seu Porto. Cale urbe, Portugalliam dicunt.

Q. Quis situs? *R*. Ab occasu & Meridie mari Atlantico, ab Oriente & Septentrione Hispaniâ terminatur; Longitudo est 80. latitudo 50. Germ. mill.

Q. Qui fluvii reperiuntur in Lusitania? *R*. Præcipui *Tagus*, *Durius*, *Anas*, qui mare Atlanticum petunt, *Munda* & *Minius*, omnes auri ramenta vehentes, *Anas* fl. in Hispania ad Medelinam cuniculo conditur, & post 8. mill. Germ. primùm renascitur.

Q. Quæ Regni diviſio? *R.* Præcipuè in regnum Luſitaniæ & Algarbiæ, à quo montium jugô ſeparatur. In regno Luſitaniæ ſunt quinque Provinciæ.

Prima eſt *Extremadura* inter Mundam & Tagum, ubi Urbes. 1. *Olyſſippo Lisbona* Regum ſedes, Urbs ſeptem ſuperſtructa collibus, Regni Metropolis, habens portas ingreſſus 34. Longitudinem 2. milliar. Portum ad 4. mill. protenſum, ab Archiepiſcopo, Univerſitate, Inquiſitionis officio & commercjis celebris. 2. *Setubalìa* portus 600. paſſibus longus, & 3000. latus, de cujus ſale Rex plura colligit vectigalia, quàm Rex Hiſpaniæ ex toto Regno Arragoniæ. 3. *Santarein Irenopolis*, ab oſſibus Divæ Irenes ſic dicta, oleis admodùm ferax. 4. *Leiria* Epiſcopalis. 5. *Almerinum* Regius recreationis locus. 6. *Aliubarotta* Oppidum celebre à pugna Hiſpanos inter & Luſitanos anno 1385. inita, eventu Hiſpanis parùm propitio.

Secunda eſt *Tranſtagana: Alentejo*, ubi 1. Metropolis eſt *Ebora* Archiepiſcopatu, & Univerſitate, item pugnâ decretoriâ cum Hiſpanis An. 1663. illuſtris. Fertur in medio Urbis foro varii generis Notarios & Scribas venditores agere litterarum amatoriarum, Epitaphiorum &c. 2. *Heloæ* Romano aquæductu ad integrum ferè milliare extensô claræ. 3. *Olivenza*, caſtrum in limite Extremaduræ captum ab Hiſpanis & redditum A. 1668. 4. *Portus Alacris* Epiſcopalis. 5. *Caſtel de Vide* Arx, quæ poſtremo bello innotuit. 6. *Pax Julia; Beja* magna & probè munita. 7. *Ulricum: Ourique* Arx vetus, ad quam Anno 1139. Mauri à Chriſtianis fuſi. 8. *Villa viciosa* Regius recreationis locus. 9. *Eſtremos*, Urbs conſpicua, & valida arce munita.

Tertia *Beira*: Urbes præcipuæ ſunt 1. *Conimbrica* ad Mundam fl. ſita Univerſitate & Epiſcopo clara, templis ſuperbit omnibus ex marmore ædificatis, Ponte 839. paſſuum, arcuum 30. Viciniâ item in qua

fons

fons *Ferventia* omnia admota abſorbens, & alius nunc obſtructus injecta reſpuens. 2. *Viſeum*. 3. *Lamega*. 4. *Guarda* cujus Epiſcopus eſt Suffraganeus Archiepiſcopi Bracarenſis. 5. *Salva terra* finitima ab Hiſpanis 1704. occupata, ſed rurſus perdita. 6. *Caſtellum album* ultimo bello clarum.

Quarta *Interamnenſis* ſic fortè dicta, quòd intra Minium & Durium jaceat, Luſitanico idiomate *entro Minho, e Douro*: in hac Urbes 1. *Braccara Auguſta* cum Archiepiſcopo totius regni Primate, condita eſt à Gallis Braccatis, & quondam Regum Suecorum, Gothorúmque ſedes. 2. *Portus Cale* ad oſtia Durii Batavorum mercimonjis frequens. 3. *Vimarinum* exigua Civitas, titulum Ducatûs gerit. 4. Villa Condæa ad oſtia Avi fluvii. 5. Viana Limii, ad oſtia Limæ. 6. Pons Limæ, Urbs à ponte inſigni, qui Limæ fluvio inſternitur, appellata.

Quinta *Tranſmontana* à fl. Tamoga uſque ad urbem Mirandam patens. Ejus urbes ſunt 1. *Miranda Durii* Epiſcopalis benè munita. 2. *Bragantia*, Ducatus Regnantis in Luſitania Familiæ proprius, à quo Duces Brigantini dicebantur uſque ad annum 1640. cùm regnare cœperunt. 3. *Villa Regalis* Ducatûs titulô inſignis. 4. *Moncorvium*, oppidum amplum ad Durii & Iaboris confluentem. 5. *Pinelum*, Urbecula bene munita.

In Regno Algarbiæ urbes ſunt. 1. *Tavila* Metropolis Regni, portu & arce inſtructa. 2. *Silvæ* regni prius Metropolis nunc propè deſerta. 3. *Pharus* Epiſcopo portúque clara. 4. *Promontorium Sacrum* ſeu *S. Vincentii* totius Europæ ultimum. 5. *Lacobriga: Lagos* Oppidum à Joanne III. Rege Luſitaniæ nobili Pharo ornatum. 6. *Sagres* Civitas cum portu. Sunt in hoc Regno non procul Promontorio Sacro complures thermæ aquæ mineralis.

Q. Quis Status Politicus? *R.* A primo ſui ortu uſque ad A. 1580. propriô Rege gaudebant; à Philippo II.

Hispaniarum Rege juncta est Hispaniæ, à qua A. 1640. sub Philippo IV. cum attinentibus Regionibus defecit, Duce Brigantiæ, antehac jam tertiam Regni partem obtinente, in Regem creato. Hic etiam plures in aljis orbis partibus terras possidet, de quibus suo loco. Regnum est hæreditarium, & deficiente hærede masculo succedit fęmina.

Q. Quæ Regionis qualitates? *R.* 1. Fertilis est, nam abundat vinô, sale, oleô, lapide pretiosô, re pecuaria, frumentô, ita ut in una Eboræ Parœcia subinde 45000. modiorum tritici pro decimis colligantur. 2. Aëris temperiem commendat fluminum, & pascuorum frequentia, quorum 52. continet.

Q. Quid de inquilinis habetur. *R.* Copiosi sunt adeò ut tempore Augusti 5068000. Patrum familias numerata sint. Religionem colunt omnes Catholicam, quoad intellectum sunt ingeniosi, non æquè morosi ac Hispani; quoad voluntatem habentur à plerisque superbi, avari, & fraudulenti. Omnes neglectis potissimùm armis & studjis mercaturam sequuntur.

CAPUT III.

DE HISPANIA.

Q. QUæ nominis origo? *R.* Alii Iberiam dicunt, vel à fl. Ibero, vel Ibero filio Herculis, vel Ibero Thubalis filio; alii Hispaniam vel à Rege Hispano X. vel ab urbe Hispali, vel græca voce *Spania*, ob raritatem incolarum, & sterilitatem terræ. Alii Hesperiam quasi omnium Occidentalium regionum ultimam.

Q. Quis situs? *R.* Figuram exhibet Velleris; Longa juxta, ac lata 150. mill. Germ. ad ortum Pyrenæis montibus perpetua nive tectis, ad occasum Regno

Lusita-

Lusitaniæ; ad Meridiem mari Mediterraneo seu Iberico, quod Pyratarum frequentibus irruptionibus expositum. Ad Septentrionem mari Cantabrico ob Anglorum Commercia summè utili cingitur.

Q. Qui Hispaniæ fluvii? *R. Tagus*, *Hispanicè Tajo*, per Lusitaniam transiens Atlantico miscetur. Durius, *Douro*. Anas, Guadiana. Bætis, Guadalquivir. Omnes ab Oceano Atlantico hauriuntur. Iberus in Mediterraneum sese exonerat, à quo Mediterraneum Mare qua parte Hispaniæ littora alluit, Iberum nominatur.

Q. Quæ antiqua Hispaniæ divisio? *R.* In tres Provincias: *Lusitanicam* seu modernum Lusitaniæ regnum, *Bæticam*, & *Tarraconensem*, quarum illa, quidquid fl. Bæti adjacet, hæc reliquum omne continebat. Populi fuere 17. Astures in Asturia, Bastuli ad fretum Gaditanum, Carpetani ad Madritum, Cantabri in Biscaja, Celtiberi in Arragonia, Gallæci in Gallicia, Hispalenses circa Sevillam, Ilergetes in Catalonia, Oretani in Extremadura, Numantini ad fontes Durii, Saguntini in Valentia, Turdetani circa Pacem Augustam. Turduli in Corduba, Vaccæi in regno legionis, Varduli in Ipuscoa, Vascones in Navarra, Vettones circa Salamancam.

Q. Quæ moderna Hispaniæ divisio est? *R.* In 14. Provincias, inter quas 10. regna, 3. Provinciæ, & unus Principatus est; & quasdam insulas. Regna sunt in medio, *Castilia nova* ad Tagum fl. *Castilia vetus* ad Durium, Occidentem versus *Legio*, *Andalusia* ad Meridiem *Granada*, *Murcia*, *Valentia*; versus Septentrionem ad mare Cantabricum *Gallica* ad Ortum *Navarra*, *Arragonia*. Provinciæ sunt *Extremadura* inter regna Legionis & Andalusiæ, *Asturia*, *Biscaja* ad mare Cantabricum. Principatus est *Catalonia*. Insulæ sunt *Baleares & Pityusæ*.

Q. Quæ Urbes præcipuæ prædictarum Regionum? *R.* In *Castilia nova* corde Hispaniæ montibus undi-

que

que clauſo Metropolis eſt, quæ & totius Hiſpaniæ caput, *Mantua Carpetanorum*, *Madritum* in editiori clivo Guadaramæ fl. omnium limpidiſſimo adſitum. Longa hæc urbs eſt paſſus 3100. lata 2600. frequenti populo, & ſalubri aëre potitur, ob quem Hiſpaniarum Reginæ antea partûs tempore Madritum advolârunt, & Carolus V. recèns eo adveniens quartanâ, quâ laborabat, brevi liberatus eſt. Domus Civium plerumque humiles ſunt. Circumdatur mænibus, igne tamen cinctam cantavit Menna ob ſilicum circumjacentium copiam. Celebre denique eſt Noſocomium S. Hjeronymi, quod quot diebus 1200. alimenta ſubminiſtrat. 2. *Toletum Toledo* olim regni ſedes præaltæ rupi inſidens 1500. turribus conſpicuum, & egregjis muris munitum, claret præterea Univerſitate & Archiepiſcopo univerſi Regni Hiſpaniæ Primate; habet ille ſubditas ſibi urbes omninò 17. Canonicos 40. Archiepiſcopalis Eccleſia inſigni decore fulget, in ea chorus è pretioſis lapidibus conſtructus, vitam Chriſti inciſam gerit; dein 40. grandibus accenſis lampadibus illuſtratur, patétque porta ex metallo puriſſimo conflata. Hac in urbe 20. quondam Concilia celebrata ſunt: & ſericum a 10000. opificum elaboratum. 3. *Complutum: Alcala des Henares* Bibliorum complutenſium impenſis Ximenii Cardinalis Archiepiſcopi Toletani Hebraicè, Caldaicè, Græcè & Latinè editorum nomine, & Univerſitate ab eodem A. 1515. fundata notum. 4. *Scoriacum Eſcurial* admirandi operis moles ab Hiſpanis ſeptem mundi miraculis par habita. Monaſterium eſt à Philippo II. S. Laurentio dedicatum, ob illatam funeſtiſſimam Gallis cladem ad S. Quintinum in Veromanduis, in cujus oppidi obſidione Hiſpani Cœnobium quoddam D. Laurentii honoribus conſecratum in tormentarios ſuggeſtus converterant. Inſudatum in id totos omninò annos 30. impenſis 20. vel ut alii 250. auri millionibus. Aſſurgit in quadraturam ſingulis angulis ſingulas.

gulas turres efficientibus. Intrantibus Ecclesiam ejus ad lævam insigne Regium conspicitur fulmini incisum, & ex Arabia allatum. Pars plurima Altaris maximi lapis est porphyrius & orbiculi fenestrarum Crystallini. Insignia Organa quatuor. Pulpitum, cui missæ liber incumbit, chalybeum 14. centenariorum pondus adæquat. Bibliotheca complures Reges in admirationem rapuit, Longa ea est 185. & lata 24. passibus. Repositoria ex ligno Indiaco facta 20000. Librorum complectuntur. Portas dictum Monasterium continet 1400. quibus reserandis numerus clavium 7. centenariorum pondus facit. Hæc ipsa tamen tantæ Majestatis structura A. 1671. incendio miserè fœdata est. 5. *Concha*, *Cuenca* Episcopalis. 6. *Calatrava* ad fluv. Guadianam sita; nomen hæc dedit ordini Equitum adversus Saracenos à Regibus Hispaniarum constituto. Militibus vestis est rubra cruce insignis. 7. *Molina* in finibus Arragoniæ sita, quæ titulo etiam regio inseritur. 8. *Buenretiro & Aranjues* secessus regii: in posteriori mira est salientium fontium delectatio. 9. *Losa* Montana quædam Castiliam ab Andalusia dividentia, in quorum faucibus eam tres Hispaniarum Reges de Miramamolino retulêre victoriam, quâ majorem Hispania non vidit, Christianis in pugna non, nisi 25. Maurorum verò 200000. internecione deletis. 10. Civitas Regia ampla quidem, sed incolis parùm dives. 11. Villavitiosa, & Alamanza celebres ob pugnas inter Fœderatos, & Gallhispanos anno 1707. & 1710.

In *Castilia vetere*, cujus incolas Vaccæos dixêre Romani, apud quos agricolam læsisse capitale fuit; nunc veteres Castellani dicuntur, vel quod Castellum aureum rubro insertum scuto pro insigni habeant, vel potiùs à Castello vetere, quod Pelagius Rex Legionensis excitavit, urbes præcipuæ sunt: 1. *Burgi* urbs concinnis ornata ædibus: in ejus primaria Basilica eodem tempore sacra officia in quinque sacel-

lis

lis cantari queunt, nullo alteri impedimentum adferente. Crucifixus Burgensis tota Hispania celebris à Nicodemo, ut creditur, factus in Augustinianorum templo colitur. Notum est non tantùm urbis hujus Archiepiscopum de prærogativa cum Toletano contendere, sed & ipsos incolas, quam litem Alphonsus XI. mirâ solvit subtilitate. 2. *Valisoletum* veterum *Pincia*, scientiarum Lyceum nobilissimum, & quondam sedes Regia. Episcopus hujus suffraganeus Toletani est. 3. *Seguntia*. 4. *Abula* ambæ Episcopis & Academjis nobiles. 5. *Segovia; Segubia*, *Arevacorum Urbs*, Episcopatu divite, necnon aquæductu (qui putatur Trajani opus) ornata. Nullibi ac isthic pannus texitur nobilior. Hìc solùm & Hispali pecunia cuditur. 6. *Osma*, Latin. *Oxama* Episcopalis 300. non ampliùs casarum, eo sita loco ubi Uxania olim à Pompejo excisa est. Universitatem suam habet. 7. *Calaguria* Urbs Episcopalis, Divi Dominici Patria. 8. *Metina Cœli* in Arragonum finibus celebris Ducatus. 9. *Lerma* municipium nobile, caput famosi itidem Ducatus. 10. *In Territorio Ruconiæ*, hisp. *Rioja*, aut *Rioxa*, est Lucronium, Civitas exigua.

In *Pelendonibus* monstrantur rudera urbis Numantiæ, quæ sine muro, turribus Scipionem Africanum sola sustinuit. Victæ urbis nullus superfuit, qui in catenis duceretur: præda ut de pauperibus nulla, triumphus tantúm fuit de nomine. Denique regnum hoc Lanâ & selectâ Hispanicæ linguæ dialectô cæteris præstat.

In regno *Legionis*, cui nomen dedit Pelagius, dum devictis Mauris Gothorum missis insignibus Leonem in albo campo ferocientem sumpsit, urbes sunt: 1. *Legio*, *Leon* Episcopalis condita à militibus Legionis septimæ imperante Nerva. In Basilica 30. Reges, & Carolus V. Imperator sepultus est. Extant etiam hic viæ cujusdam militaris reliquiæ, quam à Mediolano per Narbonensem penè insanâ profusione

duxisse

duxisse Romani perhibentur. 2. *Salamantica*, *Salamanca* Episcopo & Universitate totius Hispaniæ celeberrimâ ornata, tres intra montes sita, bellica virtute adversus Hannibalem clara. Murorum ambitus 6366. passibus definitur, portis constat 13. Collegjis 25. quæ curæ Judicis, & 36. Senatorum demandata sunt. In Academia olim studiosi 8000. imô ut alii 15000. numerabantur. Hodie Professores 75. liberales disciplinas tradunt. 3. *Asturiga*. 4. *Zamora*. 5. *Civitas Roderici*, cujus incolæ corii ut plurimum mercaturâ victitant, urbes omnes Episcopales. 6. *Taurus*, *Toro* apud Historicos nota. 7. *Palentia* Academia & Episcopo celebris. 8. *Ledesma* locus natalis Comitum de Ledesma.

In Provincia *Extremadura* sic dicta, quod inter Mauros & Christianos limes esset extremus, sunt. 1. *Pax Augusta*; *Badajoz* munimentum Lusitaniæ finitimum: gaudet Episcopo, & viciniâ delicatis fructibus oleísque ferace. 2. *Emerita* nunc *Merida* ab Augusto in Vettonibus condita post devictos Cantabros & ab emeritis militibus, quos in ea constituit Emerita dicta. Nunc præter ruinas ostentat nihil, ipso etiam Archiepiscopo à Calixto Sum. Pont. Compostellam traducto. 3. *Alcantara* Religiosorum Equestris Ordinis de Alcantara propria. Equites in lævo pectore gestant Viridem liligeram crucem veste cæterùm albâ induti. 4. *Placentia* Episcopalis à Græcis Epirotis condita, probè munita, & *Ambrosia* dicta, ab Alphonso reparata Placentiáque appellata. 5. *Cauria* Episcopalis. 6. *Madrigallexum* pagus Magni Regis Ferdinandi Catholici morte A. 1516. clarus. 7. *Albuquercum* Ducatus. 8. Monasterium *S. Justi* in quo Carolus V. abdicato Regimine A. 1558. vitam terminavit.

In *Andalusiæ* Regno totius Hispaniæ fertilissimo, quod etiam frumentum optimum, & sylvas integras ex oleis habet, & ob id granarium Hispaniæ dici-

tur,

tur, urbes sunt. 1. *Hispalis* seu *Sevilia* totius Hispaniæ celeberrima, tractandis commercjis summè idonea, Academiâ omnium Hispaniæ antiquissimâ, & Archiepiscopo nobilis. 2. *Fanum S. Luciferi. S. Lucar* cum nobili portu, qui clavis vocatur Sevilliæ, & salinâ totius Hispaniæ optimâ. 3. *Corduba* Episcopalis prima à Romanis Duce Marcello ducta Colonia, abundat ære Mariani montis; Ecclesia principalis portis constat 24. & Columnis ex nigro marmore 365. Campana in prædicatorum Cœnobio, ut testatur Joannes Lupus, sua sponté pulsatur, quoties hujus loci Religiosus aliquis propediem moriturus est. 4. *Gibraltaria* olim Heraclea Præsidium adversus Mauros in capite freti Herculei situm, monti *Calpe* hæc insidet, qui cum opposito monte *Abyla*, cui *Ceuta* superstructa est geminæ Herculis columnæ dicuntur A. 1705. à Gallis oppugnata, acerrimè tamen defensa est: hodie Anglis paret. 5. *Algezira* munita olim civitas. 6. *Tariffa* in cujus vicinia A. 1340. nobilem adversus Mauros victoriam Christiani reportârunt. 7. *Ubeda* ad fauces *Losæ* sita, ubi supra memorata A. 1212. victoria contigit. 8. *Xera* ad quam Duces C. Pompeii à Cæsare concisi, Gothíque A. 714. cum postremo suo Rege Roderico à Saracenis deleti. 9. *Arcus*. 10. *Sidonia*. 11. *Offuna* omnes ducatûs titulô insignes. 12. *Agmontium* munimentum Guadianæ ostjis appositum. 13. *Biatia* Academiâ illustris. 14. *Portus Gaditanus* celebre Præsidium à Julio Cæsare olim civitate donatum, Portus hic A. 1702. armis Anglorum frustra tentatus est, cæterùm ob classem argenti divitem, quæ hìc appellere consuevit, celebratur. Regnum hoc etiam *Vandalitia* dicitur à Vandalis, qui V. Sæc. id occupârunt, & à Gothis dein in Affricam pulsi sunt.

In Regno *Granadæ* incolis refertissimo urbes sunt. 1. *Granata* Hispaniæ maxima. Ambitus illius. 3. Germ. mill. complectitur, cum 12. portis magnificis

& tur-

& turribus 1030. urbs in 4. eſt diviſa partes, *Granadam*, *Montem Solis*, *Albucinam*, & *Antequerulam*. In *Granadenſi* parte notatur domus Alcacerica, ubi omnis generis merces væneunt. In *Monte Solis* Caſtellum regium à Philippo II. exſtructum, & vetus *Maurorum* admirandæ amplitudinis palatium. Sericô abundat hæc civitas, Univerſitate denique claret & Archiepiſcopo. 2. *Malacca* armamentariô contra Maurorum irruptiones inſtructiſſima, & duobus Caſtellis munita. 3. *Almeria* Portus. 4. *Guadicia* ambæ Epiſcopales. 5. *Promontorium Charidemum*, *Cabo de Gates*.

In Regno *Murciæ*, quod ob ſitûs amœnitatem hortus regius dicitur, ſunt. 1. *Murcia*, cujus Baſilicæ tectum adeò mirandum eſt: ut 100. perſonæ illud inambulent. Poma profert Citrina tantæ magnitudinis, quanta videmus capita infantum. 2. *Carthago nova* Pœnorum opus cum portu 200. triremium capaci. Erant hìc olim Argenti fodinæ, ex quibus 400. homines 25. millia drachmarum per dies ſingulos reddebant. 3. *Promontorium Saturni* antiquis *Scombrarium*, ubi Pharus in Vertice eminet. 4. *Caravacca* ubi ſervatur crux è cœlo delapſa Sacerdoti ſacra facturo, hinc cruces toto orbe celebres & fulminum amuleta.

In Regno *Valentia* urbes ſunt. 1. *Valentia* Archiepiſcopo & Academiâ clara. Ab Hiſpanis formoſa dicitur, ejus incolæ ut voluptuarii contemnuntur. 2. *Portus Alonenſis*, *Alicante* unde vinum generoſum effertur. 3. *Morviedro* ubi *Saguntus* clade ſua ab Hannibale illatâ inſignis extitit. 4. *Gandia* Ducatûs titulô prædita. 5. *Oriola* ad fines Murciæ Epiſcopalis. 6. *Denia* portus commodus.

In Regno *Gallicia* ſunt 1. *Compoſtella*, *Sant Jago* regni caput, D. Jacobi oſſibus & peregrinationibus illuc inſtitutis clara. Campana hìc ſuſpenſa viſitur 300. Centenarios pondere excedens. Ad hæc Univerſitatem habet & Archiepiſcopum. 2. *Caronium*:

Corun-

Corunna elegantibus instructum ædificjis, cujus portus magnæ cujusvis classis capax esse dicitur. 3. *Bajona* munimentum Lusitaniæ finitimum. 4. *Vigum*, *Vigos* portus, cui dum A. 1702. redux ex Indjis argenti præsertim dives copiâ classis succedere pararet, ab irruentibus Fœderatis quà capta, quà demersa est. A. verò 1719. Portus ipse Anglorum armis occupatus est. 5. *Promontorium Artabrum Cabo de finis terræ*, sic dicitur ob situm, qui ante repertas occidentales Indias ad fines orbis terræ credebatur. 6. *Lucus*. 7. *Auria*. 8. *Tuda*. 9. *Mindonia* quatuor urbes Episcopales.

In *Provincia Asturiæ*, à qua Hispaniæ hæres Princeps Asturiæ vocatur, urbes sunt: 1. *Ovetum*, raros habens incolas Academiam tamen, & Episcopum. 2. *Julianopolis* vix memoria digna. 3. *Villa Viciosa* Portus commodus.

In Provincia *Biscaja* olim *Cantabria* urbes præcipuæ sunt: 1. *Bellum Vadum Bilbao* seu *Flaviobriga* Batavorum cumprimis mercimonjis celebris. Ex hujus portu quot annis minimùm 50. naves lanâ onustæ in exteros emittuntur. 2. *Andreopolis*. 3. *Laredum*. 4. *Portus Passagius*. 5. *Sebastianopolis* omnes commodi portus. 6. *Fuentarabia* seu *Fons rapidus* forte præsidium, quod unà cum Sebastianopoli 1719. Gallorum armis cedere coactum fuit. 7. *Ognatum* solâ Academiâ notum. 8. *Victoria* benè munita: adjacens regio Alava dicitur. 9. *Lucronium* exiguæ famæ, cui adsita Regio *Ruconiæ* nomen obtinet. 10. *Tolosa* cum regione *Ipuscoa*, quæ regio multùm ferro, ac chalybe 80000. ducatorum quot annis quæstum dante; plurimùm verò natalibus S. Ignatii Lojolæ S. J. Fundatoris per orbem inclaruit. In hoc regno peculiaria sunt: 1. Insula Phasianorum in medio *Vidassi* fl. ubi 1659. Pax Pyrenea cum Gallis conclusa est. 2. Quod vinô careat, & triticô, potionem supplente pomorum copiâ. 3. Quod panem ex millio conficiant, & ferri fodinis adeò abundet, ut Vulcani offici-

officina dicatur. 4. Quod incolæ omnes nobiles olim nati ſint.

In *Navarræi Regni* parte ſuperiore (inferior enim trans Pyrenes juga ſita Regi Galliarum paret, qui Rex Navarræ dici vult, ob jus, quod prætendit in Superiorem) à Ferdinando Catholico A. 1512. Anglorum ope Hiſpaniæ adjunctâ, urbes ſunt: 1. *Pampelona*, *Pompejopolis* duplici caſtello munita, vulnere D. Ignatii Lojolæ S. J. Fundatoris Defenſoris ſui clara. 2. *Tafala* ſedes quondam regia. 3. *Viana*, quæ olim nomen dedit regni Navarræ hæredibus. 4. Notantur juga Pyrenæa maxima *Ronceval* dicta, ubi Rolandus Caroli M. affinis contabuit.

In Regno *Arragoniæ*, quod ab Arragone fl. vel Tarracone urbe dicitur, ſunt: 1. *Cæſar-Auguſta*, *Saragoſſa* Archiepiſcopô, Academiâ, regjiſque palatjis ſuperba. In circumſitis montibus reperitur ſal miræ dulcedinis, quem diceres ſaccarô temperatum; item lapides ejuſdem coloris, & magnitudinis cum oleis, imò & nonnulli ſic efformati in coturnices, ut arte elaboratas crederes. 2. *Oſca victrix* in cujus Academia Pilatus literis operam dediſſe fertur. 3. *Jacea*. 4. *Barbaſtrum*. 5. *Taraſona*, cui adjacet *Patacina*, ubi natus Molinos Quietiſtarum Author. 6. *Terula*. 7. *Albaracina* omnes quinque Epiſcopales. 8. *Ainſa* caput olim regni *Suprarbiæ* quod comitatus geminos *Suprarbiam* & *Ripacurtiam* complectebatur, cujus tamen nulla hodie, nè in mappis quidem extant veſtigia. 9. *Dorocca* in cujus quodam templo ſaxum oſtenditur (quod non malè refert hominem) in quod mutatum ajunt Sacerdotem, qui coram ſacris hoſtjis pejerans optaverat in ſaxum rigere.

In Principatu *Cataloniæ* graviſſimis bellorum Viciſſitudinibus hucuſque ſubjectô ſunt: 1. *Barcino* à commercjis & belli caſibus ac ſingulari in Domum Auſtriacam fidelitate inſignis; ab A. quippe 1691. bis armis nequidquam tentata, binis tamen aljis vi-

cibus expugnata eſt. Epiſcopali præterea Sede inſignis eſt. 2. *Taracco* Romanorum tempore totius Hiſpaniæ celeberrima hodie Archiepiſcopô, & Academiâ clara. 3. *Rhoda* ſeu *Roſes* Arce, portúque munita. 4. *Principatus Gerundæ* Epiſcopalis, qui A. 1694. à Gallis quidem occupatus, poſt tres tamen annos Ryſwicenſi in pace reſtitutus eſt. 5. *Palamus* A. 1694. Gallorum inpoteſtatem venit, & Anno inſequenti diruta eſt. 6. *Ilerda*, *Lerida* ad fines Aragoniæ Academiâ, & Epiſcopô nobilis. 7. *Dertoſa* ad Iberi Oſtia. 8. *Celſona*. 9 *Vicus* tres Epiſcopatus. 10. *Cardona* Urbs mediocris. 11. *Cerritaniæ Ducatus*, qui Epiſcopalem civitatem *Urguel*, & *Puicerdam* continet, quæ Civitates ob lites de finibus habitas plurimùm notandæ ſunt. 12. *Promontorium S. Crucis* antiquis *Aphrodiſium* A. 1660. in terminum Galliæ & Hiſpaniæ Statutum, dum antè pyrenæis montibus terminabatur. 13. *Mons ſerratus* D. Virgini ſacer, celebris ob vetuſtiſſimum ejus Simulacrum abditiſſima in ſpelunca ab Opilonibus A. 880. inventum.

Q. Quid de inſulis *Balearibus* & *Pityuſis*? *R.* Illæ ſunt: 1. *Majorica* cum Epiſcopali Civitate, & portu ejuſdem nominis. 2. *Minorica* cum Urbe *Cittadelle*, & *Porto-Maone*, qui hodie in Anglorum poteſtate eſt. Hæc verò ſunt 1. *Ebuſus* ſeu *Ivica*. 2. *Ophiuſa* ſeu *Formentera*, quibus id ſingulare, quòd ſicut in illa nullum virulentum inſectum videre eſt, ità è contrario hæc omnes propè inſectorum, ſerpentúmque ſpecies complectatur.

Q. Quis Regni Status politicus? *R.* Hodie dicta Regna Philippus Dux Andegavenſis poſſidet, qui mortuo Carolo II. exorto bello, quod Succeſſionis vocant, Gallorum armis adjutus, Regnum occupavit. Forma regiminis fuit olim valde limitata, poterat enim Rex à Navarræis accuſari, & Biſcainis cogebatur præſtare homagium; Sebaſtianopolis incolis privilegium erat, ne illis Rex niſi aperto capite loqua-

quatur; ex tota verò Biſcaja non antea debitos percipiebat reditus, quàm eam ingreſſus eſſet altero pede nudus. Hodie tamen magis abſoluta eſt. In civilibus adminiſtratur Imperium, in Regnis à Proregibus, in Provincjis à Gubernatoribus: utrique ſaltem triennio hac dignitate fruuntur. Titulis ac dignitate inſignes numerantur Equites Aurei Velleris, Alcantarenſes, Calatravenſes, Equites S. Jacobi; & Grandes ſeu Proceres, qui coram Rege tecto capite incedunt, quorum tamen Philippus II. multùm imminuit poteſtatem.

Q. Quæ Regionis Qualitates? *R.* Major eſt Fertilitas in locis Maritimis, quàm Mediterraneis. Hinc Extremadura habetur macra, Andaluſia uberrimas inter oleas fert meſſes, Sevilia etiam ferax eſt metalli. Granada ſericum ſuppeditat. Cæterùm Hiſpania, Vinum generoſum, Uvas paſſas, Mel, Lanam, Oleum, Speculares lapides, Minium, & Metalla abundanter profundit. In Aëre Æſtum habet paulò vehementiorem, temperatur tamen ſeptentrionalium Ventorum, flatibus.

Q. Quid de Inquilinis habetur? *R.* Pauciores ſunt pro Regionis amplitudine, ſeu ob repetitas Maurorum, Maranarúmque Annô 1492. maximè & An. 1610. ejectiones, ſeu ob ductas in Americam frequentiores Colonias. Eorum originem alii Hiſpaniam confundentes cum Iberia Aſiatica referunt ad Thubalem Noë Pronepotem. Alii cum M. Terentio Varone primos Hiſpaniæ incolas ex Iberia in Aſiam tranſmigraſſe exiſtimant. Alii cum Cluverio Aſchemazen Noë ex Japheto Pronepotem Celticam Regionem, cujus pars eſt Hiſpania, occupâſſe, & Hiſpanicam Gentem propâgaſſe ſtatuunt. Quoad corporis conſtitutionem ſunt ſtaturæ mediocris, coloris ſubfuſci, in victu temperantes, laboris tamen oſores. Ingenioſi, ſpeculativi, cunctabundi ambitioſi.

CAPUT IV.

DE GALLIA.

Q. QUæ nominis origo? *R.* A voce græca *Galla lac*, ſeu inquilinorum candore: ſubacta dein à Pharamundo Duce vetuſtæ Alemannorum gentis *Francia*: demum, dum labente à partu Virginis ſæc. 5. Clodovæus R. orthodoxæ fideí ſacris imbueretur, unáque ſtrumis medendi donum ad poſteros tranſmitteret, *Chriſtianiſſima* audjit.

Q. Quis Situs? *R.* Ad Boream & Occaſum mare Britannicum, olim *Fretum Morinorum* Gall. *la Manche*: à meridie Hiſpaniam obliquè reſpicit Pyrenæis jugis diſtincta: ab Oriente Helvetia Germaniæ, Italiæque intermedia ſe objicit. Latitudo 180. Longitudo 140. Mil. Germ. complectitur.

Q. Qui Fluvii? *R.* Quatuor: 1. *Sequana*, *Seine*, qui fontem in Burgundia nactus, naves cum immenſa aquarum mole in mare deonerat. 2. *Ligeris Loire* è Velaunorum campo proſilit, navigjis tandem ferendis par. 3. *Garumna* è Pyrenæo prodeuntium maximus juxtà, ac rapidiſſimus in Oceanum Aquitanicum ſe evolvit. 4. *Rhodanus Rhône*, in jugo *Montſampron* exortus triplici oſtiô in mediterraneum effunditur.

Q. Quæ antiqua diviſio & incolæ? *R.* Eam à Romanis eſſe diviſam in *Ciſalpinam*, vulgò ob prolixas incolarum veſtes, *Togagatam*, & *Tranſalpinam*, ſeu à diffuſis inquilini fœmoralibus *Braccatam*. Prima, quidquid ultrà Italiæ alpes ſitum, continebat: altera rursùs diſtinguebatur in *Lugdunenſem*, ſeu *Celticam* (cui fluxi gentis capilli Galliæ *Comatæ* nomen fecêre) *Aquitanicam*, *Narbonenſem*, ac *Belgicam*. Incolebant antiquitùs Ædui ſeu Hedui, Ambiani, Andegavi, Armori, Alverni, Auſci, Bellovaci, Bituriges, Cadurci, Carnutes, Celtæ, Cenomani, Curioſo-

rioſolitæ, Diablintes, Eburovices, Gabali, Helvii, Lemovices, Lingones, Mandubii, Mediomatrices, Morini, Nannetes, Oſiſmii, Pariſii, Petricorii, Pictones, Redones, Remi, Rutheni, Santones, Segusiani, Senones, Sequani, Sueſſionenſes, Sylvanectes, Tarbellici, Toloſates, Tricaſſes, Turones, Vadicaſſes, Vaſates, Velocaſſes, Veneti, Veromandui, Vocantii, Volcæ.

Q. Quæ Diviſio moderna? *R.* Deſcribi in 12. *Præfecturas Generales*, ſeu *Governementur*: in Inſulam Franciæ, Aurelianenſem, Lugdunenſem, Britanniam minorem, Normanniam, Piccardiam, Aquitaniam, Languedociam, Provinciam, Delphinatum, Burgundiam, & Campaniam.

Q. Quid in ſingulis obſervandum? *R.* I. *In inſula Franciæ* eſt 1. *Lutetia Pariſiorum*, ſive *Pariſii* Regni Caput, & totius Europæ Civitas facilè Princeps. Ad ripam Sequanæ ſita. Regis Domus Lupara Lat. Gall. Louvre dicitur. Incolarum decies centena millia capere fertur. Univerſitas Sorbona dicta eſt toto orbe percelebris. Bibliotheca, & Obſervatorium Aſtronomicum admiratione advenarum digniſſima ſunt. 2. *Verſalia* tribus hinc milliaribus diſſita, crebras in foro, hortíſque ſtatuas objicit. 3. *Fons Bellaqueus*, *Fontaine Bleau* à Franciſco I. 900. conclavibus, & illuſtri Bibliothecâ inſtructus. 4. *Fanum S. Germani*, quò laxandi animi gratiâ Rex ſecedere aſſolet. 5. *S. Clodoaldi*, *S. Clou* Ducis Aurelianenſis receptaculum. 6. *S. Dionyſii*, *S. Denis* Regum ſepulturis deſtinatum. 7. *Compendium Compiegne*, dictum Regium, quod ſæpè inibi venationis causâ Reges morentur. 8. *Nemus Vicennarum*: *Bois de Vincennes* arce præſtans. 9. *Confluentes*, *Conflens*, ubi Marnus & Sequana fluv. committuntur. 10. *Marlia* aulæ ſeceſſui deſtinata. Quod ſecundùm *Crepiacum* locum ignobilem viſitur, *Valeſia* nuncupatur: inde *Valeſiorum* familia. 11. *Melodunum*, *Melun*, cujus vicinia *la Brie*

dicitur, & ad *Corbelium* locum exilem *tractus Hurepoisius*. 12. *Ducatus Nemosium*, *Nemours*, in cujus conspectu nempe tractu Vastinio Rex magno pretiosi canalis opere Ligerim, Lupiámque fl. conjunxit. Nemosio non ignoti ducatus inferuntur: *Castellio*, *Chastillon* Coligniorum satrapia, & *Curtiniacum*. 13. Episcopatus 5. 1. *Bellovacum*, *Beauvais*, cujus obsidionem tollere mulieres coegêre Burgundiæ Ducem regnante Ludovicô XI. inde agro *Bellovacensi* nomen. 2. *Silvanectum*, *Senlis*. 3. *Noviodunum*, *Noyon* urbs sat ampla, Julióque Cæsari ob muri sublimitatem minimè expugnabilis. 4. *Suessio*, seu *Augusta Suessionum Soissons* sedes olim Franciæ Regum in partitione regni Tetrárchica, Universitate insignis. 5. *Laudunum*, *Laon* monti insistens, cujus Præsul Par Franciæ ampullam defert in Regum inauguratione.

2. In *Aurelianensi* (in qua Bacchus cum Cerere de proventûs ubertate dimicans, causâ nunquam cecidisse fertur) notatur: 1. *Ager Aurelianensis* ad Ligerim fl. cujus caput *Aurelia*, *Orleans* longè firmissima secundò genitum Regis cognominat Ducem Aurelianensem. Sola Attilæ Victorias stitit, præfix tque in urbis ponte sigillum Joannæ Virg. quâ suppetias ferente diuturna Anglorum obsidio Annô 1428. soluta. Hanc Episcopatu ac Universitate illustrem Franciscus I. antonomasticè *Urbem* fore Carolo V. asseruit, postea quàm Lutetiam *orbis* nomine donâsset. 2. *Ager Blesensis* vineis, segete, ac arboribus vestitus, in quo ducatus *Sparnonum Espernons* & *Blesæ*, *Blois*, urbs civium comitate, arce Regia, ac ponte celebris. 3. *Vindocinum*, *Vendome* civitas agri *Vindocinensis*, primùm A. 1514. Duces nominans. 4 *Ager Cenomanensis*, cujus urbs Episcopalis *Cenomanum Mans* Ducem *de Maine* cognominat. Hujus quoque est *Lavallium* notæ domus familiæ & *Meduana Mayenne*. 5. *Tractus Turonensis* frugum selectarum feracissimus, in quo urbs Archiepiscopalis *Cæsarodunum*, seu *Tu-*

rones,

-ones, *Tours*, & *Ambasia* castrum cultissimum, ubi Re-
gis deliciæ, & pons lapideus fornicum 14. 6. *Tra-
ctus Andegavensis* juxta Ligerim flu. cum *Andegavo*,
Angers urbe Antistitis Infulâ & Universitate nobili:
Item cum *Salmuro*, *Saumeur* Hugonotorum olim Aca-
demia & *Flexiâ*, *Fleche* à grandi collegio, & arce
memorabili. 7. *Ducatus Beaumontii* antiqua Baro-
nia, ubi Societas nostra meritorum haud oblita ex-
tollit Henricum M. qui collegium reditibus augens,
id post obitum cordis sui hæredem scripsit. 8. *Tra-
ctus Alnetensis*, *le pais d'Aunis* oceano adsitus, *Rupel-
lâ la Rochelle* excellens emporeô quondam celeberri-
mô cum Præsule. Sedes hìc Hugonotorum, ùt reban-
tur, invincibilis A. 1628. prohibito Anglorum suc-
cursu, ac fame 13000. obsessorum urgente, Ludovico
XIII. R. deditur, munimentîs quamprimùm exuen-
da. 9. *Tractus Nivernensis* Burgundiæ conterminus
Nivernô Nivers cum Duce & Episcopo, insignis.
10. Binæ in Aquitanico freto insulæ: *Rea*, & *Ulia-
rus*, *Isle d'Oleron*. 11. *Regio Perticensis*, *Perche*, cu-
jus urbs exilis *Moritania*, *Mortaigne*. 12. *Belsia*, *Beause*
Normandis contigua cum *Carnuto Chartres* commodè
structo, duce & sacrîs infulîs illustri. Asservari hic
interiorem B. Virginis tunicam, Author est P. Four-
nier S. J. 13. Milliari unico distans *Bretiniacum*,
ubi pax A. 1356. icta. 14. *Biturix*, seu *Avarici
Bourges* urbs ingentis ambitûs in *Ducatu Bituricensi*,
à subjecto Ligeri fl. Archiepiscopo, & Academiâ ce-
lebris. 15. *Provincia Engolismensis* seu *Incolismensis
Angaumois* comiti subdita, in qua *Engolisma* olim *Au-
gustoritum Angouleme* urbs Antistite clara, & agrô,
qui Toluram fl. excipit, anguillis & cancris fixum,
tectúmque oloribus; Item *Rupes Fucaldi*, *Roche Fau-
caut* Arx Orbis judiciô pulcherrima. 16. *Provincia*,
Pictavia, *Poictou* ad mare multùm ampla habet: 1.
Pictavium, *Poictiers* Metropolim, ubi Clanius fl. Yo-
nam sorbet, Parisiis duntaxat magnitudine secun-

 dam,

dam, cum rara tamen inquilini frequentia; cæterà Epiſcopatu, & Univerſitate floret. 2. *Richelium*, *Richelieu* opus Cardinalis Richelii, cujus palatium cum ſplendore aſſurgit. 3. *Luſignanum* Regum Cypri & Hjeroſolymarum antiquitùs domicilium. 4. *Rupes ad Tonam & Tremoliam*, *la Trimoville* binos ducatus. 5. Epiſcopatum *Lucionam*, *Luſon*. 6. Abbatiam *Noviliacum*, *Noaille*.

3. In *Lugdunenſi* occurrit: 1. Cum agro cognomine *Lugdunum*, *Lion* Urbs Princeps clariſſimum Galliæ Emporium cum ponte 26. fornicum. Archiepiſcopum, ac commercia ſi excipias, nihil hìc loci æquè ſuſpexeris, ac pauperum Hoſpitium, inſignémque Oeconomiam. 2. *Comitatus Alverniæ*, *Auvergne*, qui amœnitate ſuâ copioſis advenis patriæ memoriam obliteravit. Mons *Cantal* 4000. herbarum diverſæ ſpeciei producit, pharmacis mirùm idonea; rivi ibidem bituminis nigri, aquæ ſoli objectæ in ſaxum dureſcentes. Fons in æſtate glacie rigens: dum cuncta rigent, æſtuans. *Claromontium & Floriopolis*, *S. Flour* bini in eo Epiſcopatus. 3. Provincia *Burbonenſis*, *Bourbonnois* à Burboniorum familiâ nota, in qua *capellam ſanctam* rupibus, unde in illuſtres Galliæ Thermas aquæ præcipitantur, incumbentem nemo non celebrat: optimus Ducatûs locus *Molinum*, *Moulins*. 4. *Ager Bellojovenſis*, *Beaujolois* exilis terræ portio non majoris notæ urbem habet *Bellojovium*, *Beaujeu*. 5. Provincia *Forenſis*, & *Marchia Gallica*, *la Marche* modico limite circumſcriptæ.

4. *Britanniæ minoris*, *Bretagne* ab Anglis Britonnibus A. 461. Inquilinis nomen nactæ (aliàs *Armorica* dicebatur) urbes ſunt: 1. *Nannetes*, *Nantes* Metropolis, Emporium illuſtre cum Univerſitate, & Antiſtite, à natura & arte munitum. 2. *Redones*, *Rennes* Urbs Epiſcopalis Parlamentô, Præſule, ac frequentiori cive clara. 3. *Breſtia* ſeu *Brivates* ab excellenti portu conclave navium dicta. 4. *Fanum*

S. Ma-

S. Maclovii, S. Malo Episcopô, portu itidem ac longinquis in orbem navigationibus nobile: urbs cæterùm munitissima A. 1695. ab Anglis obsidione cincta nonnihil labis sustinuit. 5. Blabia cum portu noviter extructo, Gallis Port Louis. 6. Septem Insulæ in Oceano vicino, Siadæ Antonino Gall les septs Isles. 7. Occidentem versus Uxantes Ovesand ampla, & fertilis; at piratis exposita. 8. Ad meridiem Caloneſus belle Isle frumentô, pascuîs & cuniculîs affluens: portu, an arce excellat, ambiguum. 9. Redon Abbatia cum oppido advertenda ob Coronam navim à Carolo Morieu, & 40. Dieppensibus fabricatam: longa erat pedes 200. 46. lata, altitudo media 32. proræ 72. summi mali 216. Pharus nocturna alta 12. Perimeter 24. Trochlea librarum 1400. Rudens (cujus ambitus pollicum 23.) 14300. anchora 6355. Velorum telæ ulnarum 6000. lebes octo dolia capiebat, adeóque pondus navis 4. millionum putabatur; unico tamen securis ictu, sagittâ velociùs in mare emissa est. 10. Episcopatus: 1. Venetiæ vel Venetia, Vannes urbs terrestri æquè, ac navali prælio aptissima. 2. Fanum S. Brioci, S. Brieux cum portu insigni. 3. Trecorium, Trequier. 4. Fanum S. Pauli Leonini Ducum olim Residentia. 5. Dola, & Corisopitum Conuaillé, vel Quimper.

5. Normannia, Normandie à Normannis Accolis nuncupata, quondam Neustria, Dovâ fl. irrigatur, confluente in eundem Euripum lacu Penesmio mirè adeò feraci, ut uno subinde retis jactu 18. anguillarum modios hauriat colonus. Urbes præcipuæ: 1. Rothomagus, Rouen ad Sequanam jure Princeps, Archiepiscopatu, parlamentô ac perfrequenti commerciô celebris. Inter 45. Ecclesias Turris una cathedralis Dominæ nostræ in 600. cuspides desinit, plumbô inauratô tecta. Altera æs campanum fert librarum 40000. altum ped. 13. latum 32. A Joannæ Virg. Aurel. Pettfortii Angli jussu crematæ cineribus memoratur.

ratur. 2. *Portus Gratiæ*, *Havre de Grace* ſtructus recens in loco uliginoſo, arce oppidò munitus, ac 2000. navium benè magnarum capax. A. 1694. ab Anglis obſidione petitus damnis compluribus ſuccubuit. 3. *Portus Deppa*, *Dieppe*, antiquis *Juliobona*, grandis juxtà ac ſecurus Archipræſulis Rothomagenſis: A. 1694. ab Anglis propè dirutus. 4. *Ogigia la Hogve*, ad quam A. 1692. gallica claſis Anglo & Hollando in prædam venit. 5. *Caroburgum*, *Cherbourg* portus, cujus munitio everſa. 6. Ducatus 3. cujus Duces Franciæ Pares: *Alenconium*, *Alba Mala Aumale*, & *Bellomontium*, *Beaumont*. 7. Epiſcopatus ſunt: *Bajocæ*, *Bayeux* urbs comitatûs titulô inclyta, *Eboricæ*, *Evreux*, *Sagium*, *Seez*, *Laxovium*, *Liſieux*, *Abrincæ*, *Auranches* civitas è collis apice mari imminens. *Conſtantia*, *Coutance*, quòd fratrem Carolum id temporis rebellem receperit, à Ludovico XI. mœnibus ſpoliata. 8. Ducatus *Longavilla*. 9. *Ivetotum* Regni quondam titulo inſigne, ac paucis oppidis definitum. 10. *Valoniæ* propè quas A. 1695. amplioris urbis rudera ſub tellure reperta. 11. *Cadomum*, *Caen* urbs ampla, in qua Univerſitas, Comitatûs inſignia, & frequentia accolarum. 12 In Oceano Normanniæ oppoſito 2. ſub Anglorum imperio inſulæ: *Cæſarea Jerſey* in 12. Paræcias deſcripta, ovibus frugibúſque affluens, & *Jarneſeja*, aljis *Sarnia*, præruptis cautibus cincta.

6. *Piccardiæ* Regionis eò fertilis, ut Ceres ibidem nata videatur, præcipuè nominantur: 1. *Ambianum*, *Amiens* Metropolis, Caſtello, ſitu, manúque valida ſecundùm Somonam flu. Eccleſia Epiſcopalis in paucis culta partem capitis D. Joan. Bapt. aſſervat. 2. *Abbavilla*, vel *Abbatis villa*, ex Villa & Prioratu Abbatiæ S. Richarii juxta Somonam flu. in Urbem excrevit adeò munitam; ut nullis in hanc diem hoſtibus aditum indulgens, privilegjis veteribus gaudeat: Vicinia comitatus *Ponthieu*, *Ponticum* appellatur.

latur. 3. *Picquinacum Piquigny* prioribus interſitum. 4. Propè Ambianum vicus *Contiacum Conty* Principum familiæ Origo. 5. Ad Abbevillam *Creſſiacum* oppidum ob Anglos A. 1346. inſigniter triumphantes celebre. 6. *Bononia Boulogne* comitatus locuples cum Antiſtite, & portu nobili. 7. *Ardrerium Ardres* non parvi nominis munimentum, Galliam à Belgio dirimens. 8. *Montrolium*, ſeu *Monaſteriolum Montrevil* Urbs elegans & fortalitiô munita. 9. *Caletum Calais* Urbs maritima portu, propugnaculis, foſſarùmque profunditate ſecura, quam Dux Guiſius A. 1558. recuperavit Anglo inſolitùm fremente, ſub cujus poteſtate annos jam 210. exegerat. 10. *Guina* exilis comitatus: quod huic & *Caleto* vicinum, *ditio recuperata le païs Reconquis* dicitur ab A. 1558. quo Anglis erepta in Gallorum manus devenit. 11. Ad *Portum Iccium Iport* antehac celeberrimum hodie *Viſſan* deſcribitur. 12. *Ager Veromanduanus le Vermancois* in quo fanum *S. Quintini* inſigne propugnaculum Galli poſuêre, quod dein A. 1557. ingentem ab Hiſpanis illatam cladem aſpexit. 13. *Guiſa* Ducatus, & Urbs cum fortalitio. 14. *Perona*, in cujus arce notæ fortitudinis *Piccardi* nobiles primùm fœdus, vulgò *Ligam* icêre. 15. *Vervinium* ubi pax A. 1598. Gallos inter, ac Hiſpanos confecta.

7. *Aquitaniam* ab aquis derivatam aljis *Novempopulaniam*, à novem populis hìc imperante Hadrianô repertìs, lubet in præſens *Guiennam* vocare, peculiariter in *Guiennam & Vaſcitaniam* partitam. *Guiennæ* nomine venit quidquid *Garumnæ flu.* circumfunditur. 7. nempe Regiones. 1. *Tractus Burdegalenſis* (regio, quâ fertilior nulla) continens *Burdegalam Bourdeaux* Urbem Principem, ob amplitudinem, propugnacula, parlamenti curiam, commercia, Univerſitatem, ac Archiepiſcopum memoriâ dignam: portus excellens 6000. ſubinde navigia recepit. 2. *Santonia*, *Santonge* ubi *Santones* ſeu *Mediolanum Santonum* civitas Epiſcopalis.

palis: *Rupes fortis Roche fort* portus A. 1679. ad *Carantonum flu. charente* ſtructus, & *Babecillum Barbeſieux* inſignis familiæ domus. 3. *Regio Petricorienſis Perigord* cum *Petricorio Perigueux* Urbe ſat amplâ & *Sarlatô* Epiſcopîs inſignibus: crypta *Cluſeau* per 6. Mill. excurrit, in qua aulæ vermiculato lapide ſtratæ, altaria, fontes &c. 4. *Lemovicenſis Limoſin*, è cujus civitate *Lemovico* Antiſtite clara prodierunt ætate noſtrâ Artifices, *les Marbreaux*, quorum artefactum par cultrorum ad ligni quoque ſcindendi uſum, cum vagina & catenula aurea 120. Annulorum pondere duo grana non excedente. Refertur huc Epiſcopatus *Tutela Tulle*. 5. Regio *Cadurcorum*, *Quercy*, in qua *Divona Cadurcorum Cahors* Univerſitate inclyta & Præſule, qui Urbis unà Dominus, dum ad aras operatur, ſingularî fultus privilegiô ocreas aſſummit, evaginatum geſtat gladium, chirothecís ferreîs & galeâ in altari poſitîs. Item *Mons albanus Mont auban*, cum Epiſcopo, Hugonottorum olim præſidium. 6. *Rutenienſis Rouerque* ubi *Ruteni Rodes* & *Vabræ* bini Epiſcopatus. 7. *Tractus Aginnenſis Aginnô Agen*, Prætorii Aquitaniæ ampliſſimi Sede, Antiſtite & felicibus glebîs præſtans. *Vaſconiæ* in 15. provincias diſtinctæ Pyrenęa juga imminent. Notatur in ea: 1. *Tractus lapurdenſis labour* objiciens *Bajonnam* nobile fortalitium cum Pręſule, portu, & emporio nobili, quod nemini armato nisì Rex, aut Regii Sanguinis Princeps ſit, ingredi licet: item *Luiſium*, ſeu *Fanum S. Joan. de Luz* locum ad Iberię confinia celebrem. 2. *Navarra inferior Baſſe Navarre* cum *Fano S. Palladii* & *Gramontis* ob familiam cognominem inſigni. 3. *Subola Soule* exilis Regio, quę cum pręmemoratis verbô: *Vaſcitania Baſque* dicitur. 4. *Bearnia*, vel *Benebarnia* continens *Laſcarum*, & *Palum Pau* Bearnenſium olim Principum, hodie parlamenti Navarręi ſedem, pręter Epiſcopatus *Oleronam* mercibus in Hiſpaniam vehendis, populóque frequentem. 5. Comitatus

mitatus *Bigerrensis Bigorre*, à *Tarba* Urbe Episcopali, & validô quondam castrô *Bigorrâ* notus. 6. Ager *Consorranensis*, *conserrans* cum *Fano S. Bertrandi*, & Episcopô. 7. *Tractus Landarum* Urbem habens Antistite nobilem *Aquas Darbellicas*, *Dax vel acqs*. 8. *Vasconia* sic propriè dicta *Gascogne* cum *Severopoli*, & *Aturo*, vel *Adura Aire* Urbe Episcopali. 9. *Ager Albretanus* Regio solùm Historicis nota. 10. *Vasatensis Bazadois* Urbe *Bazas* (Latini *Bazates* dicunt) gaudens & Episcopo. 11. *Ager Condomensis* ubi Episcopatus *Condomum*. 12. *Ager Armeniacensis Armagnac*, in quo *Augusta Ausciorum*, seu *Ausci* Urbs cum Archipræsule, & Episcopatus *Lectora*. 13. *Comitatus Astaracensis*, *Estarrac* modicus. 14. *Comitatus Gaurensis*, *Gavre*. 15. *Comitatus Convenensis*, *Comminges*, cum *Lambatiâ* Urbe Episcopali.

8. *Lanquedociæ* Partes sunt: *Lanquedocia Superior*, & *Inferior*, *tractus Cemmenius*, & comitatus *Ruscinonensis*. In *Lanquedocia superiori* observanda. 1. *Tolosa*, *Thoulouse*, Urbs ad Garumnam flu. quàm maximè nobilis, Archipræsule, Parlamentô, mœniorúmque robore celebranda. 2. Comitatus *Fuxiensis*, *Foix*. 3. *Albiga*, *Alby* Urbs Archiepiscopalis, cujus incolæ *Albigenses*, olim *VValdenses*. 4. *Carcasso*, *Carcassone*, ubi Canalis ab Oceano Atlantico usque Aquitanicum porrigitur, suffossîs Ludovici XIV. jussu *Garumnâ*, *Atace*, *Aude* flu. & operâ ab A. 1664. ad A. 1672. impensâ. 5. Episcopatus: *Rivi*, *Rieux*, *Castrum*, *Apamiæ*, *Pamiers*, *Vaurum la vaur*, & *Fanum S. Papuli*. In *Lanquedocia inferiori*, ad mare mediterraneum sunt. 1. *Narbo* Urbs valida, lacuíque confinis cum Archiantistite & Turri Ecclesiæ S. Justi in 400. cuspides desinente. 2. *Leucata* olim munita. 3. *Biterræ* seu *Blîterræ Beziers* Episcopatus situ pollens adeò amœnô, ut Gallis in adagium abierit: Deum, si terras incolendi animus foret, Biterras electurum. 4. *Mons Pessulanus*, *Montepellier* Episcopô, Universitate

tate præprimis medicorum A. 1196. ab Averroë & Avicenna fundatâ celebris. 5. *Nemausus*, *Nimes*, ubi vetustum amphitheatrum, & alia antiquitatis monimenta præter structuram Urbis egregiam & Præsulem. 6. *Belloquarda*, *Beaucaire* ad Rhodanum fluà nundinis dudum celebrata. 7. Episcopatus: *Pontiopolis*. *Mirapincum*, *Mirepoix*, *Alecta*, *Agatha*, *Agde*, *Luteva*, *Utica*, *Usez*. 8. *Aquæ mortuæ Aigues mortes* portu quondam inclytæ. In tractu *Cemmenio les Sevennes* castanearum admodùm feraci, observanda: *Provincia Gavalensis*, *Givaudan*, in qua Episcopatus *Mimatum*, *Mande*. 2. *Vivariensis*, ubi *Vivarium* Episcopô nobile, & *Jojosa* exilis Ducatus. 3. *Velaunia*, *Velay*, cui Episcopatus *Anicium*, *le Puy*, à clivo, cui insidet, dictum; Comitatûs *Ruscinonensis*, *Roussilion*, inter Gallias, & Hispanias, Urbes sunt: 1. *Perpinianum* cum Antistite, & fortalitiô celebri. 2. *Salsulæ*, Arces longè fortissimæ. 3. *Mons Ludovici* Urbs novissimè juxtà Puicerdam, nempe A. 1680. cum arce à Gallis structa. 4. *Villa Franca* cognomine *confluentium de Conflent* Urbs mediocris. 5. *Caucoliberis*, *Collioure*. 6. *Portus Veneris* amplissimus, ad dirimendam ab hoc comitatu Cataloniam *Aphrodisium*, seu *Promontorium Crucis*, *Cabo de Creux* designatum est A. 1660.

9. In *Provincia* Præfectura (qui comitatus omni frugum genere abundans, *Carolo III*. Comite postremô è vivis excedente ad Ludovicum IX. devolutus est) occurrunt: *Aquæ Sextiæ*, *Aix* Urbs egregiè structa, parlamento, & Universitate illustris. 2. *Arelate*, *Arles* celeberrimum quondam Europæ emporium, ab Archiepiscopo, & Universitate celebris: adeò Augusto Imp. in amoribus, ut ei aram, in qua bini juvenes sumptibus publicis saginati, immolarentur, statui mandaret. 3. *Massilia*, *Marseille* non modò commercjis Galliæ nobilissimis; sed & portu, quem grandioris notæ navigia subeunt, celebranda: Præ-

ſulem habet. 4. *Telo Martius*, vel portus *Teloníenſis Toulon* oppidò ſecurus, cum Urbe eximiè munita, & Antiſtite. 5. *Antipolis*, *Antibes* inſigne cum portu fortalitium. 6. *Arauſio*, *Orange*, germ. *Oranien* Metropolis Principatûs *Auriaci*, *Arauſicani*, vel *Arauſionenſis* ob agri fertilitatem, Archiepiſcopum, arcem, & Academiam memorabilis; Principatus is à Gallis occupatus, reſtitutus dein. nunc ab jiſdem poſt wilhelmi III. Angl. R. obitum poſſidetur, Rege Pruſſiæ, Naſſoviæque Principe nequidquam reluctantibus. 7. *Avenio*, *Avignon* comitatûs *Avenionenſis*, ſeu *Vindaſcini*, *Venaiſin* Urbs Princeps, Archiepiſcopatûs dignitate inſignita: ſeptimô omnia numerô definit: ibi quippe 7. Parœciæ, Canonicorum Collegia 7. Monialium item Cœnobia, Noſocomia, Urbis portæ 7. Magnifica totidem Palatia, ac Patrum Conventus. Sedem ſuam huc olim transferente Clemente V. Pontif. poſt Clementi VI. à Joanna Neapolis Regina vænjit 80000. Fl. auri, vices agente Legatô Pontificiô. 8. Inſulæ *Stœchades*, *les Isles de Hieres* huic præfecturæ objectæ. 9. Epiſcopatus: *Siſtarica*, *Siſteron*, *Apta*, *Regium Riez*, *Dinia Digna*, *Glandata*, *Vincium Vince*, *Sanitia Senez*, *Graſſa Grace*, *Carpentoractum Carpentras*, *Vaſio Vaiſon*, *Cabellio Cavaillon* (qui ultimi tres comitatûs ſunt Avenionenſis) *Forojulium Frejuls* Epiſcopatus portu excellens.

10. *A Delphinatu Dauphine* vetuſta Allobrogum Regione, Galliæ Princeps *Delphinus* nuncupatur. Urbes memorantur: 1. *Gratianopolis*. *Grenoble* elegans, & munita, Delphinatûs caput, Epiſcopô ac Parlamentô nobile: quòd ad Iſaram flu. in lucem prodierit, Gratiano Imp. debet. Fons ibi quidquid injicias, flammîs abſumens. In Vico *Pariſet* Lapide ab Urbe ſejunctô, Turris *S. Venin* beſtiam quamlibet venenatam ab urbis ingreſſu, nî perimi mallet, prohibet. 2. *Vienna* juxtà Rhodanum fl. olim Allobrogum Metropolis: dum ſerpente Hugonottorum peſte

omni,

omni, quâ antehac pollebat; ſplendore exueretur, hodie acervo lapidum eſt ſimillima. Archiepiſcopum habet. Rumórque fert Pilatum hic in exilio conſediſſe imperante Tiberiô. 3. *Valentia* melioris hodie formæ cum Univerſitate & Epiſcopo. 4. *Ebrodunum*, *Embrun* Urbs nobilis, ac quondam Archiepiſcopalis. 5. *Vapincum Gab*, & *Auguſta Tricaſtinorum Paul des Trois chaſteaux* cum Epiſcopis. 6. *Brigantium*, *Brianſon* notæ minoris. 7. *Pinarolium* ad confinia Italiæ, cujus clavis ob eximiam munitionem dicitur. Ab A. 1630. ad 1696. in Gallorum poteſtate fuerat; mox rasô fortalitiô urbs Sabaudiæ Duci reſtituta.

11. Ducatus *Burgundiæ inferioris Bourgogne* à Ludovicô XI. Carolô audace Burgundiæ Duce defunctô inſeſſus; utut Maximiliano I. Imp. ob Mariam Burgundicam conſortem ſuam obtingere debuiſſet. Memoratur in eo: 1. *Divionum* vel *Divio Dijon* urbs primaria, parlamentô, murorum robore, ac elegantioribus turribus inclyta. 2. *Auguſtodunum*, *Autun* pervetus Epiſcopatus, antiquiores ſtatuas, Pyramides. Jani templum, montem Jovis, ac complures aquæ ductus exhibens. 3. *Matiſco*, *Maſcon* locus peramplus cum Præſule. 4. *Cluniacum*, *Clugny* Monaſterium celebre. 5. *Antiſſiodorum*, *Auxerre* urbs grandis & vetuſta, Antiſtitis & Ducatûs titulos ferens. 6. *Caroliæ*, *Charoles*, unde comitatui *Caroleſio* nomen. 7. Comitatus *Breſſiæ*, *la Breſſe*, ubi *Burgius Breſſiæ*, *Bourgen Breſſe* olim Sabaudiæ Ducis. 8. *Trevoltium* Metropolis Principatûs *Dombarum Dombes*. 9. Ager *Cabillionenſis Arari fluv. Saône* utrinque affuſus, in quo *Cabillonum*, *Challons ſur ſaône* lata & magnifica urbs Epiſcopalis. 10. *Beugeſia* vel *Bugia* modica regio ad Rhodanum, ubi *Bellicum*, *Belley* urbs cum Epiſcopo.

12 In *Campania*, *Champagne* crebriùs, at ultimùm A. 1361. regno Gallico inſertâ, Urbes ſunt: 1. *Remi*, *Reims* frequens habitata, unius in ambitu horæ, ac Uni-

ac Univerſitate florens, cujus Archipræſul Dux & Franciæ Par Galliæ Reges inaugurat chriſmate per columbam in aureo vaſe de cœlis lato, dum Clodovæus Rex primô fidei Sacramentô expiaretur. 2. *Tricaſſæ* vel *Trecæ*, *Troyes* urbs Campaniæ Princeps, in cujus Epiſcopali Eccleſia piè coluntur Chriſti Servatoris capilli, ſcutella in cœna Domini uſu adhibita, digitus S. Joannis, S. Petri dens, corpúſque hodiedum non corruptum S. Helenæ. 3. *Catalaunum*, *Chalons* urbs nitida ſecundùm fluv. *Matronam*, *Marne*, cujus Antiſtes Dominus, Comes & Franciæ Par. Attila Hunnus An. 451. è 500000. Hunnorum id loci amiſit 180000. in conflictu. 4. *Sedanum* ad moſam fl. cum Univerſitate, & *Rupes regia Rocroy* inſignia Belgium versùs præſidia. 5. *Carolopolis*, *Charles Ville* à Carolo Mantuæ Duce (qui hodie etiam poſſeſſor) condita. 6. *Retelium* agri *Retelenſis* urbs ad *Axonam fl. Aihe*. 7. *Maceriæ*, *Meziers* urbs elegans. 8. Ager *Senonenſis* continens urbem Archiepiſcopalem *Senones*, *Sans*: Romæ ætatem ab ea ſuperari ferunt. 9. *Lingones*, *Langres* civitas altiori jugo inſidens, pariter pervetuſta, nunquam hoſti patens. Antiſtes Franciæ Par, Dux, Marchio & Baro. 10. Spectat ad Campaniam de Regione *Bria* partim Sequanæ, partim Matronæ fl. circumfusâ quidpiam: *Meldæ Meaux Briæ* Metropolis elegantiâ ſuâ accitos Galliæ Reges perſæpè hospitiô excipit. Item *Caſtrum Theodorici*, *Chateau Thierry* arx opulenta, prædiali forô, & ducatûs inſignibus aucta, hac in regione Matronam fl. coronat: ſylva *Ardvenna* in longum, latùmque porrecta Campaniam à Belgio ſeparat.

Q. Quis Status Galliæ Politicus? *R.* A Rege primo Merovæo per Merovingios. Carolovingios, Capetios, & Valeſios ad Borbonios regnum eſſe delapſum, Regémque modernum Ludovicum XV. Parlamenti judicia multùm antehac Regis authoritatem conſtrinxêre: acceſſerunt Franciæ Pares, ſeu 12. ex

Nobili prosapia à Carolo M. primùm selecti, sic dicti, quòd æquali inter se dignitate Regi adstarent; hodie nihilominùs titulô duntaxat fruuntur. Conventus Juridici, seu Parlamenta non pridem Privilegjis pristinis sunt restituta, quorum onus Ludovicus XIV. excusserat.

Q. Quæ Regionis Fertilitas? *R.* Tellus Gallica cuivis in Europa, vel suppar, vel æmula, annuos Regis redditus, ut traditur, 30. Millionibus definit. Nullibi feliciùs vites coluntur, frumenti vis ingens, sal, cannabis infinitam propè auri copiam exteris Regionibus extorquet. Nec in re pecuaria destituitur: feræ, sylvæ, flumina, liberaliter se offerunt. Aëris temperies perqàm jucundâ, & suavi calore commendatur.

Q. Quæ Inquilini Indoles & Religio? *R.* Blandâ, musis, rebúsque novis inveniendis admodùm idoneâ sunt præditi; mirâ ingenii gaudent felicitate, ad jocos & sales nati, gloriæ plus nimiò cupidi. Religio orthodoxa nunquam non in vigore, unde Rex Christianissimi, & Primogeniti Ecclesiæ titulum jactat, strumis itèm solo attactu medelam affert, quarum 3000. Ludovicum XIV. curasse, Author est Melissantes. A. 1685. dum Hugonotti vi edicti regii, vel solo Gallicô exesse, vel fidei orthodoxæ amplecti dogmata juberentur, quidam eorum *Camisars* dicti in tractu Cemmenio perfidam Religionem gladiô tuebantur.

Q. Quænam Galliæ Regiones commodùm subjungendæ? *R.* *Lotharingia*, & *Burgundia Superior*.

Q. Quis Lotharingiæ situs, & fluvii? *R.* *Lotharingia* 40. germ. mill. longa æquè ac lata cingitur Burgundiâ, Alsatiâ (quam mons *Vogesus*, *le mont de Vauge* separat) Palatinatu, Campaniâ & Luxenburgo. Fluvii sunt: 1. *Mosa* Belgium petens. 2. *Mosella* in Rhodanum se exonerans. 3. *Saravus* vel *Sara*, *Saar*.

Q. Quæ

Q. Quæ ejus divifio? *R.* Dividi peculiariter in *Lotharingiam*, Ducatum *Barrenfem*, & tres Epifcopatus: *Metenfem Tullenfem*, & *Verodunenfem*.

Q. Quid de fingulis? *R.* 1. *in Lotharingia* in fpecie invenitur 1. *Nancejum*, *Nancy* Ducis Refidentia; Murtæ fl. Meurtre, contigua: Nancejum vetus benè munitum, novi propugnacula diruta. 2. *Marfalum* præfidium paludibus innatans. 3. *Mediovicus*, *Moyenvic*, & *Mothæa* notanda fortalitia, quorum ultimum aljis invincibile vifum, non fat erat Gallis occupâffe, nî unà è fundamentis ejicerent. 4. *Valdemontium* oppidum cum Arce & Principatûs titulô. 5. *Saarlovis* ad Saravum præfidium. 6. *Nomenium* feudum imperii. 7. *Muffipontum*, *Pont à Mouffon* cum Univerfitate. 8. *Lunæ Villa* Refidentiæ hucúfque vices fubiens & Academiâ equitum celebris.

2. In Ducatu *Barrenfi Baar*, loca præcipua: 1. *Barroducum*, *Barleduc* urbs primaria cum arce infigni. 2. *Commeriacum Commercii* urbecula. 3. *Longovicum Longvvyck* benè munitum.

3. In Epifcopatu *Metenfi Metz* habetur urbs *Metæ*, feu *Mediomatrices* non minùs ampla, ac nitida, caput olim regni Auftrafiæ, & locô maximè feracî fità, quam Carolus V. Sæc. 16. 50000. armatorum in vanum expugnare molitus. In *Tullenfi Tullum* urbs mediocris, Turre operis eximii clara. In *Verodunenenfi*, *Verodunum* Civitas magna ad Mofam fl. Arce à Ludovico III. communita.

Q. Quis Status politicus? *R.* Proprii femper Lotharingiâ fruebantur Duces, qui A. 1669. in Germaniam acti, mox pace in Ryfwik firmatâ A. 1697. telluri fuæ reftituti, Ludovicô XIV. Gall. R. præfidia *Saarlovis*, & *Longvvick* refervante, in cujus poftremi locum aliam fe præfecturam ceffurum eft pollicitus. Ducatum Barrenfem A. 1634. Ludovicus XIII. quòd Carolus Lotharing. Dux tanquam feudum à Rege petere nollet, fibi afferuit, retinuítque. Reliquos

tres Episcopatus jam A. 1552. Henricus II. Gall. R. occupavit, Carolo V. cum protestantibus in alia distractô.

Q. Quid in Comitatu *Burgundiæ superioris Franche Comte* notandum? *R.* 157. Mill. in ambitu complectitur, diversis ex partibus Helvetiæ (quam Mons *Jura* eripit) Lotharingiæ, Campaniæ, & Burgundiæ inferiori objecta. Urbes: 1. *Dola* Metropolis cum Universitate & egregia munitione Ponte, Ecclesia, & Turri excellit. 2. *Vesantio*, *Besancon* Germ. *Bizanz* libera olim Imperii Urbs magnæ molis, Archiepiscopum, Universitatem & fortalitium insigne jactans, sedémque Parlamenti Dolâ translati. 3. *Grajum*, *Gray* fortalitium, quod bellorum immanitati cessit. 4. *Vesulum*, *Vesoul* notæ exiguæ. 5. *Salinæ* ab aquis sali conficiendo, idoneis sic nuncupatæ, gemina arce eminent. Subditus quondam hic comitatus Hispaniæ, A. 1674. armis Ludovici XIV. succubuit, cui A. 1679. mansit in pace Noviomagensi. Cæterùm Regio vini, frumenti, carniúmque usque eò dives, ut vili penè semper pretiô veneant.

CAPUT V.

DE BELGIO.

Q. Quæ Nominis Origo? *R.* Belgium derivari à veteribus Incolis *Belgis*, Germ. *Bälger*, id est Bellatoribus, dum Julius Cæsar Belgas Gallorum omnium fortissimos diceret; aliter *Germania inferior*, *Niderland* ob solum magis declive dicitur.

Q. Quis Belgii Situs? *R.* A meridie Piccardiæ, Campaniæ &c. Ab ortu Frisiæ orientali, Treviris, aliísque Germaniæ partibus contermina: ad septentrionem Mare Germanicum, soli occiduo obversa

Sinum

Sinum Auſtrinum Suder-See excipit, ſitu Leonem referens: Latitudo maxima 40. longitudo 60 Mil. traditur.

Q. Qui Fluvii? *R.* 1. *Moſa*, Germ. *Maas*, Gal. *Meuſe* in Oceanum Nordicum Treviris decurrens. 2. *Scaldis*, Germ. *Schelde*, Gal. *l'Ecaut*. 3. *Moſella*. 4. *Rhenus*, qui Germaniæ confinia deſerens, in 4. brachia diſcedit, nempe in *Iſalam*, *Rhenum*, *Vahalim*, & *Leccum Leck*.

Q. Quæ antiqua Diviſio, ejúſque Incola? *R.* Belgium jam pridem in 17. Provincias diſtinctum, olim incoluêre Atrebates, Batavi, Condruſii, Eburones, Menapii, Nervii, Pæmani, Salii, Toxandri, Tungri.

Q. Quæ Diviſio moderna? *R.* Dividi in *Hiſpanicum*, & *Fœderatum*. *Hiſpanici* Provinciæ numerantur 10. Arteſia, Flandria, Hannonia, Namurcum, Luxenburgum, Limburgum, Geldria, Brabantia, Antwerpia, & Mechlinium. *Fœderati* 7. Hollandia, Seelandia, Ultrajectina, Geldria cum Zutphania, Tranſiſalana, Groninga, & Friſia occidentalis.

Q. Quid de ſingulis Belgii Hiſpanici Provincjis? *R.* 1. In Comitatu *Arteſiæ*, *Artois* Piccardiæ proximo, Gallíſque ſubjecto notatur: 1. *Atrebatum*, *Arras*, *Belg Atrecht* juxtà Scarpam fl. urbs prima, decoris egregii, tum ob Præſulem, tum arcem bene munitam: A. 1640. Gallorum præda. 2. *Audomaropolis S. Omer* Flandriæ affuſa, notæ majoris præſidium cum Seminario in Anglorum emolumentum ſtructo. 3. *Aria*, Gall. *Aire* paludibus munita, cum Atrebato A. 1677. Hiſpano erepta. 4. *Fanum S. Venantii* olim munitum, A. 1659. in Gallorum poteſtate, quibus à Fœderatis An. 1710. cum Aria poſt cruentam obſidionem ſublatum, A. 1713. Ultrajecti reſtituitur. 5. *Bethunia* exilis, atperquàm robuſta, quam A. 1648. obtinuêre Galli, & à Fœderatis A. 1710. expugnatam, duobus poſt annis recuperârunt. 6. *Papalma*, *Papaume* pariter propugnaculis tuta, A. 1641. Marti Gallico ſuccumbens. 7. *Hedena*, ſeu *Hedinum* ad Pic-

cardiæ fines munitum, ab A. 1639. in Gallorum potestate. 8. *Tervanna* urbs olim egregia à Carolo V. telluri æquata. 9. *Fanum S. Pauli* civitas mediocris, sed comitatûs titulô inclyta. *Lentium* palude circumfusum. 10. *Lilerium* locus exilis.

2. Subjecta Artesiæ *Flandria* pulcherrimus orbis comitatus, in 3. classes distribuitur. In *Flandria Hispanica*, hodie *Austriaca*, quia Carolo VI. Cæsari Augusto subjecta sunt: 1. *Gandavum*, *Gand* Gall. *Gent.* Urbs Princeps, supra Scladim, ubi quatuor fluvii confluunt. Domos 30000. complecti dicitur. Caroli V. Natalibus celebris; elapsis sæculis nitidissima, à 16. sæculo continuò in pejus vergit: Antistite clarus varjis fluminibus distinguitur in 27. Insulas pontibus 98. commissas. Urbe & arce, quæ cum munitione Carolo V. debetur, Galli A. 1706. excedere coacti: rursùs dein sub finem A. 1708. ad cujus initium eam iteratò possidere occeperant. 2. *Bruga* cum Episcopo à Gandavo prima, Hanseatici quondam fœderis mœnibus & propugnaculis validissima. Hactenus commerciô illustris, fœderatis A. 1706. se dedidit. 3. *Damum* munitione, non item magnitudine celebre ad Brugæ securitatem structum. 4. *Blancoberga* Urbs à portu, & præsidio celebris. 5. *Ostenda* ob portum, & propugnacula suspicienda, ab A. 1604. post triennalem obsidionem (qua durante 72124. obsidentium, in Urbe 50000. perjisse memorantur) resarciendo nitori pristino impar, Hollandis rursum An. 1706. vehementer irruentibus patuit. Nunc Cæsari paret; singulis annis onerarias duas ad sinas, aliàs regiones transmarinas cum mercibus mittit; & inde merces multò pretiosiores ingenti mercatorum lucro recipit. 6. *Novus Portus*, seu *Sandhost* munitio eximia, quam vi pacis Ultrajectinæ A. 1713. Cæsari reddere Galli debuêre. 7. *Furnæ* bellorum duntaxat ferociâ claræ, ubi Gallo A. 1713. excedente, in præsidio miles est Hollandus. 8. *Dixmuda & Deinsa*

loca

loca mediocria. 9. *Fort Knocke* fortalitium ad I-pram fl. 10. *Cortracum Cortrycht*, gall. *Courtray* cis *Legiam* fl. *Lis* urbs ex Belgii antiquiſſimis, modò Hiſpanis modò Gallis favens, dum A. 1697. vi pacis in Ryſwick confectæ prioribus cedit, munitur. 11. *Aldenarda*, *Audenarde* urbs Epiſcopalis & medio Scaldi immerſa, ad quam A. 1708. Galli cladem ſuſtinuêre. 12. *Teneramunda*, *Dendermondæ* paludibus & fluviò *Tenerâ* cincta, A. 1706. ad Hollandos tranſiit: A. 1714. in hæc puncta Raſtadii itum: media ſolùm pars Cæſareo milite teneatur: Præfectum Cæſar nominet Batavis fidem juraturum. 13. Comitatus *Aloſtanus* Scaldi imminens, cujus caput *Aloſtum*, *Aelſt* ſecundùm Teneram fl. urbs, quæ non minùs ac *Gerardi mons*, *Gerſtberg*, vel *Grand mont* belli calamitatem experta. *Niniva* locus exilis. Comitatus hic cum vicinia nuncupabatur *Flandria Imperialis*: quod Oſtendæ & Gandavo adſitum *Teutonica*: Ad Brugam *Terra Franca*.

Pax Ultrajectina Flandriam Auſtriacam auxit. 1. *Tornacô*, *Dornick*, gall. *Tournay* urbe Epiſcopali, quæ præſidium habet recèns conſtructum. A. 1667. à Gallis jam poſſeſſa, dein An. 1709. per cruentam obſidionem ad deditionem compulſa, commercjis floret. 2. *Iprâ Ypern*, quæ A. 1678. Hiſpano erepta, Præſule, munimentis & ſtructâ noviter à Gallis arce nobilitata fuit. 3. *Monenâ Menin*, vel *Menen* eximiè munitâ, demùm A. 1706. ab Anglis & Hollandis occupatâ. 4. *Poperinga*, *Comineô* arce, *Viroviacô VVarvvich*, & Varnetoniô. A. 1714. in congreſſu Raſtadienſi definitum, ut Tornaci, Ipræ, Monenæ, & Furnis miles Batavus præſidium occupâret: Batavi crearent Præfectos fide Auſtriacis datâ.

In *Flandria Gallica* occurrunt: 1. *Inſulæ Ryſſel*, Gall. *Lille* urbs elegans mercimonjis floret, panni præſertim cilicini, qui lubrico pilorum textu arcendæ pluviæ, aptiſſimus. Caſtellum 5. propugnaculis à Gallo

instructum non adeò urbem defendit, quin 11. abhinc annis prosperè ab Eugenio Princ. subigeretur, Ultrajecti tamen A. 1713. restitutum. 2. *Duacum*, *Dovay* juxtà Scarpam fl. insigne munimentîs, armamentariô, & Universitate, A. 1710. à Fœderatis expugnatum, A. 1712. non minus fortiter sibi Villaregius asseruit. *Insulæ*, *Tornacum*, & *Duacum* quondam *Flandriæ Gallicæ* nomen tulêre, inquilini hodie *VVallones* nuncupantur. 3. *Bassea* elegantis quondam formæ, & *Armentariæ* urbs mœnibus secura: utramque A. 1668. Gallus occupavit. 4. *Dunquerca Dunkirchen* hostibus resistendo minimè impar, dum ab Anglis simul & Gallis expugnaretur A. 1658. prioribus obvenit: pòst à Gallis oblatô ære redempta 1662. frustrà obsidione petitur A. 1694. & 95. Angli efficaciter Ultrajecti A. 1713. urserant, ut Portus præstans inutilis redderetur, Gallúsque à novi canalis opere propè *Mardyck* desisteret. 5. *Gravelinga* benè munita ab A. 1658. Gallis obnoxia. 6. *Mons S. Vinoci* A. 1668. & *Castellum Morinorum Montcassel* locus colli innixus, A. 1667. Gallo subjectus. 7. *Bovinæ* oppidum exile, ab Anglorum conflictu A. 1214. notum.

In *Hollandia Flandrica* ante pacem *VVestphalicam* obtentâ notantur: 1. *Clausulæ Sluis* Gall. *Ecluse* urbium reliquarum Princeps, paludibus innatans, cum portu capacissimo, in quo Carolus V. dum Angliam invadere cogitaret, classem paravit navium 1400. 2. *Ardenburgum* & *Isendicum* munitionis mediocris. 3. *Birfletum* fortalitium excellens ab Hollandis structum. 4. *Agger* seu *Cataracta Gandaviensis*, castrum ad Gandavi securitatem ab Hispanis positum, An. 1664. ad Hollandos transiit. *Axella* parva & munita A. 1556. & *Hulstum* A. 1645. Gallis A. 1702. incassum irruentibus. Viciniam vernaculâ nuncupant *de Vier Ambachten*, id est 4. Præfecturas.

3. *Ex Hannonia Hennegau* Gall. *Hainaut*, comitatu Piccardiæ, Artesiæ, & Flandriæ contermino, vi

pacis

pacis Ryſwicenſis Gallis duntaxat manſit. 1. *Valencenæ* ſeu *Valentianæ* urbs, quam ſcaldis fl. mediam permeat, externis operibus benè munita: primùm A. 1667. in Gallorum manibus. 2. *Cameracum*, *Cambray*, Germ. *Camerich*, ubi pax inter Carolum V. & Franciſcum I. A. 1592. Sancita. Occupatum A. 1677. à Gallis, agro *Cameracenſi*, *le Cambreſis* & caſtro *Cameracenſi* nomen dat, ob fœdus Gallos inter ac Hiſpanos A. 1559. ictum celebri. 3. *Bochanium*, *Bouchain* Gallo ab A. 1676. poſſeſſori, A. 1711. à fœderatis direptum, A. verò 1713. reſtitutum. 4. *Condate* regium fortalitium Principes de *Condè* cognominans. 5. *Malebodium*, *Maubeuge* propè *Sabim* fluv. *Sambre* munitione inſtructum. 6. *Quercetum*, *Queſnoy*, quod A. 1654. Galli adepti ſunt, & rurſus A. 1711. ab Hollandis ereptum, ſequenti mox annô aſſecuti, 7. *Landrecium* à pace *Pyrenæa notum*, cujus obſidionem ſponte ſuâ An. 1712. ſolvêre Fœderati. 8. *Avenna*, *Aveſnes* comitatus. 9. *Bavacum* urbs à pace Noviomagenſi A. 1678. Gallo tradita. Ad vicos *Bleaugies*, *Tanieres*, *Malplacket* Bavaco proximos cruentâ Fœderatorum de Gallis victoria An. 1709. memoratur. 10. *Philippopolis* à Philippo Hiſp. cum 5. propugnaculis condita. 11. *Mariæburgum* à Maria Caroli V. ſorore Hungariæ Regina nomen nacta, omni munitione in bello priori ſpoliata. 12. *Denain* abbatia inter *Valencenas* & *Duacum*, ad quam Galli A. 1712. Fœderatos triumphârunt. 13. *Antoing* ad Principem de *Epinoy* ſpectans. Auſtriaco ſubeſt dominio: 1. *Mons Hannoniæ*, ſeu *Montes Bergen*, urbs & amplitudine, & munimentis præcellens: à Gallis A. 1691. occupata, & operibus aucta in pace *Ryſvvicenſi* reſtituitur. Poſtremùm Gallorum & Bavari plerumque Reſidentia, A. 1709. poſt brevem obſidionem Fœderatis ſe dedit. 2. *Athum* urbs A. 1697. à Gallis ſublata bello finem impoſuit, & reſtituta, dum pax in autumno conficeretur. A. 1706. Fœde-

rati

fati rursùs Gallis eripuêre. 3. *Angia*, *Enghien* principatus exiguus. 4. *Leſſinæ*, *Ligniacum*, *Lotuſa Leuze*, *Sognacum Soignies*, *Bronium Braine le Comte*, *Halla*, *Fons Epiſcopi Fontaine l'Eveque*, *Binchium*, *Fanum S. Gislenii S. Ghillain* & *Rodium Roeux* comitatus, bellò graſſante duntaxat nota. 5. *Bellomontium*, *Beaumont* urbs & comitatus. 6. *Barbanſonium* cum arce principatus. 7. *Chimacum* civitas & principatus ad *Sabim* fl. 8. *Stenkerken* urbecula A. 1692. conflictum memorat.

4 *Comitatus Namurcenſis* in Gallos & Hiſpanos partitus *Hannoniam* inter & *Barabantiam* medius: A. 1711. Electori Bavaro à Philippo Andeg. donô datus Gallicum militem habuit; ſed Hollandi A. 1713. *Ultrajecti* largitionem irritam fecêre. In eo Auſtriæ ſunt 1. *Namurcum*, *Namur* metropolis, ubi *Sabis* & *Moſa* confluunt. Fortalitium occupatum à Gallis; dein in Villaregii Ducis conſpectu à 100000. Gallorum, armis Wilhelmi III. Angl. R. deditur. 2. *Caroloregium*, *Charles Roy* novum præſidium, quod Galli A. 1693. Auſtriæ eripuerunt; at pax *Ryſvvicenſis* reſtituit. 3. *Floriacum*, *Fleury* oppidum à cruenta Gallos inter, ac Fœderatos pugnâ An. 1691. notandum.

Galli eſt 1. *Carolomontium*, *Charleſmont* in montis faſtigio à Carolo V. munitum, quod poſt pacem Noviomagenſem A. 1680. ſibi Gallus vendicavit. 2. *Givet* fortalitium recens ſtructum.

5. In Ducatu *Luxenburgico Moſa*, & *Moſella* cinctô, Bavaro pariter A. 1711. donatô, Imperatori ſubeſt. 1. *Lucemburgum*, ſeu *Luxemburgum*, *Lützelburg*, à Gallis A. 1684. ſublatum, A. 1697. & 1713. redditur: Locus regjis planè ſumptibus recentiſſimè à Carolo VI. Imperatore munitum adeò validè, ut inexpugnabilis videatur. 2. *Chiniacum* comitatus eximius. 3. *Baſtonacum*, *Baſtogne* locus mediocris. 4. *Fanum S. Viti*, & *Vienna Viande*. familiæ ſunt Arauſicanæ.

Gallo

Gallo paret 1. *Mons Medius*, *Mont-Medy* præſidium jugô præſtans. 2. *Theodonis Villa*: *Diedenhoſen* Gall. *Thionville* in Lunæ modum ad Moſelam fl. ſtructa, mœniorum operibus tuta. 3. *Epoiſus*, *Ivoix* ab A. 1692. principatûs *Carignam* ferens inſignia. 4. *Damvillerium* & *Martiavilla*, *Marville* ad Lotharingiam, cui defactò *Stenacum*, *Stenay* inſigne præſidium inſeritur. 5. *Rodemachren* locus Marchionis Badenſis.

6. Ducatum *Limburgenſem*, ſeu quia trans *Moſam*, *Tranſmoſanum* exclusîs Gallîs ſoli inter ſe Auſtriaci & Hollandi partiuntur: illis obvenit *Limburgum* Metropolis cum arce in rupe præcipiti A. 1677. à Gallis ex æquo everſa, at recèns recuperante eam Hollandô priſtino vigori reddita A. 1703. Hollandorum eſt. 1. *Dalemum*, & *Falconis Mons Fauquemont* belli ſatis obnoxia. 2. *Vicus VVick* ad *Moſam* è vicino Trajecti.

7. *Geldriæ* ſinum Auſtrinum uſque protenſæ pars, ſeu *Geldria ſuperior* hìc ſolùm referenda, cæterîs ad Fœderatam rempublicam rejectîs. *Geldria* totius Provinciæ Metropolis, Urbs munitiſſima, in Pace Badenſi Regi Pruſſiæ ſubdita. Cæſari manſit *Ruremunda*, *Ruremont* locô, quô *Rura* flu. in Moſam abit: Epiſcopô inſignis Marti fœderato A. 1702. ſuccubuit. *Venloa* Urbs mercatoribus dives A. 1712. Hollandici juris fit, unà cum fortalitio *S. Michaëlis*, præfecturâ *Montfort*, & *Stephanoverda Stephenſ-VVerd* caſtrô Moſæ immersô Hollandis paret etiamnum.

8. In *Brabantiæ* Ducatu, Belgii meditullio, *Antvverpia* nona, & *Mechlinium* decima Provincia annumerantur. Auſtriaci juris ſunt: 1. *Bruxellæ*, *Brüſſel* amplitudine, palatiorum frequentiâ, armamentariô urbs ſanè quàm nobilis, gubernatorum Belgii, Sedes Belgium hodie gubernat Sereniſſima Archidux Auſtriæ Maria Eliſabetha Auguſtiſſimi Imp. Caroli VI. Soror. Bruxellæ A. 1695. à Villaregio obſeſſæ, A. 1706. reſtitutæ, fruſtra A. 1708. à Bavaro te-

tantur, labentibus annis in meliorem formam assurgunt. 2. *Lovanium*, *Lævven*, Gall. *Luvain* urbs prævalida. Universitas *Lipsio* ibidem docente nobilitata, 9. subinde Regiæ stirpis Principes, Duces 24. 19. Comites, aliósque innumeros recenset. Fluvio urbem percurrenti pontes 30. instrati. 3. *Antverpia Antorff*, Gall. *Anvers* emporium in paucis celebre, *Scaldi* contigua: Præsulem habet. Emporio huic inter celeberrima Belgii Amstelodamensium negotiatio non parum commodi subtraxit, octo in ipsa urbe navium receptacula, in Typographia Plantiniana 100. propè characterum genera, nec ultimum Urbis Ecclesia Societatis JESU miraculum fuit: in turri Templi Dominæ nostræ campanile unum campanarum 33. jucundum auribus sonum promit A. 1706. eam cum Bruxellis Galli possidere desiverunt. 4. *Mechlinium*, *Mecheln*, Gall. *Malines* sub dominii titulo, Archiepiscopo, & Supremo Belgii Senatu illustris, urgente necessitate aquis circumfundi potest: hìc parlamentum Equitum Aurei Velleris & armamentarium eximium. Extra Urbem *Monasterium S. Alexii*, in quo 600. fœmînæ Religiosæ vivunt. 5. *Arschottum* Ducatus. 6. *Diesta* locus mediocris, olim Principis Arausicani. 6. *Vilvordia & Tienæ*, *Thienen* Gall. *Tillemont* cum munitione mediocri. 7. *Leuvia*, *Leuvve*, ad amnem *Geete*, ubi ejusdem nominis arx paludibus insidet, & oppidum *Heilissen* à Fœderatis A. 1705. contra Gallos occupatum. 8. *Gemblacum Gemblours* in comitatûs Namurcensis confinio exile, flagrante bellô sæpiùs memoratum. 9. *Nivigella*, *Nivelle*, ardente bello munita. 10. *Seneffa vicus* A. 1674. à cruento Gallorum, Cæsareorum & Fœderatorum certamine, & *Landæ*, *Landen* cum oppido *Nervvinden* à pugna A. 1693. memorantur. 11. *Judoigne* civitas modica & vicus *Ramelies* 1706. celeberrimam fœderatorum Marlboroughiô duce de Gallis victoriam celebrârunt, quâ partâ tota mox *Brabantia*,

Epis-

Epiſcopatus Leodienſis, *Flandria*, compluréſque urbes aliæ victores agnovêre. 12. *Sanflita* præſidium modicum. 13. *Eckern* oppidum certamen memorat A. 1703.

Hollandorum *in Brabantia* ſunt: 1. *Bergæ ad Zomam*, *Bergen ob Zoon* marchionatus. Urbem hanc bene munitam cum portu mediocri in pace *Noviomagenſi*, & *Ryſvvicenſi* Arverniæ comiti ceſsêre Fœderati, quô annô 1710. vivere deſinente, filia Hæres unica ſuperat. 2. *Stenoberga*, *Steenbergen* domûs quondam Arauſiacæ. 3. *Breda* egregiè munita, cujus vicinia *Baronia Bredana* dicitur, Principis Arauſicani patrimonium, hodie Principis Naſſoviæ. Pax Anglos inter & Fœderatos A. 1667. id loci icta. 4. *Sylva Ducis Herzogenbuſch*, Gall. *Bois le Duc* propugnaculîs, paludibus, & vallis ad cæterarum urbium invidiam munita: civitas ædium 4000. pervia fluvjis *Aa*, & *Dommele*, quibus 5. lapidei, & 38. lignei pontes inſternuntur. Vicinia *Majoratus Sylvæ Ducis*, *Mayerey* nuncupatur, in quo *Helmontium*, & alia loca minora. 5. *Gravia* inſigne præſidium. 6. *Ravenſteinium* Dynaſtia exigua ad domum Neoburgicam ſpectans. 7. *Trajectum ad Moſam*, *Maſtricht* urbs pridem invincibilis habita, quæ A. 1673. velociter, non tamen ſinè copioſo cruore à Gallis occupatur, Fœderato dein 1679. *Noviomagi* reſtituta.

Q. Quid in adſito *Epiſcopatu Leodienſi*, & Ducatu *Bullionenſi* obſervandum? *R.* Limburgo Brabantiæ, Namurco, Luxenburgo, & Geldriæ eſt confinis Epiſcopatus Leodienſis: habetur in eo 1. *Leodium Lüttich* belg. *Luyck*, Gall. *Liege* juxtà Moſam flu. urbs opulenta ac elegans, duobus caſtellis conſpicua, quam A. 1702. expugnatam Fœderati reddiderunt Cæſari, præſidium occupante milite Hollando. 2. *Huum*, *Huy*, vel *Hoye* ſæpè à Gallo direptum in præſidio militem habet Hollandum. Vicinia Condruſium *Condros* dicitur. 3. *Dinantum* ab A. 1680. Gallis vectigal,

ctigal, Episcopo Leodiensi in Ryswick A. 1697. redditum absque munitionibus, quæ à Gallo positæ A. 1703. vi disruptæ sunt. 4. *Masacum*, *Maseick*, *Hasselatum*, & *Tungri Tongern* loca mediæ fortis. 4. *Franchimontium* cum oppido *Spa*, ubi binæ acidulæ. 6. *Thuinum* ad Hanoniam vergens. 7. Abbatiæ *Stabulensi Stablo*, & *Malmundariensi Malmedy* Imperii Abbatibus claris Episcopus Tornacensis imperat. 8. Comitatus *Hornanus* propriô Comite ultimô defunctô sub Præsulis Leodiensis jure. 9. *Reckheim* comitatus comitis de *Aspermont*. 10. *Herstal* arx vetusta cum Dynastia familiæ Arausicanæ. 11. *Monasterium Bilsanum*, *Münster-Bilsen*, & Abbatia *Thorensis* Sanctimonialium cænobia cum Principatûs dignitate. 12. *Ballivia Juncetana Alten-Biesen*. Gall. *Vieux Jones* Marianorum Equitum locuples domicilium. Regio hæc à Fœderatis durante bellô ultimô tantisper infessa, Ultrajecti rursùs Electori Coloniensi est restituta.

2 Ducatus *Bullionensis*, *Bouillon* exiguus inter Luxemburgum & Campaniam, *Bullionum* modicam pariter habet metropolim arce tamen munitam, quam cum Ducatu Godefredus Bullionius, ejúsque fratres Episcopo Leodiensi pignoris locô tradiderunt, & Rex Franciæ in pace Noviomagensi rursum ducibus Bullionjis adscripsit. Accedit parvus districtus, in quo *Rochefort*, & *Fanum S. Huberti*.

Q. Quid in singulis Belgii fœderati Provincjis notandum? *R.* 1. *Comitatus Hollandiæ*, reliquarum Princeps dividitur in Australem, & Septentrionalem. *In Septentrionali* sunt: 1. *Amstelodamum*, *Amsterdam*, ob squallidam uliginem palis humo infixis ferè insidens, ædium 50000. à rivis *Amstela* & *Damo* nomen traxit. Mercibus ex utraque India, aliarúmque Regionum divitjis, dum Antwerpiam occuparet Hispanus, huc translatis Incolæ locupletes redduntur: inde annui reditus 18. auri milliones exæquant. 2. *Harlemum*

cele-

celebre à commercjis, ædium ſtructurâ, & inſigni Typographiâ à Laurentio Coſtero A. 1573. inventâ. Urbem hanc, quæ ante annos circiter 353. pagus erat ſine nomine, Dux Albanus immiſſis è tormento 10360. globis penè diruit. 3. *Narda*, ſeu *Nardemum*, quæ A. 1672. Gallicis victorjis terminum poſuit. 4. *Muda* ſortis non infimæ. 5. *Monachodamum Munickedam*, *Horna* à portu flexuoſo dicta, *Enchuſia*, & *Medemblickum* portus Mercatoribus celebres. 7. *Alomaria* urbs valô ſecura, & lacubus dives. 8. *Egmonda* comitatus cum arce, quò ex Galljis Carteſius profectus annis 25. liberiùs Philoſophiam ſuam profeſſus eſt. 8. *Texelia*, & *Flevolandia* Inſulæ, quæ curſum navigjis non bene tutum ob arenam efficiunt.

In *Hollandia Auſtrali* ſitum: 1. *Roterodamum* ad *Merovei foſſam* flu. *Mervee* monopolium omnium Angliæ mercium cum portu egregio: & munimentis & pulchritudine ab Amſtelodamo primum; quod vicinum, *Schielandia* appellatur. 2. *Heelvoot-Sluys*, & *Oranien-polder* portus ad Moſam gemini. 3. *Lugdunum Batavorum*, *Leyden* urbs medio Rheni oſtio appoſita, populô referta, pannîs & illuſtri Academiâ, Facultate præprimis medicâ florens. 4. *Delphi*, *Delft* magnificum Lotharingi gibboſi opus, Principum Arauſicanorum ſepulturæ deſtinatum: urbem armamentariô & mercaturâ divitem meri canales intercîdunt. 5. *Dordracum*, *Dortrecht*, ſeu *Dort* mercibus nobilis, & inſulam figurâ exhibens, eò quòd à continente Brabantiæ aquis exundantibus avulſa. Hâc in urbe civium opulentiâ & ſplendore vix ulli hodiedum ſecundâ, à Theologis reformatis A. 1618. habita *Synodus Dordracena*. 6. *Gouda* à commercjis nota. 7. *Haga Comitum Haag* ſeu *Gravenhage* Gall. *la Haye* præfecti Hollandiæ ſedes, municipium excellens, quod è 4000 domibus, aùt ſi mavis, palatjis ſurgit, quódque patens ſit, nec muro cinctum,

præci-

præcipuum orbis oppidum nuncupatur. Singulis hìc ordinum collegjis germ. *General-Staaten*, ſua ſunt atria, ubi de maximis publicæ rei negotjis decernunt. 8. *Ryſvvick* arx ob confectam A. 1697. Gallum inter & plures Europæ Principes pacem famoſa, olim Arauſicanæ familiæ, nunc cum *Graveſanda* Hollandiæ quondam comitum reſidentia & *Honslardyck* regi Pruſſiæ ſubdita. 9. *Phladirtinga Ulaerdingen*, *Delphorum portus*. *Schonhovia*, *aquæ veteres Oude VVater*, *Voerda*, *Iſelſteinium*, *Viana*, *Vorconium*, *Gorichemium*, *Heudena*, & *Crepicordium Crevecoeur*, loca minùs celebria. 10. *Mons S. Gertrudis* Principis Naſſovienſis, ubi ingens Hollandiæ fretum ſe explicat, pagis pluribus abſorptis. Jacta hìc A. 1710. inter Europæ Principes pacis ſemina ad maturitatem pervenire nequiverant. 11. *Guilhelmoſtadia* Principi præmemorato ſubdita. 12. Inſulæ Seelandiam verſùs: 1. *VorniaVoorn* ob portum *Brielam* præcipua, ac prima contra Hiſpanos à Fœderatis occupata. Viduæ hìc intra triduum non nubentes jus haleces capiendi amittunt; nève toleraretur mendicus, omnibus ex ærario providetur. 2. *Transflachiana*, *Overflacke*. 3. *Goderea*, *Goerea*. 4. *Beyerlandia*. 5. *Iſelmunda*.

2. In *Seelandia* Hollandiæ vicina, & ob ſitum magìs depreſſum multis incommodis obnoxiâ, Inſulæ ſunt: 1. *Valachria VValchern*, in qua Middelburgum emporium celeberrimum cum portu admodùm ſecuro. *Fliſſinga* portus, ubi Scaldim ſinus Auſtrinus excipit. Item *Campoveria* portus mediocris, olim Arauſicanorum. 2. *Bevelandia Auſtralis*. *Bevelandia Septentrionalis*. 4. *Duvelandia*. 5. *Scaldia Schovven*, ubi *Ciriezæa* urbs cum portu, & *Prouvenhavia* ibidem portus, 6. *Tola* à vectigalibus nomen ſortita, ac munitione culta.

4 *Provincia Ultrajectina* Hollandiæ & Geldriæ contigua, ingens ante reformatorum adventum Epiſcopatus, ad Gallorum manus devenit A. 1672. à quibus

exactô

exactô priùs ſtipendiô ſpontè deſerta. Notatur in ea: 1. *Trajectum ad Rhenum*, ſeu *Ultrajectum Utrecht* munitione, univerſitate A. 1636. ſtructâ, cultúque nobilis, quæ A. 1713. Hiſpaniam, Luſitaniam, Pruſſiam & Sabaudiam fœdere conjunxit. 2. *Amersfordia*, *& Montfortium* amplitudinis defectum munimento ſupplent. 3. *Batavodurum VVick*, ſeu *Duerſtadt* ab incolis Batavis olim habitata. 4. *Rhena* locus dignitate poſtremus.

4. *Geldriæ Ducatus* in Geldriam ſuperiorem (de qua in Belgio Auſtriaco actum) *Betaviam*, *Velaviam*, *& Zutphaniam* dividitur. In *Betavia* ſunt 1. *Noviomagus*, *Niemægen* ad Vahalim ampla & bene habitata cum arce vetuſta, ubi Fœdus A. 1679. inter Galliam, & Imperium ſtabilitum. 2. *Tiela* locus nobilis ad quem *Tielervvaert*: Ad *Bommeliam* verò *Bommervvaert*. 3. *Lövvenſteinium* arx munita, præcipuos quoſdam belli inteſtini tempore A. 1650. captivos tenens. 4. *Culenburgum* ad Leccum fl. præſtans fortalitium Principis de *VValdeck*. *Bura* comitatus, qui ab Arauſicanis ad Regem Pruſſiæ tranſiit. 5. *Schenckii arx Schenckenſchanz* à Generali *Martino Schenck* condita, & Hollandiæ clavis, A. 1672. à Gallis levi negotio occupatur, mox reſtituenda Hollandis. *Velaviæ* tribuitur 1. *Arenacum*, *Arnheim* ad Rhenum Velaviæ caput. 2. *Hardevicum* Academiâ A. 1648. fundatâ clarum. 3. *Elburgum* oppidulum in littoris crepidine. 4. *Loo* wilhelmi III. Angl. R. ſeceſſus gratiſſimus, nunc traditus Principi Naſſoviæ. In *Zutphanienſi* comitatu ſunt: 1. *Zutphania*, *Zutphen* metropolis & inſigne præſidium. 2. *Grola*, *Lochemum*, *& Doesburgum* loca non infimæ ſortis. 3. *Borckeloa* cum dominio, urbs olim, magnarum litium origo, Monaſterium ſpectabat. 4. *Anholtium* Germano Principi de *Salm* parens. 5. *Bronchorſtium* urbs modica Comitis *Limburg-Stiri*. 6. *Berg* imperii comitatus proprium habens comitem.

5. Supra Geldriam *Transisalana Ober-Yssel* paludibus repleta conspicitur, tres in partes distincta. In *Sallandia* sunt: 1. *Daventria*, *Daventer* urbs primaria cum illustri Gymnasio. 2. *Zvvolla* mercimonjis inclyta: *Hasseletum* ad *Vidrum* fluv. *Vecht* Holl. *Svvartevvater*, id est: *aquam nigram*. & *Vollenhovia*. 3 *Clausulæ nigræ Svvart Sluis*, *Campen.*, *Blockzilia* & *Stenovicum* loca munita. In *Tuventia Tvvente* est *Oldensalia*. In *Drentia* habetur transitus in Germaniam præcipuus *Covordia*, *Cœvorden*.

6. *Groningensis* Dynastia duabus ex partibus constans, sinu *Dollartio* ambitur: in parte Groningensi notatur: 1. *Groninga* Metropolis Universitatem An. 1614. exhibens, & incassum ab Episcopo Monasteriensi A. 1672. armis tentata. 2. *Vinschota* fortalitium. 3. *Burtagnæ* præsidium ad tormenti jactum paludibus circumdatum. In parte altera Groningæ, nempe *Ommelandia* notatur: 1. *Arx Delfzilia* munimentis ac portu inclyta, ostio *Amasi* flu. *Ems* imminens. 2. *Damum* pariter munitum.

7. *Frisiæ occidentalis VVest-Friesland* sunt: 1. *Leovvardia*, *Leuvvarden* nitore suo, ac robore nomen merita. 2. *Harlinga* cum portu illustri, mercibus coëmendis aptissima: hoste instante aquis cingi potest. 3. *Franeckera* medicâ universitate A. 1855. instructa. 4. *Stavria*, *Stavern* portus quondam & Frisiæ Regum sedes, in maris austrini promontorio eminens. 5. *Documum* vix memorabile. 6. Insulæ: *Schellinga*, *Amelandia*, & *Monicoga Schiermong* molis exiguæ.

Q. Quis status Belgii Politicus? *R.* Carolô Audace Burgundiæ Duce A. 1477. mortuo regio hæc ad Maximilianum I. Imp. ob Mariam Caroli filiam ac consortem suam patrimonii jure; inde ad ejus Nepotem Carolum V. hinc ad Hispaniæ coronam, Domúmque Austriacam, occupante Hispanias Philippô Andegavensi devenit. Dum de Egmontio, & Hornano è prima nobilitate comitibus supplicium ab Hispanis sumeretur,

retur, 7. ad ortum Provinciæ in rabiem actæ, icto A. 1579. fœdere in liberam rempublicam coaluêre, prout dein per pacem Monasteriensem A. 1648. stabilitum, & post octoginta annorum bellum nequidquam ad obsequium revocatæ. Summam in Belgio fœderato potestatem habent Ordines, seu deputati Provinciarum, quos Status generales vocant.

Q. Quæ Regionis dotes? *R.* Belgium Hispanicum in quo nec frugum copia, nec eximiarum Urbium numerus desideratur: nuperis nihilominus annis campus martius, & cruore rigata non parùm nitoris perditum ivit. Hollandia fluvjis, canalium frequentiâ, & paludibus referta sub equorum ungulis tremit. Halecum duntaxat, & vaccarum dives (quarum singulæ 44. lactis hemines die unâ fundunt) penè necessarjis ad victum egeret, nisì commercia in orbem universúm distracta affàtim cuncta suppeditarent.

Q. Quis Incola & Regio? *R.* Ingenua morum simplicitate gaudet, labori assuetus, & cui cum pelagi discriminibus non modò notitia, sed & familiaritas. Terræ pars Austriæ ac Gallo obediens, ùtùt Jansenii erroribus obnoxia, facilè ejectô venenô orthodoxæ Ecclesiæ se reddidit. Hollandus Calvino plurimùm favens cuivis liberum fidei finit exercitium, Catholicis solùm privatas ad ædes relegatîs. Academiæ Romanæ religioni addictæ sunt: Duacensis, Lovaniensis & Mechliniensis. Reformatæ: Lugdunensis, Alcmariensis, Ultrajectina, Hardevicensis, Franekerana, & Groningensis.

CAPUT VI.

DE HELVETIA.

Q. QUæ nominis origo & ſitus? *R. Helvetia*, Germ. *Schvveiz*, Gall. *la Suiſſe* à Cantone Svitienſi nuncupata, occaſum versùs Burgundiâ cum Delphinatu, à Septentrione Alſatiâ & Sueviâ includitur.

Q. Qui lacus & fluvii? *R.* Lacus ſunt 1. *Podamicus*, Germ. *Boden See* aljis *Conſtantjenſis*, ſeu *Brigantinus*. 2. *Lemanus*, *Genffer-Gee*, Italiæ, Galliæ, ac Sabaudiæ interjacens. 3. *Neocomenſis*, *Biennenſis*, *Muſtenſis*, *Thunenſis*, *Lucernenſis*, *Tugienſis*, & *Tiginus*. Fluvii: 1. *Rhenus* è campo Fœderis cani, ſeu Germ. *Graubinder-Land* ortus. 2. *Rhodanus* apud Valiſios proſiliens. 3. *Arloa*, *Aar*, qui mediam ſecans Helvetiam in Rhenum abit.

Q. Qui antiqui Helvetiæ Incolæ? *R.* Ambrones, Rauraci, Rhæti Sarunetes, Seduni, Tigurini, Tugeni, Vennones, Verbigeni, vel Urbigeni.

Q. Quæ Diviſio? *R.* Dividi in Rempublicam, Subditos, & Socios. Reipublicæ pagi, Societates, ſeu Cantones ſunt 13. Bernenſis, Friburgenſis, Solodorenſis, Baſileenſis, Scaphuſienſis, Tigurinus, Abbatiſcellenſis, Glaronenſis, Uranienſis, Svitienſis, Unterwaldenſis, Tugienſis, & Lucernenſis.

Q. Quid de ſingulis? *R.* 1. *Bernenſem* è reliquis maximum dividi bifariàm. In parte germanica ſunt: 1. *Berna* juxtà Arolam flu. Metropolis viribus, munitione à natura & amne ſibi comparatâ, divitjis demum præ aljis Helvetiæ urbibus eminens. 2. *Burgdorfum*, & *Arburgum* minimè Bernæ æquiparanda. 3. *Habſpurgum* arx pervetuſta Rudolphum comitem Germaniæ dedit, à quo Auguſtiſſimæ Domûs Auſtriacæ Familia. 4. *Kœnigsfeld* celebre Monaſterium, ubi Albertus I. Imp. A. 1308. peremptus. In

parte

arte Gallica ſeu *Vaudo*, *Lepais de Vaud* à pluribus Gallorum millibus poſt ultimam Hugonottorum perſecutionem habitata, ſunt: 1. *Lauſonium*, *Lauſanne* mole & ſtructurâ metropolis: duos colles oppoſitos, vallémque interjectam occupat. Epiſcopus ſæc. 16. pulſus Friburgum ſe contulit. Non procul inde portus exilis Lacui Lemano trajiciendo deſtinatus. 2. *Ebrodunum*, *Yverdon* olim celebre. 3. *Aventicum VViſflisburg* urbs elegans.

2. In *Friburgenſi*, *Canton Freyburg* meris inſeſſum rupibus ampla Civitas Friburgum.

3. In *Solodurenſi*, *Canton Solothurn* metropolis *Solodurum*, Gall. *Soleurre* ſplendore & munimentis eximium, ſtabilis legati Gallici ſedes.

4 In *Baſileenſi*, *Canton Baſel* habetur: 1. *Baſilea* Gall. *Bâle* Helvetiorum urbs ampliſſima, in qua picta omnium paſſim ædium veſtibula: à Concilio item Baſileenſi, Univerſitate, Typographiâ, & armamentariô æſtimanda. 2. *Huninga* à Gallis A. 1680. ſtructum inſigne fortalitium: munitio cis Rhenum, & in medio Rheni vi pacis Ryſwicenſis ſolo æquata. 3. *Laucoſtabulum*, *Lichſtal* urbs memoriam merita. 4. Tranſitus *Augſt* ad Rhenum, celebris olim urbs *Auguſta Rauracorum*. Epiſcopus Imperii Princeps Brunduſiæ in Germania reſidet.

5. In *Scaphuſienſi*, *Canton Schafhauſen*, Lat. *Scaphuſia*, Ital. *Saffuſa*, reliquas ſplendore ſuperans, in cujus medio arx auguſta aſſurgit. Ad *Neokircham* urbeculam cum dominii titulô, conſpicitur *cataracta Rheni Rheinfall*: inde à Scaphis pago nomen, cùm ibidem ob præcipitem per abrupta Rheni deſcenſum Scaphæ exonerari debeant.

6. In *Tigurino*, *Zürch* Ital. *Zurigo* ſunt: 1. *Tigurum* civitas, ſive robur, aut nitorem, ſeu commercia ſpectes jure Princeps, Academiâ & Typographiâ inſignis. 2. *Egliſovia*, & *Regenſpergum*. 3. *Kyburgum* arx & præfectura, olim comitatus.

7. *Abbatiſcellenſis Appenzell* Rhenum uſque porrectus ex 12. Communitatibus, ſive Vicariatibus, qui ab hac Provincia Roden appellantur, Coaleſcit. *Abbatiſcella* non urbis, ſed oppidi amœni ſpeciem refert, in qua opulenti ſunt incolæ.

8. In *Glaronenſi*, *Canton Glaris* tribus celſiſſimis montibus cincto, eſt *Glarona* vicus patens & diffuſus, quô comitatus *VVerdenberg* ſpectat.

9. In *Uranienſi*, ſeu *Urania Uri* civitas ejuſdem nominis *VVilhelmum Tell* habuit, qui revolutionis Author, primus ſe Præfecto oppoſuit Cæſareo.

10. In *Sylvanienſi*, ſeu *Untervvaldenſi*, Canton *Untervvalden* ſunt: *Stantia*, ſeu *Statio Stanz*, oppidum totius Cantonis Caput ſecundò *Sarna* oppidum, ſed minùs celebre priori.

11. In *Svitienſi*, *Svveitz*, *Svitia*, oppidum amplum, muris non cingitur. Ab hac Provincia omnes reliquæ Suizzeri appellantur, fortè ob inſignem victoriam de Auſtriacis relatam. In medio ſui habet celebre Sanctuarium Beatiſſimæ Virginis Mariæ Einſydlenſis prodigjis clariſſimæ.

12 In *Tugienſi*, qui eſt omnium minimus, Ital. & German. *Zug*, eſt *Tugium* oppidum ad ripas exigui lacûs poſitum amplitudine ferè omnium princeps.

13. In *Lucernenſi*, *Lucerna* Lat. & Ital. Germ. *Lucern.* Urbs primaria, cui nomen obvenit à Turri monaſterii, in qua ignis nutriebatur ad nocturnos in lacu nautarum adventus. In hac Civitate reſidere ſolet Nuncius Pontificius, & interdum etiam Legati Hiſpaniæ, & Sabaudiæ. Item *Semphacum*, ubi Auſtriaci A. 1386. ſubinde ab Helvetjis attriti. De vicino *lacu Pilati* rumor fert, quidquid injeceris, grandem ſubitò excire tempeſtatem.

Q. Quid de ſubditis Helvetiorum? *R.* Inter Subditos ad Germaniam ſunt: 1. *Comitatus Badenſis*, in quo præter oppidum *Certiacum*, ſeu *Forum Tiberii Zurzach*, & *Tribunal Cæſaris Kayſerſtul* ad Rhenum,

habe-

abetur *Bada*, seu *Thermæ Helvetiorum Baden*, cu-
is arcem & munimenta Cantones Tigurinus & Ber-
ensis demoliti sunt, dum comitatus hic A. 1712.
n Catholicorum partem plurimùm inclinaret.
2. *Provinciæ liberæ*, Germ. *die Freienaempter*, ubi
uondam comitatus *Rore*, seu *Roure*, hodie *Bremo-
artum & Mellingia* mediæ sortis loca. Juxtà oppi-
lum *VVilmergln* cruenta Helvetiorum pugna A. 1712.
nemoratur. 3. *Turgovia* regio ad lacum Podami-
um. 4. *Vallis Rheni*, seu *Rhegusia*, *Rheinthal*, ubi
Rhenus lacum Podamicum ingreditur. 5. *Tractus
arunetum sargans* comitatus sat nobilis. 6. *Castra
hætica*, *Gaster* regio modica ad lacum Tigurinum,
in qua *Uzenacum*, *Uznach* quondam comitatus.
2. Ad Galliam sunt Præfecturæ 4. 1. *Muratum*,
Murten, ubi A. 1476. Carolum Audacem Burgundiæ
Ducem Helvetii insigni clade affecerunt. 2. *Gran-
disonum*, *Gransee* simili ejusdem anni victoriâ cla-
rum. 3. *Urba*, *Orben* Gall. *Chalans* celebris olim
civitas: vicinia tractus *Urbigenus* seu *Verbigenus* nun-
cupatur. 4. *Schvvartzenburg*.
3. Ad Italiam Dux Maximilianus Sfortia ob exi-
mia ad recuperandum Mediolanum subsidia 4. Præ-
fecturas *Transalpinas* seu *Ultramontanas* Helvetjis ces-
sit A. 1512. suntque: *Luganensis*, Ital. *Lugano*, *Lo-
carnensis*, Ital. *Locarno*, *Mendrisiana*, Ital. *Mendrisio*,
& *Madiana*, Ital. *Val Magia*. Subsunt item in Italia
præfecturæ: *Belitio* seu *Bellinzonium*, *Bellenz*, Ital.
Bellenzona, *Vallis Brennia*, & *Riviera*.
4. Alii sunt Helvetiorum subditi, qui jis certam
regionis partem aut urbem cedere coacti, jure tamen
gladii sibi reservato, sunt: 1. *Arovium*, *Arau* ad A-
rolam fl. locus mediocris. 2. *Episcopi cella* urbs in
Turgovia. 3. *Pons Arolæ*, *Bruck*, & *Diessenhofa*,
aljis *Darnasia*, urbes decorè structæ. 4. *Gersoviæ*
vicus exiguus, notissimus tamen. 5. *Ruperti Villa*,
Rappersvveil civitas, cujus dominium à Pago Ura-
 niensi,

nienſi, Suitienſi, Sylvanienſi, & Glaronenſi A. 1712. ad Tigurinum & Bernenſem tranſiit. 5. *Ganodurum* ſeu *Stenium Stein*, *Vitodurum VVinterthur*, & *Zopfinga*, aliter *Tobinium* amœnæ urbes. Ubi Berna, Solodurum, Lucerna, & Tractus Sylvanienſis ſive Provinciola Unterwalden jacet, *Argoja* Lat. Ital. *Argovia* appellatur, Germ. *Argovv*. Tractus verò Friburgenſis *Nuithorica* Lat., *Uchtland* Germ. Alii Diſtrictus *Zurgovia* Ital. Germ. *Zurchovv* dicuntur.

Q. Quid de ſocjis Helvetiorum? *R.* Partim in Helvetia, partim extra eam, regiones Helvetjis fœderatæ conſpiciuntur, & ſunt: 1. *Rhæti*, ſeu *Griſones*, voluptatis propè, veſtiúmque luxûs ignari; Regionem incolunt ad Septentrionem montibus obſitam, at Italiam versùs nulli Orbis Provinciæ ſecundam. Cùm domui Auſtriacæ ultra ſubeſſe refugerent, in factionem jurârunt, cujus teſſera veſtitus Leucophæi coloris, & mitella ex albo fuſca: inde Gallis *Griſæi* dicti. Reſpublica tribus fœderibus conſtat, ùt ſunt: 1. *Fœdus canum*, ſeu *Liga griſa der Grau-bund*, conſtans ex 18. Catholicis conventibus, 10. Reformatis. *Ilantium* locus exilis & fœderis hujus caput, ubi Rheni fons & Scaturigo. 2. *Fœdus domûs DEI die Ligue deſs Gottes-Hauſs*. Urbem habet Lat. *Curiam*, Ital. *Coira*, Germ. *Chur* dictam. Eſt Metropolis hujus fœderis, ejus Antiſtes eſt Princeps Imperii. Ubi Oenus exoritur *Innthal*, ſeu *Engadina* vocatur. 3. *Fœdus 10. Judiciorum*, *der Bund der Zehen Gerichte*, in quo vicus optimus *Majævilla*, *Meyenfeld*.

Subditi Griſonum ſunt: 1. *Comitatus Clavenna Cleven*, Ital. *Chiavenna*, cum urbe Principe ejuſdem nominis, 2. *Vallis Telina*, Ital. *Val Telina*. Poſſeſſio hujus Vallis cauſam dedit bello ſub initium ſæculi 16. Ab optimo vino celebris. *Plurium Plurs* vicum ingentem A. 1618. monte *Canto* obrutum ferunt. Lapis hìc cavatur, tornatúrque in vaſa coquendis cibis idonea,

idonea, & ſalubria contrá venenum, quòd in illis ad ignem ebulliens diſſipatur. *Morbonium* eſt Metropolis: Alius Sondrium pro urbe prima nominat. 3. Comitatus *VVormienſis*, *VVormio*, ſeu *Bormio* cum loco cognomine.

2. Secunda Helvetjis confœderata regio eſt *Valleſia VValliſerland* à multis vallibus ſic appellata à meridie mediolanum reſpiciens: urbs prima & Epiſcopalis eſt *Sedenum*, *Sitten*, Gall. *Sion* ſitu pollens perquàm amœno & fortalitjis tribus in montis jugo conditis inclytum. *Agaunum S. Morice*, arx nobilis cum thermis calidis, ubi S. Mauritius Martyrii palmam eſt adeptus.

3. *Bienna*, *Biel* urbs & regio ad lacum Biennenſem Epiſcopatui olim Baſileenſi ſubdita, A. 1547. in Fœdus ab Helvetjis recipitur.

4. Principatus *Neocomenſis*, *Neüenburg*, Gall. *Neufchatel* lacui cognomini adjacens Duci Longuevilleo paruit, ſed deficiente hac familia An. 1694. Rex Pruſſiæ A. 1707. ùt Dominus agnoſcitur, id quod Ultrajecti confirmatum. *Neocomum* Metropolis proprio in hanc diem jure cum Helvetjis fruitur.

5. Reſpublica *Genevenſis*, Gall. *Geneve* eſt ſpectabilis *Genevâ*, Ital. *Gineura* liberâ imperii urbe uſque ad A. 1535., quô Fœdus cum Helvetjis pepigit: Cæterà prædives, ampla & munitione celebris inſignem Academiam jactat Patricjis more Helvetiorum *Collegii conſilium* conſtituentibus. Præſul creſcente in dies Reformatorum numerô in Sabaudiam ſe recepit.

6. Abbatia *Sangallenſis* ad Abbatiſcellam gaudens *Fano S. Galli* urbe ob frequentia mercimonia locuplete. Abbas Imperii Princeps in *VVeil* reſidet, fruitúrque comitatu *Tockenburg* ſeu *Doggenburg*, cujus inquilini ſubeſſe detrectantes, ſuppetias ferente Cantone Tigurenſi & Bernenſi, ad Bellum inteſtinum A. 1712. devenêre; inde Abbatia S. Gallenſis diruta, reſidentia occupata, Abbáſque ipſe regione

ejectus,

ejectus, post cujus obitum A. 1718. alius suffragiis statis substitutus.

7. *Mulbusia* in Sundgovia libera imperii urbs ad A. 1533. quo usque nimirùm à Fœdere abstinuerat.

8. *Rotevila*, *Rotvveil* in Suevia eadem libertate A. 1590. ultimùm potita, at cùm in obsidione Suecica Austriæ militem admitteret A. 1632. Fœdere est soluta.

Q. Quis status Politicus? *R.* Dum Alberti I. Austriæ Archiducis Præfecti multùm Helvetiorum libertati derogarent, incolæ his anno 1308. ejectis, Fœdus pepigêre A. 1320. Demùm A. 1332. Leopoldô Alberti I. filiô in fugam actô Austriaci primùm; dein Pax Westphalica A. 1648. liberam Helvetiorum Rempublicam declarârunt, quam 13. Cantones nominati constituunt. Tres solùm sub initium conjuraverant: Suitiensis, Uraniensis, & Sylvaniensis, adjectis circa A. 1352. Lucernensis, Tigurino, Glaronensi, Tugiensi, & Bernensi: reliqui peremptô ab Helvetiis A. 1477. Carolo audace Burg. D. accessêre. Pagus quilibet Rempublicam constituit, ac jure propriô fruitur, summâ potestate per Consules ac Prætores, administratâ: si de rei totius publicæ negotiis quid decidendum, omnes Badæ aut Arovii conveniunt. His variarum regionum incolæ subduntur, *Subditi Helvetiorum* dicti: alii cum eis fœdus pangentes *Socii* nuncupantur.

Q. Quæ Regionis dotes? *R.* Montibus & sylvis admodùm aspera, nec frumentum inquilinis sufficit; unde sub exterorum Principum vexillis stipendia merentur: Vaccæ tamen & casei Helvetiorum per omnem Europam celebrantur, nec sylvæ damîs, capricornîs, martibûs &c. destituuntur: Sylvanienses Aurifodinæ, Bernenses plumbum & argentum, Grisones Amethistus, Carbunculus, Crystallus, & Draconites locupletant.

Q. Quis incola & Religio? *R.* Esse animô sincerô, generò-

generosò, corpore valido & ingeniò, si excolatur, minimè contemnendô. Incola idem, qui miles, igne in montis vertice succensò locum sibi destinatum petit, unde traditur ex solis Bernensibus paucas intra horas 100000. coire, ut factum A. 1712. Quod Religionem attinet, Calvinum sequuntur: Tigurinus, Bernensis, Basileensis, & Scaphusiensis. Partim Calvinum, partim Catholicam Fidem: Glaronensis, & Abbatiscellensis. Reliqui Pontificem Christi Vicarium agnoscunt. Nulli Pagum habitare concessum, nisi ubi fidei suæ sacra administrantur. A. 1712. in pace ultima definitum apud Helvetios, nè in Turgovia, Valle Rheni, & Tractu saruneto, locis Helvetiæ subjectis, major orthodoxorum, ac Calvini asseclarum ratio habeatur.

CAPUT VII.

DE ITALIA.

Q. QUæ nominis origo? R. Rectiùs deduci videtur ab Italo Rege vetustissimo, qui Latium incolebat, quàm à Græcis, qui frequentes in ea boves videntes, quos ipsi *Itálus* vocant, nomen Italiæ imposuisse putantur. Dicitur etiam *Ausonia* à primis suis incolis *Ausonibus*. *Hesperia*, quod Græcis esset ad occidentem. *Saturnia* à Rege *Saturno*, vel Rupe *Saturna* seu Capitolio. *Oenotria* ob vini præstantiam. *Magna Græcia* ob frequentes Græcorum colonias.

Q. Quis situs? *R.* Figuram querni folii tribuit ei Plinius, Peltæ Amazonicæ Martianus, recentiores Cruris humani, vel etiam ocreæ calcari, quod Capitanata est, armatæ. Ab Occidente & Septentrione Alpibus à Gallia submovetur & Germania. Ab Oriente mare Adriaticum, ubi Arsiâ flu. & sinu

Flana-

Flanatico à Dalmatia & Morlachia ſeparatur. Ab Auſtro Mare Mediterraneum habet. Longa eſt ab Helvetia & Gallia uſque deorſum 200. lata maximè 140. minimè vix 30. aut 40. Germ. mill. Cingitur mari Adriatico, quod ab urbe *Adria*, unde dicitur, uſque ad fretum, quod Italis *Bocca del Golfo di Venezia*, porrigitur. Mari Jonio, quod ab Jonio Illyrico nomen accepit: Mari Tuſco, ſeu Hetruſco aut Tyrrheno à Miridie, quod ab antiquis Maris hujus poſſeſſoribus ſic dicitur. Mari Liguſtico inter Varum & Arnum flu. à tractûs incolis Liguribus dicto adjacet. Varios hæc maria Sinus efficiunt; 1. ad latus orientale Hiſtriæ *Flanaticum* ab urbe Liburniæ *Flannona* dictum, ſeu *Carnivorum* ob frequentia ibidem naufragia. 2. *Tergeſtinum*. 3. *Venetum*. 4. *Manfredonium* ad Capitanatam. 5. *Tarentinum*. 6. *Squillaceum* ad oppidum *Squillum*. 7. *Lamentinum*. 8. *Salernitanum*. 9. *Neapolitanum*. 10. *Cajetanum* ad urbem *Cajetam*.

Q. Qui fluvii reperiuntur in Italia? *R.* 1. *Padus* olim *Eridanus*, qui ex Alpibus ortus & 30. utroque ex latere auctus fluvjis, mare Adriaticum ſeptem oſtjis petit. 2. *Atheſis*, *Adige* etiam in Alpibus oritur, maréque Adriaticum ingreditur. 3. *Arnus*, in mare Hetruſcum influit. 4. *Tiberis* ex monte Appenino ortus 42. amnibus auctus, duobus oſtjis in mare Hetruſcum infertur. His accedunt: *Vulturnus* ex Appenino ortus, cui pontem magnifici operis Domitianus impoſuit. *Silarus*, de quo credidêre veteres, quod omnia in Lapidem vertat. *Aufidus Loſanto*, qui infra Cannas Romanorum clade celebres mare ſubit; documenta cladis fuêre Aufidus diu cruentus; pons de cadaveribus juſſu Ducis in torrente *Veſgelli* factus: Modii duo annulorum Carthaginem miſſi.

Q. Qui Montes præcipui in Italia? *R.* 1. *Alpes*, quibus cingitur ferè Italia, diverſa habent nomina, ad Va-

ad Varum fluv. dicuntur *Maritimæ ;* *Cottiæ* ad Auguſtam Taurinonum ; *Grajæ* ad auguſtam Prætoriam ; ad Rhodanum *Peninæ* , ad Ticinum flu. *Leopontiæ :* ad Rhætiam *Rhæticæ ;* ad Tridentum *Tridentinæ :* ad Carnioliam *Carnicæ* , *Juliæ* , ſive *Panonicæ &c.* in his lacus ex aquis vivis : Cryſtallus Librar. 50. animalia multa quæ fiunt alba : ubertas agrorum & paſcuorum. 2. *Mons Appeninus* , qui per totam Italiam formâ ſemilunari uſque ad fretum Siculum procurrit, cujus vel partes , vel appendices ſunt *Caſſinus* , ubi S. Benedicti primum cœnobium. Mons *Gaonus* , *Maſſicus* , *Falernus* vinô generoſô fœcundi : *Veſuvius* , nunc *Monte di ſomma* , qui ignes vomit ac cineres. *Garganus* , ſeu *Mons S. Angeli* ubi ſpecus, in quo apparuiſſe S. Michaël creditur.

Q. Quæ Diviſio Italiæ? *R.* Dividitur in tres partes: ſuperiorem, mediam, & infimam : quarta adjungitur : Inſulæ Italicæ. In ſuperiori parte, quæ utramque Padi ripam conficit, (hæc à Longobardis ſic dictis , vel quod prolixam alerent barbam , vel à longis bipennibus, ſive Halabardis, quibus utebantur in præljis, qui VI. Sæculo à Narſete, poſtquam è Germania ſeptentrionali egreſſi in Pannonia aliquamdiu conſederunt , huc evocati eam tenuerunt, *Longobardia* dicitur) ſunt Ducatus 7. tres Reſpubl. & Principatus quidam minores. Primus Ducatus *Sabaudia* ad Genevenſem lacum, Galliam inter & Pedemontium ſitus , proprio hodie Duci paret Carolo Emmanueli III. Hujus Majores è Ducibus Saxonicis hunc tractum comitatûs titulô ſibi acquiſiverunt, & Sigiſmundus Imp. poſtea in Ducatum convertit.

In 6. Tractus dividitur, 1. eſt *Sabaudia propria* ubi urbes: 1. *Camberium* Parlamento Suburbjis , fontibus, & propugnaculo nobilis. Penes urbem fons 6. horis continuò fluit, & per 6. alias totus areſcit, & ſi impetu fertur , 3. aut 4. molas impellit. Altera *Montmelianum* arx Iſaræ fluv. imminens ad radices

ingen-

ingentis petræ, quæ in celſum, & oblongum propugnaculum plano è ſolo erumpit, olim inexpugnabilis habita, à Gallis A. 1692. hyemis tempeſtate magis quàm armis expugnata eſt, reddita dein, verùm A. 1706. ab jiſdem rurſus occupata; donec tandem Ultrajectenſi pace proprio Duci A. 1713. reſtituta: *Bellofordia*, *Beaufort* Civitas. *Aquæ Gratianæ*, *Aje*. Locus hic nomine Civitatis, & Marchionatûs titulo donatur à nonnullis. *Rumiliatum*, *Rumillus*, Civitas ad ripam fluminis Sorani. 2. *Tractus Genevenſis* ubi *Annecium*, *Anneci*. Sedes Epiſcopi Genevenſis, ex quo tempore Geneva hæreſim amplexa eſt. 3. *Ager Cabellicus*, *Chablais*, ubi *Tunonium* ad lacum Genevenſem. 4. *Vallis Tarentaſia*, ubi *Monaſterium in Tarentaſia* urbs Archiepiſcopalis. *Gallicè Montiers en Tarentaiſe*. 5. *Vallis Mauriana* ubi *Fanum S. Joannis in Mauriana*, à quo hodierni Duces Sabaudiæ anteà Comites de Mauriana dicebantur. 6. *Tractus Foſſigniacus* in quo parva civitas *Cluſa*, & totius Provinciæ caput *Bonnopolis*, *Bonneville*.

Alter Principatus *Pedemontii* etiam Sabaudo ſubditus, qui in minores 9. Provincias dividitur. 1. Eſt *Pedemontium* in ſpecie, hujus urbes: 1. *Auguſta Taurinorum* Principatûs caput, Ducum ſedes, Pentagonâ arce & Vivariô ornata, urbs ſupra fidem munita. A. namque 1706. vim Gallici exercitûs ſola ſuſtinuit menſibus 4. donec in ſubſidium veniente Principe Eugenio obſidione penitus ſoluta 20000. Gallorum partim cæſis, partim fugatis; quâ victoriâ partâ loca etiam munitiſſima deſerta à Gallis & Sabaudiæ Duci reſtituta ſunt. Ducale Palatium, Archiepiſcopale, Academia, Bibliotheca 30000. Librorum digna viſu. 2. *Carinianum* ubi arx feraci loco ſita. Habuit proprinm Principem *Ducem Cariniani* dictum: *Duca di Carignano*. 3. *Savilianum* Ital. *Savigliano*, urbs magnitudine nota. 4. *Cuneum* Ital. *Coni*. Eximium Fortalitium, A. 1694. armis Gallorum fruſtra

tenta-

tentatum. 5. *Mons Regalis*, *Mondov*, munimentum monti inædificatum. 6. *Fossanum*, quasi *Fons sanus* ob aquæ salubritatem dictum. 7. *Mons Calerius*, *Monçaglieri* locus peramœnus. 8. *Chierium*, *Chieri* Ital. *Pinarolium*, *Pignerolo*. 9. *Pignarolium* de quo in Delphinatu Galliæ Provincia. 2. *Ducatus Augustus*, *Aosta* Ital. in magna valle; urbs illius *Augusta prætoria* Episcopalis. 3. *Tractus Vercellensis* urbs *Vercellæ*, Ital. *Vercelli* A. 1704. à Gallis magna ex parte demolita. 4. *Comitatus Canapitium*, *Il Canavese*, in hoc *Eperoda*, *Inurea*, sive *Jurea*, & *Clavassium* parvi nominis urbes. 5. *Marchionatus Segusinus*. *Susa* Ital. ad fines Galliæ, ubi urbs *Segusium*, quæ A. 1704. in Gallorum potestatem venit, sed A. 1706. à Duce feliciter recuperata. 6. *Comitatus Salutiarum* ubi urbes *Salutiæ*, *Saluzzo*, & *Carmaniola*, *Carmagnola*, in Pedemontio alias sita; utraque magnæ Gallis utilitati in bello fuit. 7. *Comitatus Niciensis*, qui ante annum 1565. Galliæ Regno accensebatur, mari Ligustico alluitur, ubi Varus flu. Galliæ, Italiæque statuit limites. In eo urbes: 1. *Nicea*, *Nizza* Episcopalis & maritima à Massiliensibus condita, insigni Castello munita, quod tamen à Gallis funditùs eversum. 2. *Villa Franca* Portus commodus. 3. *Comitatus Boleanus* cum parva Civitate *Boleo*, Ital. *Boglio*. 4. *Tenda* comitatûs pariter titulô gaudens.

8. *Comitatus Astensis*, ubi præter Marchionatum *Cevanum* sunt: 1. *Asta* ad flu. *Tamoram* sita, quæ comitatui nomen dedit. A. 1706. secretarius Ducis de Fevillada Literas exarare jussus, quibus Dux Præsidiariis urbis *Aqui* exitum imperavit, *Asti* scripsit, & imperiô executioni datô Astenses excesserunt milites, Duce Sabaudiæ præsidium Cæsareum illicò imponente. 2. *Veruca*, Ital. *Verrua* præalto monti superstructa. A. 1705. diuturna obsidione à Gallis subacta, A. autem 1706. rursus recuperata. 3. *Clarascum*, *Chierasco* Ital. *Quieras* locus pacis A. 1631.

Gal-

Galliam inter & Italiam conditæ. Urbes hæ usque A. 1531. Ducatui Mediolanensi conjunctæ fuêre. 9. *Ducatus Oneglia* ubi urbs *Onelia* portu instructa; hunc illustris familia apud Genuenses Doria A. 1579. Ducibus Sabaudiæ vendidit. Huc etiam spectant Valles Waldensium hæreticorum, quos quidem A. 1686. Dux Sabaudiæ precibus Galliarum Regis incitatus, solum vertere coëgit, sed rursus recepti usque ad A. 1696. immunes perstitêre, ubi conclusâ particulari Pace novo imperio penitùs exulare jussi. Valles sunt: *Lucernensis*, *Perusina*, *Vallis S. Martini*, *Clusonia*, *Pragelana*, & *Barcinonensis*, quæ postrema Pace Ultrajectensi Galliarum Regi relicta.

Tertius *Mons ferratus*, quasi *Mons ferax* ob feracitatem; huic Ducatûs titulum dedit Gens Palæologa A. 1575. quæ hìc habitabat. Ab An. 1535. sub Imperio Mantuani Ducis stetit. A. tamen 1708. ab Imperatore Duci Sabaudiæ in feudum datus. Regio hæc ceu mons perpetuis expanditur jugis, tota amœna: Urbes in ea: 1. *Casale* cognomento Evasii arx quondam Italiæ munitissima, quam A. 1680. Mantuanus Dux Galliæ Regi deficientibus hæredibus vendiderat; Rex ad stuporem omnium munitam, armamentarióque instructam, binis nihilominus vicibus perdidit, primùm A. 1695. ubi munimenta omnia solo æquata, & post repetitam Gallorum munitionem A. 1706. 2. *Aquæ Stellatæ*, aut etiam *Statiellæ* vero *Aqui* urbs amni Borgiæ apposita, propter thermas publicas olim frequens, nunc solo clara Episcopatu. 3. *Nicea Palea*, Ital. *Nizza della Paglia* urbs mediocris. 4. *Alba Pompeja*, Ital. *Albi* etiam Episcopalis, & 5. *Tridinum*, Ital. Trino constituta Chieracensi pace A. 1631. Sabaudo tradita. 6. Demum Marchionatus *Spinensis*, in quo locus præcipuus est *Spinium*, Ital. *Spigno*.

Quartus *Mediolanensis*, qui defunctis ad 16. Sæculi initium propriis Ducibus ad Carolum V. quocum

Fran-

rancifcus I. acriter contenderat , devolutus, nunc
erò legitimo Jure Carolo VI. Cæfari Virtute Prin-
ipis Eugenii , (qui Gallos ad Turinum profligatos
otâ Italiâ cedere compulit) & pace Ultrajectenfi,
Raftadienfi , & Badenfi fubjectus eft. Ambitu fuo
omplectitur 300. mill. Ital. abundat lacubus & flu-
jis, accedente infuper camporum planitie, in qui-
us ingens vis frumenti quot annis , in partes tot
ividitur , quot celebriores numerat civitates. 1.
Eft *Mediolanum* , *Milano* urbs tantæ magnitudinis ,
t communi nomine *la Grande* appelletur. Vallo,
offis, arce & armis inftructiffima, nec ipfa modo
rbs fed & fuburbia vallo & foffis aqua plenis cin-
guntur . Exornata præterea ædificjis magnificis;
Templum Princeps, quod excitatum ex ruinis templi
Herculis excitatum creditur, omnes rapit in admira-
tionem. Pavimentum, & tota ædis pars interior pu-
riffimo incruftata eft marmore ; Campana major *S.
Ambrofius* dicta, 300. centenarios ponderat. In Am-
brofiana Ecclefia Germanorum Imperatorum aliqui
coronam ferream cum Imperii infignibus acceperunt.
Xenodochium Regio par palatio conclavium 92. an-
nuos reditus colligit 90000. Imperialium . Ingredi-
untur hanc urbem canales , & aquæductus, quibus
importantur omnis generis mercimonia: Portis ape-
ritur 22. & caftellô munitur fortiffimô ; artium &
opificiorum ibi varietas tanta , ut jactetur deftructô
Mediolanô Italiam his inftrui poffe. Hæc tamen il-
luftris urbs 40. & ampliùs vicibus partim à Gothis,
partim aljis obfeffa & labefactata, 22. vicibus ex-
pugnata, à Friderico Ænobarbo penitùs everfa eft.
Nunc verò ampliorem longè magnificentiam, non
parum auget fedes Archiepifcopalis . 2. *Ticinum*
feu *Papia*, *Pavia* urbs aggere & arce tuta, in agro
fita fummæ ubertatis, ad quem commiffæ pugnæ Ro-
manos inter & Pœnos fub introitum Hannibalis. Se-
des quondam Regia Longobardorum erat , nunc E-
E pifco-

piſcopô & Academiâ floret. Hìc loci Franciſcus I. Galliarum cæſo primùm ſuo, fugatóque exercitu à Carolo V. A. 1525. captus ſit. 3. *Dertona*, Ital. *Tortona* ubi Caſtellum cum forti præſidio. 4. *Alexandria Statelliorum cognominata della Paglia* fortibus cincta propugnaculis, A. tamen 1706. inopinâ pulveris nitrati ſuccenſione magnâ ſui parte deſtructa. 5. *Valentia* antiqua civitas cum arce valida: hanc A. 1696. Galli obſidione premebant, quæ paulò pòſt ſoluta, Hiſpano in neutram belli partem inclinante. 6. *Mortaria*, *Mortara* Ital. urbs magna, benêque munita ob adſitum Lumeilinæ tractum memoranda. 7. *Novaria*, *Novara* Urbs, & Fortalitium valida arce munitum. Habet Epiſcopum. 8. *Angleria*, *Anghierra* lacui majori, qui etiam Lucarnenſis dicitur, appoſita, comitatûs titulô gaudet. 9. *Comum* antiqua Romanorum Colonia urbs nobilis, & opulenta ad lacum Comenſem. 10. *Laus Pompeja*, *Lodi* ad flu. *Adduam* ſita divitjis commendatur. 11. *Cremona* pulcherrimis ornata ædificjis, in qua arx elegans, & munita. Turris Cremonenſis inter miracula mundi refertur: Unde proverbium: *Unus Petrus eſt in Roma*, *una Turris in Cremona*, *unus portus in Ancona*. 12. *Caſale majus* Principatûs titulô inſigne. 13. *Finalium* portu percommodo inſtructum, benéque munitum extra fines Ducatûs ad mare Liguſticum jacet, proprio olim parebat Marchioni de Carrecto dicto, qui urbem hanc An. 1599. Hiſpanis vendidit. An. 1713. ab Imperatore Genuenſibus pro magna pecuniarum ſumma rursùs relicta eſt. 14. *Ripa alta* arx Venetorum clade, quam Galli 1509. intulerant, celebris. 15. *Malignanum*, *Marignano* exigui nominis urbs, quam Galli A. 1524. clade illuſtrârunt. 16. *Bicoca* Gallorum itidem clade inſignis. 17. *Caſſanum* An. 1705. prælio illuſtre. 18. *Bobbium*, *Bobbio* Civitas exigua, ſed Epiſcopalis ad Trebiam amnem. 19. *Serravalle* Civitas valida arce munita.

20. *In*

10. *In Dynastia Viglebanensi*, Ital. *Vigevano*, est *Vi-lebanum* Civitas Episcopi Sedes. 21. *In Cremonensi* est *Piceleo*, Ital. *Pizzighetone* Civitas exigua, sed prævalida arce munita. 22. Tractum *Laumellinensem*, *la Lomellina*, Cæsar dedit Duci Sabaudiæ A. 1607.

Quintus est Ducatus *Parmensis* in 4. partes divisus: 1. est Ducatus *Parmensis*, ubi *Parma* ad flu. ejusdem nominis ædificjis splendida, situ plana & castro munitissima, Lyceô ornata, & Collegio Nobilium valdè celebri. Urbs hæc usque ad annorum 1731. Ducum ex Farnesiana Familia Sedes erat, at mortuo ultimo Duce Antonio Stirps hæc adeò illustris extincta est, & Ducatus in Carolum Hispaniæ Principem Matre Farnesia natum translatus ab Imperatore Carolo VI. 2. Est Ducatus *Placentiæ* cum urbe cognomine muris valida, & ædificjis superba. 3. Ditio *Buxetana*, ubi *Florentiola*, *Buxetum*, & *Burgus S. Domnini* urbs Episcopalis. 4. *Vallis Tari* cum urbe, quæ *Burgus Vallis Tari* appellatur. Hunc Ducatum Paulus III. A. 1545. Farnesianæ domui in feudum concessit, quæ quot annis 10000. Coronatorum pensione debitum exsolvit.

Sextus est *Mutinæ* Ducatus, in 4. etiam partes divisus: 1. Est Ducatus *Mutinensis*, ubi *Mutina* urbs fortis & splendida, Ducis sedes, quam expugnatam à Gallis fœderatorum exercitus A. 1706. Duci suo iterum recuperavit. 2. Ducatus *Regiensis* ubi *Regium* cognomentô *Lepidi* conditum à M. Aurelio Lepido solo gaudens fertili & amenô, & *Brixellum* Parmæ conterminum, quod Cæsareô anteà tenebatur præsidiô, A. tamen 1703. à Gallis occupatum penitùs dirutum est. 3. Principatus *Carpiensis* cum urbe *Carpio*. 4 Principatus *Corregiensis* cum urbe *Corregio*. Pendit hic Ducatus Duci suo 300000. Coronatorum, eidémque ob castellum *Borselli*, quod fiduciario jure tenet, tanquam Mantuano Duci, calcarium par. Is quia August. Imp. Carolum Hispaniæ Regem decla-

raverat, à Gallo terris exutus eſt omnibus; at An. 1706. Fœderatorum armis iterum reſtitutus. Dux è progenie Ateſtinæ Familiæ deſcendit, quæ Ferrarienſi etiam Ducatu olim potiebatur, ſed ubi maſculus defecit hæres à Clemente VIII. A. 1598. Eccleſiæ ditioni redditus eſt.

Septimus eſt Ducatus *Mantuæ*, cujus Dominum Fredericum Gonzagam ex Marchione primum Mantuæ Ducem creavit Carolus V. Imperator A. 1530. ultimus verò Carolus IV. quia Galliarum Regis partibus adhæſerat, victus Venetiarum in urbe fatis conceſſit, Ducatu Imperatori in pace Raſtadienſi adjudicato. Urbes ſunt: 1. *Mantua* originis antiquiſſimæ, ſita in medio paludum, unde nec niſi pontibus & illis quidem eximjis aditur. Ampla eſt, ornata ædificjis, arce, curiâ, & artificioſâ magnifica horologiô. Urbis ambitus 3. Ital. mill. eſſe fertur. 2. *Guardiſtallum* Appannaggium olim minorum natu Principum Mantuanæ Familiæ, Gallorum operâ (quorum Dux ſuſcepit præſidium) fortibus cinctum propugnaculis, quæ tamen omnia A. 1690. diruta. 3. *Luceria* urbs ob cruentam A. 1702. Gallos inter & Cæſareos pugnam nobilis.

Q. Quæ ſint ſuperioris Italiæ partis Reſpublicæ? *R.* *Veneta* orta circa A. 450. Attila enim Hunnorum Rege in terra firma ſæviente Itali plerique maximè Foro julienſes & Patavini Venetias extruere moliti ſunt. Senſim deinde adolevit in Rempubl. poſtquàm 230. ampliùs annos ſub tribunitia poteſtate ſtetit. Annô enim 607. Paulutius Anafeſtus primus Reipubl. Dux conſtitutus eſt. In tres partes dividitur: *Terram firmam*, quæ à ſuperiori maris Adriatici parte alluitur; *Dalmatiam*, quæ exteriorem illius oram facit, & *Orientem*, *Levante*, ſub quo ditiones Græciæ complectimur; Hìc omiſſis reliquis de terra firma agetur, quam 5. Provinciæ conſtituunt. Prima eſt Ducatus *Venetus* ditio ad urbem *Venetias*, quæ

ſola

ſola in eo eminet in receſſu intimo maris Adria-
tici; palis hæc ſuperſtructa 9. mill. Ital. in ambitu
complectitur, Magnificis ſplendet ædificiis, maxi-
mè Ducis palatiô & armamentariô propter incredibi-
lem apparatum nauticum, armorum copiam, & ele-
gantiam ſummè mirandô, præterea armis imperiô-
que potens eſt. 450. Majores minoréſque Euripi ex
æſtuario intercurſantes, 60. circiter inſulas ita di-
ſtinguunt, ut pedibus ad arbitrium (inſulæ enim con-
nectuntur 500. lapideis pontibus) vel navigiô (quip-
pe ſervantur in uſum cymbæ minores vulgò *Gondole*
circiter 14000.) in omnem partem adire liceat.
Ædium hìc ſacrarum fabricæ exquiſitiſſimæ intus
Jaſpide, Alabaſtro, lapide Porphyretico, aut mar-
more collucentes. Cæteris præſtat D. Marci Baſili-
ca, in qua ejuſdem oſſa Alexandriâ huc translata,
pavimentum totum ex Porphyrite, & Topazio opus
teſſelatum. In theſauro regiæ coronæ 12. & thora-
ces totidem ex auro aſſervantur præter innumera alia.
In urbe 115. turres eminent, maxima eſt D. Marci
230. pedes alta. Templa majora 70. minora ferè
100. fora numerantur 53. ſtatuæ tum æreæ tum mar-
moreæ plurimæ. Dux in Feſto Aſcenſionis cum Se-
natoribus navem Bucentoro conſcendit, ſibique mare
annulô aureô deſpondet; gerit tunc mitram Ducalem
in qua carbunculus ob magnitudinem nec æſtimari
poteſt. Populi frequentiam inde collige, quod Ludo-
rum ſaturnalium tempore non rarò 30000. peregri-
norum duntaxat numerentur. Secunda *Longobardia
Veneta* ea parte, quà Dominium Venetum Medio-
lano adjacet; In ea ſunt 7. Agri. 1. *Patavinus* ubi
urbes *Patavium*, & *Ateſta* ob Ducum Mutinenſium
Genealogiam notanda. Fertur Patavium ab Ante-
nore ante Romam conditum, à Venetis A. 1518.
propugnaculis ornatum, literarum aſylum, ubi me-
dica præcipuè floret Facultas. Academiæ id ſingu-
lare, quòd omnium religionum affectis, etiam Ju-

dæis, & Turcis ibidem ſcientiarum honores impertiri liceat. 2. Eſt *Peninſula Rhodigiana*, in hac urbs *Rhodigium* & *Adria* neutra celebris, nisì poſterior mari Adriatico nomen dediſſet. 3. Ager *Vicentinus* ubi urbs *Vicentia* minoris quidem elegantiæ, magna tamen & populoſa. 4. Ager *Veronenſis* ad flu. Atheſim ubi 1. *Verona* inter pulcherrimas, & munitiſſimas ob adſitum præcipuè Caſtellum Europæ urbes numeranda; ab ipſis Italis *la Degna* dicitur: In ea perantiquum Amphitheatrum penitus integrum. 2. *Leonicum*, *Legnano* arx ſingularis fortitudinis. 3. *Piſcaria*, *Peſchiera* firmum ditionis Venetæ ac Pentagonum propugnaculum. 4. *Veruca*, *la Chiuſa* clavis Germaniæ. 5. Ager *Brixanus* hujus urbes *Brixia*, in qua omnis generis arma in uſum militum elaborantur, quare *Armata* dicitur; & *Clarium*, ubi Princeps Eugenius A. 1701. aggredientes ſeſe in Caſtris ingenti ferociâ Gallos non tantùm fortiſſimè repulit, ſed & campum deſerere coëgit. 6. Ager *Cremenſis* habet munitam urbem *Cremam* Ducatui Mediolanenſi conterminam. 7. *Bergomenſis*. *Bergomum* ad montis radicem in finibus Griſonum.

Tertia eſt Marchia *Tarviſina*, quæ continet in agro *Tarviſino*, *Tarviſium* ædificjis ſplendidum, opibúſque potens, fontibus irriguum, editiore patens loco circumfuſâ ſpatioſâ camporum planitie: In *Agro Feltrino*, *Feltrium* excelſis impoſitum montibus; in agro *Bellunenſi* parvam, ſed nitidam civitatem *Bellunum*.

Quarta Provincia eſt *Forum Julium* originem hæc ſuam à Carnis Inalpina gente Celtici generis accepit, qui Venetis contermini ab oſtio Tilavempti flu. ad oſtium Formionis amnis ſecundùm mare extendebantur. Dicti poſtea ſunt *Foro-Julienſes* ab urbe *Foro Julio*, ſeu potius Foro negotiationis, quod Julius Cæſar hìc inſtituit, quando & coloniam illuc traduxit; urbes illius ſunt: 1. *Utinum*, urbs ampla, dives,

muni-

munita, & Præfecti, utì & Patriarchæ, qui Aquilejâ huc traductus est, sedes. 2. *Palma* incolis frequens, & munitione validissima. 3. *Concordia* urbs antiqua, cujus sola monstrantur rudera. 4. *Forum Julii*, unde nomen habet Provincia. Dicitur etiam *Cividal d' Austria*, quòd eam instauraverit Rosimunda Austria Luitprandi Regis Vidua. 5. *Portus Naonis*, *Pordenone* Castellum, quod sub Venetorum quidem potestate est, Archiducum tamen Austriacorum titulo inseritur. 6. *Cadubrium* urbs mediocris, quæ unà cum agro circumsito, qui *Cadorinus* dicitur, ob exhibitam Reip. fidelitatem omni immunis tributô est. 7. *Tulmetium* locus mediocris, cujus vicinia *Carnia* dicitur. 8. *Aquileja*, de qua in Austriæ ditionibus.

Quinta Provincia est *Istria* inter sinum Flanaticum & Tergestinum sita, raros habet incolas ob minus salubrem aërem. Urbes in ea sunt: 1. *Justinopolis*, *Capo d' Istria* urbs Veneta elegans, ac munita, fundata à Justino Imperatore in Ægidis insula, quæ teli jactu à continente divisa eidem pontibus jungitur. 2. *Pola* seu *Pietas Julia* munimentum in alto, difficilíque monte conspicuum, ubi multa antiquitatum monumenta videre est. 3. *Parentium* quod mœnibus turribúsque egregiè defenditur, & portu gaudet maximìs excipiendis navibus peropportuno, hic tamen ob sinistram aëris temperiem minùs frequens. 4. *Civitas nova*, olim *Æmonia*, parvá & Venetorum unà cum superioribus potestati subjecta. 5. *Tergestum*, de quo in Germania. Huic proximum est *Pucinum* ver: *Prosecho* Castellum & mons à vino celebris, cui Livia Augusti acceptos referebat annos 70. Hodie Austriacis unà cum Tergesto paret.

Resp. Genuensis cujus longitudo inter Varum & Arnum fluv. Latitudo mari Ligustico & montibus Appenninis concluditur, cives habet pollentes opibus,

 plebs

plebs è telis & serico quæstum facit; tota in Orientalem *la Riviera di Levante*, & Occidentalem seu *di ponente* dividitur. Urbes sunt. 1. *Genua*, quæ ob magnifica, quibus scatet, ædificia, munitionem, magnitudinem, divitias, atque Archiepiscopum *superba* appellatur. Portum habet pulchrum ac magnificum, sed A. 1685. hic unà cum adjacentibus mari urbis plateis, injectis 600. & ampliùs bombis à Gallis dirutus est. 2. *Savona*, ubi alpes desinunt, & mons Appenninus incipit, urbs gratis ornata ædibus. Olim Episcopalis & libera, nunc Genuensibus paret, qui A. 1528. portum illius occupatum diruerunt. 3. *Naulum*, 4. *Portus Delphini*, 5. *Rapallum* commodi portus. 6. *Albingaunum* ab Alpinis Ingaunis conditum, olim celebre. 7. *Intemilium*, *Vintimiglia* urbs quondam magna; hujus vicinia in edito, asperóque jugo trophæa exhibet Augusto de Alpinis gentibus à senatu posita. 8. *Sevesta Tiguliorum* Vern. *Sestri di Levante* ad mare situm. 9. *Portus Veneris* Castellô gaudet. 10. *Spedia Lunæ portus* dicta, parvo apponitur sinui, celeberrimáque olim marmora suppeditabat. 11. *Serezana* urbs tuta benéque munita. 12. portus *Finale* mutandis cum regno Neapolitano mercibus percommodus, cujus in ducatu Mediolanensi uberiùs meminimus.

Lucensis Resp. urbem habet *Luccam*, quæ agrô fruitur longo, sed montibus aspero, ex quo vix annona in sex menses suffectura colligitur. Urbs ipsa munitur propugnaculis 11. & vallô; Ab Italis *Industriosa* dicitur, quod mendicos & laboris pertæsos excludat. Cives magnam partem aluntur serici textu & lanificiô. Episcopus cruce utitur & pallio, ejus verô Canonici mitrâ ex serico albo Cardinalium more, subéstque soli Romano Pontifici.

Q. Qui sunt minores Principatus in superiori parte Italiæ? *R.* Inter præcipuos sunt: 1. *Mirandulanus* Mantuanum inter & Mutinensem Ducatum Pado ad-

jacens,

jacens, urbes habet *Mirandulam & Concordiam*; illa ſita eſt in medio camporum, loco frumenti, viníque ſupra modum fertili, hæc verò altero ab ea lapide diſſita exiguæ famæ eſt. Ducatus hic multùm extremô bellô afflictus, Dux ipſe ex Picorum familia oriundus ab Imperatore proſcriptus; & Ducatus Duci Mutinenſi venditus. 2. Principatus *Caſtilionenſis* urbi Mantuæ oppoſitus Principem habet ex Familia Gonzagarum. 3. Principatus *Sabulonetæ & Bozzoli* in Mantuano Ducatu locati: ambo feuda Cæſarea, quæ mortuo A. 1703. Principe Gonzaga, ſub cujus Familiæ poteſtate erant, Duci Guaſtallenſi à Cæſare tradita ſunt. 4. Ducatus *Novellariæ*, & 5. Principatus *Sulphurini*, ille in Mutinenſi, hic in Mediolanenſi ditione viſitur, uterque ſubeſt Principi è Familia Gonzagarum. 6. Principatus *Maſſerani* inter Pedemontium & Mediolanum à Familia Ferrerienſi gubernatur. 7. Principatus *Monœci* in Genuenſium ditione comitatui Niceæ adjacet. Ejus caput eſt *Herculis Monœci*, Gall. *Mourgues*, vern. *Monaco* portus olim Maſſilienſium colonia, hodie inſigni munitione inſtruitur. Princeps, qui è Genuenſi Familia cognominata *Grimaldi* deſcendit, urbem Gallis tradidit, ditione quadam Gallicâ in vicem accepta. 8. Ducatus *Maſſæ & Carrariæ* Principe gaudet ex Familia *Cibo*; hic Genuam inter & Luccam Liguſtico mari alluitur.

Q. Quid in media parte Italiæ habetur? *R.* Magnus Hetruriæ Ducatus, Ditio Pontificis, & minores quidam ſtatus.

Hetruria vern. *la Toſcana* 200. ante annos libera Reſp. in Ducatum converſa eſt, & à Coſmo Medicæo Florentino cive ſuæ ſubacta poteſtati. Hic negotiando per omnem Europam & Ægyptum ad divitias Crœſi pervenit. Primus titulum Ducis ſortitus eſt Alexander Medicæus A. 1530. qui Caroli V. partes ſecutus, Cæſaris gener, poſteáque A. 1569. à

Pio

Pio V. Dux Magnus Hetruriæ, Maximiliano II. Imperatore Regium, quem poſtulabat, titulum denegante, renunciatus eſt. Continet hic Ducatus terras Arno fluv. ad mare Toſcanum, ſeu ut alii vocant Tyrrhenum adſitas, & majori ex parte ditione Pontificia cingitur. Pro numero celebriorum urbium in tres agros dividitur. 1. Eſt *Florentinus*, in hoc *Florentia*, caput Ducatûs, Ducis atque Archiepiſcopi ſedes jam Sullæ, Mariíque temporibus inter ſplendidiſſimas Italiæ urbes computata, unde proverbio locus: *Florentia Bella*. Ducis palatium complectitur intra ſe ultra 5. diverſoria, in quibus divertere ſolent Legati & Oratores Principum exteriorum. Hanc Carolus V. Imperator tranſiens pronunciavit, feſtis duntaxat diebus oſtendi debere. Altera eſt *Aretium* monti inſidens, & à Livio inter tria Hetruriæ capita numerata, ab *Umbris* regionis hujus primis cultoribus condita. Eam Ludovicus Andegavenſis vendidit 40000. aureorum. 2. Eſt Tractus *Piſanus*, ubi 1. *Piſæ* urbs longè antiquiſſima: hodie Arnus fluv. per eam fluit 3. ornatus pontibus. Urbs muris cingitur præaltis ex marmore ſtructis; eſt in ea templum portas habens æreas cum turri ſtructuræ artificioſiſſime, quam ſi exterius ſpectes, pendere putabis, velut jamjam caſuram, interiùs verò, ſi oculis arbitreris, rectiſſimam invenies. Adjacens huic templo terra intra 24. horas cadaver conſumit. Ante annos 500. libera fuit Reſp. tantæque potentiæ, ut bellum intulerit Venetis & Genuenſibus, ſub annum tamen 1119. ad Lamellum victa nunquam deinceps vires recuperavit. Archiepiſcopali ſede & Academiâ illuſtris. Ab hac denique urbe nomen acceperunt Piſanæ pacis tractatus A. 1664. Pontificem inter & Regem Galliarum. 2. Portus *Liburnus* Emporium nobile, benéque ſitu munitum, à quo quidam naves liburnas dictas volunt. 3. *Volaterra* civitas jugo impoſita, cujus mœnia quadratis conſtant lapidibus af-

fabrè

fabrè abſque cæmento compoſitis, pro ſingulis urbis portis fons eximius aquas ejaculatur puriſſimas. Antiquitatem demum arguunt muri, ſepulchra, Epitaphia &c. quæ in dies hic eruuntur. 3. Ager *Senenſis*: in hoc urbes 1. *Cluſium* cujus Romana meminit hiſtoria. 2. *Pienza*, 3. *Mons Alcinus*. 4. *Petilianum* omnium maximè munitum. 5. *Senæ* optimâ foſsâ & muris cinctæ, ſtratæ latere coctili, Archiepiſcopô & Academiâ inſignes. Inter hanc & Florentiam urbem A. 1554. exitiale bellum exarſit, donec poſtremò Senæ cum ipſa libertate maximam populi partem amiſerint. Ager hic totus Hiſpanorum ante ſub poteſtate erat, anno tamen eodem Duci Florentino traditus ſervatis quibuſdam urbibus maritimis quæ *gli ſtati delli Præſidj* dicuntur, hodiéque Auſtriacis parent.

Ditio Pontificia ab Adriatico mari ad Toſcanum 300 mill. Ital. in longum, 100. in latum porrigitur 10. univerſim complectitur Provincias, quas ſummus Pontifex ſingulas per Legatos adminiſtrat.

Prima eſt *Ducatus Ferrarienſis* ad mare Adriaticum donatione Mathildis ſub A. 1195. factâ, Eccleſiæ Romanæ ſubjectum. Duces inde Mutinenſes à Romano Pontifice ſibi conceſſum uſque ad A. 1598. tenuerunt, quando legitimæ prolis defectu à Clemente VIII. Eccleſiæ reſtitutus.

Ducatus totus in plures quaſi inſulas fluviorum frequentiâ dividitur. Urbem habet *Ferrariam* ad Padi ripam duplici arce munitam, populo frequentem, ædificjis cultam, licèt A. 1560. intra biduum gravi terræ motu concuſſa propè funditùs everſa ſit. Planitiem habet circumfuſam, ſed ſterilem & cœlo graviore propter paludes. Academiæ A. 1221. Fridericus II. Fundator extitit. *Comaclum*, Ital. *Comacchio*, Civitas parva in Comitatu ejuſdem Nominis. Jacet inter paludes ad mare Adriaticum. Occupata à Cæſareis A. 1708. jam reſtituta.

Altera

Altera Provincia *Bononienſe Territorium*, plurimis à Pontificibus ornatum immunitatibus. Urbem habet 1. *Bononiam* antiquitate ſuâ, magnitudine, Archiepiſcopô, opulentiâ, venuſtate, & munitione commendatam. Navis onerariæ ſpeciem exhibet, & jam ſæculô 13. eâ pollebat potentiâ, ut Cæſaribus Romanis non parùm moleſtiæ faceſſeret. Univerſitas à Theodoſio inſtituta, reliquarum Italiæ Princeps jure dici poteſt, quæ olim 10000. Studioſorum mater fuit. Ob amplum, quod ei ſubjacet, territorium *Graſſa* dicitur. In hoc etiam inſula illa ad confluentes Rheni & Labinii eſt, in qua Cæſar Octavius, Antonius, Lepidúſque bellô depoſitô Triumviratûs pactum inierunt. 2. Extructum recens munimentum *Fort-Urbano* A. 1708. à Germanis obſidione cinctum.

Tertia *Romandiola* antiquorum *Flaminia* continet 1. *Ravennam* magni olim nominis urbem ſedem occidentalis Imperii ſub Honorio, ejectis verò per Narſetem Gothis Sedes Exarchorum fuit, quos VII. ac VIII. ſæculô Imperatores Græci in Italiam delegârant, donec ſub Leone III. Carolus M. eos Italiâ totâ ſuſtulerit, & Ravennatenſem ditionem, Romandiolæ nomine inſigniverit. Cæterùm Archiepiſcopô & portu ùtùt multùm deſtructô inclyta. 2. *Ariminum* urbem antiquæ notæ, rerum omnium copiâ abundantem. In hujus foro lapis, cui inſiſtens exercitum Victorem ex Gallia reducem Cæſar allocutus. Tempore Schiſmatis trium Pontificum, ſedem hìc unus fixit. 3. *Cerviam* ſalis fodinis locupletum. 4. *Faentiam*, *Faenza*. 5. *Ceſenam*. 6. *Forum Livii*, *Forlì*. 7. *Forum Cornelii*, Ital. *Imola*. 8. *Sarſinam* omnes Civitates Epiſcopales, quarum Præſules ſunt Suffraganei Archiepiſcopi Ravennatis.

Quarta *Ducatus Urbinus*, cujus Pontifex A. 1631. poſſeſſionem adjit; In hoc 1. *Urbinum* urbs elegans in editiori, ſed inæquali loco ſita, arce & ſede Archiepiſcopali clara. 2. *Piſaurum* Emporium Italiæ cele-

celebre, mercimonjis dives, plateis perelegans, arcem habet ad litus munitam: Portus propter vada majora non admittit navigia. 3. *Fanum Fortunæ*, Ital. *Fano*. 4. *Eugubium*, Ital. *Gubbio*, Civitas elegans Epiſcopi Sedes. 5 *Senogallia*, *Sinigaglia*, Civitas Epiſcopalis maritima. 6. *Forum Sempronii*, *Foſſombrone*, Urbs Epiſcopalis. 7. *Tiphernum Tiberinum*, Città di Caſtello. Ad Tyberim ſita, Epiſcopalis.

Quinta *Marchia Anconitana* 11. urbes Epiſcopales recenſet, has inter magis præcipuæ ſunt. 1. *Ancona* ædibus præaltis, Portu celeberrimô à Trajano exſtructô, firmis mœnibus vallis & caſtellô munitiſſimô inſtructa, priſcum Italiæ, Galliæque Togatæ diſcrimen. 2. *Æſium*, *Jeſi* minoris nominis urbs, nisì paucis abhinc annis Quietiſtarum frequentiâ ampliùs innotuiſſet. 3. *Aſculum* Portus arce validus, antiquitatum ruderibus ſplendidus, quæ veterem illius amplitudinem haud obſcurè indicant. 4. *Firmum* in editiori loco ad mare Adriaticum ſitum, Archiepiſcopô claret. 5. *Macerata* Legati Marchiæ ſedes Epiſcopatu & Academiâ inſignis. 6. *Lauretum* Ricinetum inter & mare in edito colle ſitum. Magnæ hìc venerationi expoſita ædicula. Sacratiſſima Ædicula, in qua Virgo Mater JESUM Filium ſuum benedictum Nazarethi educavit. 7. *Recinetum*, Ital. *Recanati*. 8. *Auxumum*, *Oſimo*, Epiſcopum habet ſoli Romano Pontifici ſubjectum. 9. *Tolentinum* celebre à D. Nicolao Tolentinate Ordinis Eremit. S. Auguſt.

Sexta *Umbrorum* Regio: Hi fuêre veterum Gallorum propago ab imbrium clade ſuperſtes: Hodie *Spoletanus Ducatus* dicitur ab urbe *Spoleto* Vilumbrorum Metropoli, poſteáque ſede Longobardorum Ducum: ædificjis, opibus & arce clara. A. 1703. ingenti terræ motu concuſſa complurium ædium ſuarum ruinam aſpexit; 5. adſitæ civitates terræ hiatu hauſtæ;

ſtæ: Romæ etiam eo caſu ſtrages illata vix 10. millionibus redimenda. Altera urbs eſt *Peruſia*, Ital. *Peruggia*, quæ à Fabio Max. item Totila, à quo ſeptem annos obſidebatur, multùm perpeſſa: hodie Academiâ celebris. Non procul ab urbe diſtat Lacus Peruſinus antiquis Thraſimenus, ad quem Hannibal præliô Romanos fudit. 3. *Reate*, *Rieti*. 4. *Fulginium*, *Foligno*. 5. *Tuder*, ſive *Tudertum*.

Septima *Sabinia* ſolâ urbe *Manlianâ* eáque exigui nominis memorabilis.

Octava *Campania* Romana Tyberi & finibus regni Neapolitani concluſa. Hujus urbes ſunt: 1. *Roma* totiūs Italiæ caput, & orbis univerſi naſcente Chriſto Domina. Hodie 7 ambitu ſuo montes complectitur: Paulus II. Julius II. Paulus IV. Sixtus V. & Paulus V. ex Roma confuſa ordinatam fecêre. 16. antè aperiebatur portis & recèns 9. muro, & lateribus obſtructæ ſunt. In muris quondam 740. turres eminebant, hodierna tempeſtate 360. tantùm conſpicere fas S. Petri Baſilicæ pulchritudinem, magnificentiam vix verbis deſcribes. Ab hac tamen cæteris præſtat templum S. Joannis in Laterano. In montibus *Vaticano*, & *Cavallo* celeberrima bina Pontificis Palatia, nunquam ſatis ab advenis ſuſpici poſſunt. Bibliotheca Vaticana toto orbe notiſſima 8. in longitudinem conclavibus porrigitur, in qua 20000. librorum præter plura millia manuſcriptorum. Caſtellum S. Angeli ab Alexandro IV. vel ùt alii à Bonifacio IX. ex mole Adriani formatum, frœnum civitatis, idémque refugium Pontificum. In medio caſtello rotunda conſiſtit turris tantæ firmitatis, ut omnes tormentorum, & globorum ignivomorum jactus illæſa ſuſtineat. Antiquitates ejuſdem, & ſplendorem priſtinum, quo Trajani præſertim illuſtrabatur temporibus, nulla unquam civitas obtinuit. 2. *Tibur*, *Tivoli*, & *Tuſculum*, vern. *Fraſcati* antiquitatibus Romanis & ſumptuoſis Cardinalium Palatjis clara.

ra. 3. *Velitræ* ob ſitûs amænitatem celebres. 4. *Oſtia* egregium quondam munimentum Anci Martii opus, cui proximæ hinc ſalinæ, inde lacus. Paucos hodie numerat incolas tum ob aëris intemperiem, tum quòd à Turcis Pyratis tota prope in cineres redacta ſit. Gaudet tamen Epiſcopô. 5. *Terracina* Neapolitano regno contermina urbs in paludes prona, ob eandem aëris inclementiam privatur incolis, antiquitùs *Anxur* ab Jove Anxure, qui in ea imberbis colebatur: Portus, quia nullis frequentatur navibus, arenis oppletus eſt. 6. *Anagnia* Epiſcopali ſede ornata. 7. *Aſtura* ubi M. T. Cicero per Popilium militem ab Antonio miſſum neci datus eſt. 8. *Albanum* urbs mediocris. 9. *Neptunium* Portus minoris nominis. 10. *Signia*. Ital. *Segni*. Habet titulum Ducatus, & Epiſcopum proprium.

Nona *Patrimonium D. Petri*, quod Mathildis Hetruriæ Domina Romanæ Eccleſiæ teſtamentô legavit, Pontifice eo tempore Paſchali. Complectitur 1. *Viterbium* Pontificum Rom. refugium, dum à Senatoribus Romanis exagitarentur. 2. *Urbem veterem Orvieto*, quæ altæ rupi inſidet, naturâ juxta ac arte munita. 3. *Tuſcaniam*, *Toſcanella* exigui momenti urbem. 4. *Cività Vecchia* lat. *Centum cellas*, ſic dictas, quòd Trajanus in ejus portu 100. cellas totidem recipiendis triremibus extruxerit. Urbs hæc benè quidem munita, & portus Pontificis; minùs tamen ſalubri aëre fruitur; portum Innocentius XII. omnibus communem nationibus fecit. His accedunt *Mons Flaſconis*, *Monteſiaſcone*; *Horta*, *Sutrium*, *Sutri*; *Nepetum* ſeu *Nepita*, *Nepi*. Omnes habent Epiſcopum.

Decima *Ducatus Caſtrenſis* geminas civitates continet: *Caſtrum*, *&* *Montem altum* neutram magni nominis. Comitatus *Roncilionis*, qui huic etiam Ducatui inſeritur, unà cum toto Ducatu Parmenſium Duci antè relictus, ab Urbano tamen VIII. A. 1643. & A. 1649. ab Innocentio X. ſtatui rursùs Pontificio adjun-

adjunctus. Atque hic est Ecclesiæ status, præter quem & Avenionensem comitatum in Gallia, & Episcopatum Beneventanum in Regno Neapolitano nullas omnino terras possidet.

Status minores sunt sequentes: 1. Status *Præsidii*, sub cujus nomine munimenta omnia Hispanis, nunc *Austriacis* subjecta veniunt, quæ in Florentino Ducatu mari propiora, nomen accepêre à militibus, quorum præsidiô defenduntur. Sunt autem: 1 *Orbitello*. 2. *Portus Herculis* ambo in monte Argentario, qui angusta cervice continenti peninsulæ instar, adhæret; posterior Isthmi latus ortivum occupat, atque A. 1712. Cæsaris se potestati subjecit. Portus verò *Orbitello*, qui occasum respicit, munitione sua celebratur. 3. *Portus S. Stephani*, forti tutus Castellô. 4. *Portus Telamonis*, ab uno Argonautarum sic dictus. 5. *Portus Longus* in Elva Insula; munita ibidem arce instructus. 2. *Ducatus Plumbinus*, in Feudum Gregorii XV. nepotibus ab Hispanis concessus, Duce verò Sora, qui eum deinde obtinuit, Gallo adhærente, totus Ducatus Imperatori redditus; urbem habet *Plumbinum* in interiori sinu Promontorii excelsi sitam. 3. Principatus *Farnese* in Ducatu Castrensi Parmensium Ducis locus natalis, Principibus Chisiis Alexandri VII. nepotibus paret. 4. Ducatus *Prænestinus* urbem habet *Præneste*, *Palestrina* in Campania Romana sitam, Principem verò ex domo Barberinorum Urbani VIII. nepotem. 5. Ducatus *Braccianus* in Patrimonio D. Petri & 6. Principatus *Meldulanus* in Romandiola situs: ille Principibus Odeschalchi, hic Principibus Pamphiljis Innocentii X. Nepotibus subjacet. His accedit *Marinum* Resp. adeo exigua, ut vix 7. sub se pagos complectatur.

Q. Quid in tertia Italiæ parte habetur? *R.* Regnum *Neapolitanum*, quod superiùs terras Pontificias, inferiùs sinum Tarentinum attingit. Longum est 80. latum 30. Ger. mill. gaudet auræ salubritate, &

e, & omnis generis fertilitate continet loca muris cincta 1563. ùt fertur, & ingentem nobilium multitudinem. In 4. partes dividitur, quælibet rursus in 3. Regiones.

Pars prima *Terra laboris* ad mare Tyrrhenum, hæc Regiones habet. 1. *Terram laboris propriam* ubi 1. *Neapolis* antiquis *Parthenope* urbs verè Regia & fastigiô illô dignissima, magnum accepit sæculô nostrô incrementum; Ingens huc populorum confluxus: 4. munitissimis castris instruitur; Portu multarum capaci navium, & tandem armamentariô publicô, sive officinâ nauticâ, ubi perpetim omnis generis naves fabricantur. Magna denique multitudo cœnobiorum. A. 1688. urbs vehementi terræ motu concussa, grave ædium damnum tulit, Archiepiscopali præterea sede floret. 2. *Capua* Vulturno flu. imminens non illa quidem Campaniæ felicis metropolis, ubi exercitus Hannibalis delicjis emollitus elanguit, & quæ 40. annis ante Romam à Tuscis condita, sed alia longè vilior hodie nonnisì sede Archiepiscopali ornata. 3. *Aquinum* D. Thomæ summi Theologi patria. 4. *Fundi* urbs Principatûs titulô insignis, quam Carolus II. comiti Mansfeldio dono dederat, ob deductam in Hispaniam Regiam sponsam. 5. *Cajeta* clavis regni Neapolitani, mœnibus, duobus castellis, munitionéque validissima, portu item prædita securissimo, in quo sæpiùs classes integræ hybernant. Portus situs in angulo promontorii, cujus altera pars ad imas usque radices vastâ ruptura scissa: factum id creditur Christo in cruce expirante. A. 1707. assultu à Cæsareis occupata est. 6. *Puteoli* à crebris puteis, appellata, in quam natura mirabilia multa congessit, ut viam per montem Pausylippum, forum Vulcani &c. 7. *Venafrum*. 8. *Surrentum* Archiepiscopô clarum, oppidum amænum & perantiquum. 9. *Nola* ab Episcopo S. Paulino celebris, qui primus omnium campanam invenisse dicitur.

10. *Sora* Principatus Familiæ di Buoncampagno pro prius. 11. *Ænaria*, *Ischia* insula cum civitate co gnomine. 12. *Cumæ* oppidum totius Italiæ antiqui simum ab Eubœæ Colonis conditum. Inter ejus mon tis vepreta antrum exiguum, in quo si paulùm proces seris, viæ 12. ad varia deducentes conclavia, ub ajunt Sibyllam adeuntibus futura prædixisse. Mon *Vesuvius* Ital. *Monte di Somma* incendia vomens, ne horribiliùs aliàs, ac A. 1707. 13. *Massa* Lubrensis *Massa*. Est titulus Principatûs, & Episcopi Sedes Quibus adde *Suessam*, *Sessa* Montem Cassinum cele bre D. Benedicti Monasterium, Aversam Urbem forti arce munitam.

2. Habet Principatum *Citeriorem* ubi 1. *Salernum* nobile portu, arce, & Archiepiscopali Sede. 2. *Amalphis* Principatûs titulô, Archiepiscopô & reperta pyxide nautica, ùt vulgus putat, clara. 3. *Policastrum* urbs ob vilitatem pago simillima. Prætereà Acernum, Campaniam, Scalas, Cavam, Nuceriam, Nocera Ital. Caput Aqueum. Capaccio, Sarnum; quilibet ex his locis habet Episcopum.

3. Principatum *ulteriorem*: in hoc 1. *Compsa* Archiepiscopalis quidem, sed castelli amplitudinem non excedit. 2. *Beneventum*, cui Archiepiscopatus cum adjacentibus terris Sum Pont. subjectus. 3. *Mons Fusculus* Gubernatoris Provinciæ sedes. *Mons Maranus*, *Mons Viridis*, *Laquedonia*, *Cedonia*, *Abellinum*, *Avellino*.

Pars secunda *Aprutium* sinui Veneto appositum: in hac regio 1. *Aprutium ulterius* ubi 1. *Aquila* monti imposita, Augusta quondam, verùm A. 1703. magna sui parte collapsa. 2. *Atria* unde Imper. Adrianus oriundus: modò Ducis titulô familiam *Aquaviva* illustrat. 3. *Pinna* Duci Parmensi in feudum concessa. 4. *Taramo*, *Interamnia* Episcopi Sedes. 5. *Civitas Ducalis*. 6. *Camplum*, *Campoli*, Episcopatus. 7. *Celanum* Comitatus. 8. *Taleacotium*, *Tagliacozzo* Ducatus.

atus. 9. *Sulmo*, *Sulmona*, Ovidii Poëtæ Patria.
. *Aprutium citerius*, ubi *Anxanum* Emporium per-
nſigne, quò menſibus Majo & Auguſto ex diverſis
rbis partibus negotiatores conveniunt. Urbs Tem-
lorum magnificentiâ & Archiepiſcopô gloriatur. 2.
'heate magnitudine ac incolarum frequentiâ celebris.
. *Comitatus Moliſinus* (etiam Provincia *Anxani* di-
itur) ubi *Moliſa* urbs arce mediocri munita.
Pars tertia *Apulia* cujus regio prima *capitanata* à
uondam Baſilii Imper. Capitaneo nuncupata. In hac
rbes: 1. *Manfredonia* populô frequens, invicta arce
Turcis Pyratis ſæpiùs fruſtra tentata, portu ſecu-
iſſimam navibus ſtationem præbente, & Archi-
piſcopo ornata. Conditorem nacta eſt Regem Man-
redum Friderici II. Cæſaris Filium. 2. *Nuceria*
Paganorum, ſeu *Luceria* urbs mediocris, Provinciæ
aput. 3. *Mons S. Angeli* oppidum monti Gargano
mpoſitum, frequens, ac naturâ munitum.
2. *Ager Barianus* in hoc 1. *Barium* commodò portu
ortibúſque mœnibus cinctum. Siciliæ & Neapolis
Reges hìc olim inaugurati. 2. *Barulum*, Ital. *Bar-*
etta mari appoſitum claret Archiepiſcopô. 3. *An-*
dria ſolâ populi frequentiâ. 4. *Converſanum* parvi-
ate. 5. *Tranum* Archiepiſcopô celebre. Hìc præ-
erea rudera Cannarum Romanorum clade illuſtrata.
3. Regio *Hydruntina* cujus urbes: 1. *Aletium*, *Lec-*
ce, quæ totius regni metropolis poſt Neapolim puta-
tur. 2. *Brunduſium*, *Brindiſi*, quod Romanis faci-
lem in Græciam tranſitum præbuit, nunc portum ha-
bet repletum arenis, ut vix triremibus iter pateat.
3. *Hydruntum* vern. *Otranto* urbs vetuſta & Archi-
epiſcopalis, portum habet capacem, minùs ob fre-
quentes Pyratarum irruptiones tutum. 4. *Gallipolis*
urbs parva & commodo portu inſtructa. 5. *Taren-*
tum parvæ inſidet peninſulæ, Urbs nobilis Archi-
epiſcopalis, & Architæ Patria, Portus tamen ſaxis
obſtructus. 6. *Neritum* vern. *Nardo* inſignis civitas.

Pars quarta *Calabria* infamis olim ob luxum ci tatis Sybaris, cujus tres partes minores ſunt: 1. *B ſilicata* ubi *Acherontia*, *Cirenza* ob ſolum Archiepi copum memoriâ digna. 2. *Calabria citerior* ubi *C ſentia & Roſcianum;* illa Archiepiſcopalis urbs pe antiqua, & velut Roma Septicollis, arce etiam m nitiſſimâ ſpectabilis, cingitur Chratide & Buſen amnibus, quorum is capillis & ſerico album, hic n grum colorem induit. At hoc Archiepiſcopale pra rupto monti impoſitum benéque munitum. 3. *Cal bria ulterior* in qua 1. *Cantacium*, *Cantazaro* orna tum ac frequens. 2. *Squillaceum* urbs parva, qu adjacenti ſinui nomen dedit. 3. *Fanum S. Euphemi* terræ motu dirutum. Ad hujus litus probatiſſimur corallium. 4. *Rhegium Julium* validiſſimum Roma norum adverſus Siculos propugnaculum: A. 1594. Turcis exuſtum vix etiamnum reparatum. Plurimùn inclaruit A. 1718. dum ad hujus oram Fœderata Au guſtiſſimo Imperatori Carolo Anglorum manus Duci Andegavenſis claſſem parte aliâ cœpit, aliâ demer ſit, aliâ in fugam egit. 5. *S. Severina* Archiepiſcop infulis ornata. Huic pluribúſque aliis non adeò im morandum, ut peculiaris earum ratio habeatur. 6. *Croton* urbs exigua, eâ aëris ſalubritate fruens, ut peſtiferâ nunquam lue afflata argumentum proverbic dederit: *Crotone ſanior*.

Porrò pro regni hujus dominatu bina ante ſæcula cruentis Galli, Hiſpaníque bellis decertârunt, donec Ferdinandus Catholicus Hiſpaniarum Rex rerum potitus. At dum ſub annum 1700. Carolus II. fatis conceſſit, Galli primùm hæreditatis ſibi jura arrogantes regnum totum armis occupavêre, qui tamen A. 1707. ejecti id Cæſaris poteſtati relinquere coacti ſunt.

Q. Quæ ſint Italiæ Inſulæ? *R.* Majores ſunt quatuor: *Sicilia*, *Sardinia*, *Corſica*, *Melita*. Minores verò plures aliæ. *Sicilia* antiquis ob tria, in quæ valles figura quaſi triangulari deſinunt, Promontoria, *Pa-*

chynum

ynum nempe, *Pelorum & Lilybæum*, *Trinacria* di-
ta, magno terræ hiatu à Calabria ſciſſa fertur;
Neapolitanum enim olim Regnum Sicilia citerior
ictum: neque hodie niſi freto, quod *Siculum* ſeu *Ma-
ertinum*, *Faro di Meſſina* appellant, ab ea disjun-
itur. Juxtà littus ſinuoſum *Scylla* ſaxum & *Charyb-
lis* vorticoſum mare, loca navigantibus exitioſa:
Vicinia item *Morganæ*, ubi crebra in aëre portenta.
Urbes in ea numerat Plinius 72. A. 1693. horribili
erræ motu (quod inſulæ hujus fatum eſt) lapſæ ur-
bes 14. 18. diverſa prædia hauſta, ut ne veſtigium
emanſerit, nulla totius Inſulæ civitate intacta. Fru-
menti ubertate regio nulli ſecunda, quippe in Su-
enſi agro, in quo raptam finxêre Proſerpinam, ex
no tritici modio 100. colliguntur. Rerum plurima-
um decoratur affluentia, pretioſis lapidibus, & me-
alli fodinis. Proprjis olim parebat Regibus, ab A.
verò 1282. ſub Hiſpanorum poteſtate ſtetit. Orto
ein bello ſucceſſionis Gallorum ope Philippo An-
degavenſi tradita, pactis Ultrajectenſibus A. 1713.
reclamante nequidquam Auſtria, Sabaudo adjudica-
ta, hodie prope tota victricibus Imper. Caroli armis
recuperata. In tres eam valles partiuntur. Vallem
Demonæ, *Netinam*, & *Mazaræ*; Vallis *Demonæ* ha-
bet 1. *Meſſanam* Proregis Siciliæ ſedem, muris, mœ-
nibus & foſſis validam, inſignem Archiepiſcopatu,
plenam moris & ſerico probatiſſimo, portu denique
ad commercia peropportuno celeberrimam, maximè
verò ob veſperas Siculas A. 1282. quo trucidati veſ-
perarum tempore 8000. ac amplius Galli. A. 1693.
plurima ædium ſuarum parte ſubruta. A. 1719. Cæ-
ſareis armis expugnata. 2. *Mylæ* vern. *Melazzo* urbs
mediocri portu inſtructa, munitionem ejus probat a-
cris 9. menſium obſidio, qua A. 1719. ab Hiſpanis
fruſtra tentata. 3. *Tauromenium* vern. *Taormina* par-
vum at altæ rupi impoſitum An. 1693. terræ motu
miſerè fœdatum; An. 1719. Cæſareis armis ceſſit.

4. *Villa Franca* exiguæ antea famæ ; prælio tame A. 1719. Hispanos inter & Cæsareos initô nobil tata. 5. *Catana* floret Academiâ, portu eleganti & munitionibus à Carolo V. positis A. 1693. duplic malo defuncta est ; *Ætnæ* enim montis ignivomi incolæ *Mongibello* dicunt, primùm obruebatur incen djis, terræ dein motu diruta. Vallis altera *Netina* In hac : 1. Urbs *Netum* grandis, & Augusta rup insita, post ruinam rursum reparata. 2. *Syracusæ* Ma gnifica quondam & princeps Siciliæ urbium, Regum sedes, A. 1693. non exiguum, & ipsa passa incom modum, portûs tamen sui bonitate in hodiernum dien gaudet. 3. *Augusta* munimentum olim præclarum modò fœdè dirutum. 4. *Terra nova* urbs mediocris 5. *Arx Sperlinga*, quàm Sicularum vesperarum tempore 500. Galli subiêre, qui priusquàm se dederent, fame periverunt. Tertia Vallis *Mazaræ* ad occasum sita 1. urbem *Mazaram* cum munito portu continet. 2. *Panormum* pulchritudine, fertililate juxtà ac magnitudine splendidam, ut meritò *Concha aurea* dicatur, arce verè Regiâ ornatam, firmísque propugnaculis à Carolo V. cinctam. 3. *Drepanum* civitatem, & portum coralliorum capturâ laudatum. 4. *Agrigentum* urbem Empedoclis ævô 800000. hominum complexam, hodie omnis prope splendoris expers. 5. *Montem Regium* exigui momenti urbem Archiepiscopalem.

Sardiniæ Insula à Sum. Pont. Regibus Arragonum in feudum concessa, sícque ad Hispaniæ Reges devoluta A. 1708. Augustissimo Carolo armis subacta. A. 1717. ab Hispanis rursus occupata, qui illam Sabaudiæ Duci cesserunt. Complectitur 1. *Calarim* paludibus oppletam, insignem portu, sede Archiepiscopi & Academiâ. 2. *Arboream* vern. *Oristagni*: ob aëris insalubritatem minus habitatur; Archiepiscopo tamen & portu excellenti gaudet. 3. *Bosam*. 4. *Algariam*. 5. *Castrum Arragonense*. 6. *Terram novam*.

7. *Sassa-*

Saſſarim portus omnes percomodos: poſtremus cum ṛchiepiſcopo.

Corſica tertia Italiæ Inſula olim *Therapne & Cyrnus* ịcta, Genuenſium poteſtati ſubjicitur. Aditu diffiịlis propter creberrimos montes. Plinius in illa ævô ṇô numeravit urbes. 33. Hodie præcipuæ: 1. *Baịa* populô frequens, arce munita, portúque capaci nſignis. 2. *Adjacium* cum portu celebri mercatoriụs etiam Genuenſibus dives. 3. *Curia* arx confraọſæ rupi impoſita, in medio Inſulæ, qua neceſſariò ṛanſeundum ad utrúmque Inſulæ latus tendentibus. . *Bonifacium* freto Sardiniam & Corſicam inter imịinens, ædificjis cultum; propugnaculis, portu gauẹns coralliorum capturâ locuplete. A. 1730. populi ụjus Inſulæ adversùs Genuenſes inſurrexerunt, maṇo ſanè Reipublicæ damno, quæ ingentibus ſumṭibus Cæſareum è Statu Mediolanenſi militem evoạre debuit in ſuppetias. Donec rebelles incommoịis belli fracti Principi wirtembergico Cæſareo Geẹrali pacem honorificentiſſimis pactis offerenti maṇus dederunt.

Inſula *Melita* Africæ propinqua paret Equitibus Ordinis S. Joannis infenſiſſimis Turcarum (ad quod ṿotô adſtringuntur) hoſtibus. Quina ante ſæcula ſumṗsêre initia in Palæſtina & Hoſpitalarii dicebantur. Poſtquam autem Palæſtinâ & Rhodô A. 1522. à Turcis ejecti, Melitam illis Carolus V. donavit, quæ à magno Magiſtro Ordinis Melitenſis gubernatur. Saxis horret ac rupibus, magnáque lignorum inopiâ premitur, abundat goſſipiô, hordeô, ac fructibus maximè in occidua parte. Pagos numerat circiter 60. urbes verò *Valettam* ſedem magni Magiſtri Ordinis in præalta rupe Sitam, amplam, ac munitam firmiſſimis mœnibus, vallis, propugnaculis ac armamentario refertiſſimo inſtructam. *Burgum S. Angeli* munimentum invictum, quod ſæculo 16. obſidentibus Turcis generoſitate & viribus, plus quàm humanis

restitit, atque eos tota dein Insula exesse coëgit. *Medinam* demum, seu *Cittavecchia* in medio Insulæ sitam elegantérque munitam. Insula D. Pauli post naufragium huc appellentis beneficio omni serpentum genere immunis reddita.

Reliquæ minores, quæ Italiam circumdant, *Lipparæ* sunt, seu *Æolides* septem numero, A. 1719. Cæsareis armis subactæ. Has sequuntur *Ilva* Florentiam & Corsicam intersecans, in qua *Portus longus*, & *Portus Ferrarius*, quorum ille Austriacis, hic Florentinis subjectus. *Margarita*, seu *Gorgona* Ducatui item Florentino adjuncta; *Capraria* Genuensibus subdita. *Planasia*, *Egilium*, *Dianum*, seu *Gianuti* omnes Magno Hetruriæ Duci parent Plures quidem aliæ in mari Adriatico Insulæ, omnes tamen, si *Tremitanas* Neapolitano adjunctas Regno excipias, Reip. Venetæ subjiciuntur, de quibus, dum de Dalmatiæ Regno agetur.

Q. Quæ antiqua Italiæ divisio? & qui Populi? *R.* In 11. Provincias, & 40. populos dividebatur. 1. Erat *Gallia Cisalpina* ubi hodie Sabaudia, Pedemontium, Mediolanum, & Ditio Veneta. 2. *Insubria* ubi Mediolanum. 3. *Liguria*, ubi Ditio Genuensium. 4. *Æmilia*, ubi Ducatus Parmensis, & Mutinensis, & Bononiense Territorium. 5. *Tuscia*, seu *Hetruria*, ubi Ducatus Florentinus. 6. *Umbria*, ubi Urbinensis & Spoletanus. 7. *Picenum*, ubi hodie Marchia Anconitana. 8. *Latium*, ubi Campania Romana. 9. *Samnium* in terra laboris. 10. *Lucania*, ubi hodie Basilicata. 11. *Magna Græcia*, ubi Calabria. Populi erant: *Aborigines*, & *Latini* ad Romam; *Allobroges*, & *Centrones* in Sabaudia; *Anamani* in Parma; *Apuli* in Apulia; *Ausones* ad Beneventum; in Calabria *Brutii*; in Foro Julio *Carni*; *Camertes* in Umbria; ad Veronam *Cenomani*; *Hetrusci* in Florentino; *Hernici* in finibus Regni Neapolitani; *Hirpini*, in Principatu ulteriori; *Picentin.*

in Cite-

in Citeriori. *Illyrici*, ubi Iſtria, Dalmatia & Croatia; *Inſubres* in Mediolano; *Libyci* ad Vercellas; *Liburni* in Dalmatia; *Ligures* in Ditione Genuenſium; *Longobardi* in Mediolano, & Venetorum dominio; *Lucani* in Baſilicata; in Aprutio ulteriori *Marſi*, & *Veſtini*; in citeriori *Peligni*; *Pediculi* ad Brunduſium; *Rutuli* ac *Volſci* in Romana Campania, *Sabini* in Sabina; *Saleſſi* in Aoſta; *Salentini* ac *Tarentini* ad Hydruntum; *Samnites* in comitatu Moliſino; *Semnones* in Romandiola; in Sicilia *Siculi*; *Sybaritæ* in Calabria; *Taurini* ad Auguſtam Taurinorum; in Umbria *Umbri*; in Principatu Caſtrenſi *Vejentes*; *Veneti* demum Venetias coluêre.

Q. Quis Italiæ ſtatus politicus? *R.* Quis cuique dominetur Provinciæ, ſuis locis actum, in genere id dicendum naſcente Chriſto Romam Principem Imperii Romani locum occupaſſe; Heruſorum dein, Gothorum, Hunnorum, Longobardorum, aliorúmque irruptionibus V. VI. VII. & VIII. ſæculo vehementer afflicta, quibus ope Germanicorum Imper. repulſis in varia regna Ducatus & Reſpublicas abivit.

Q. Quæ Italiæ dotes? *R.* Meritò Europæ Paradyſus dicitur; poma námque aurea, & Citrina, oleas, ficus, amigdala, vina pretioſiſſima ſuperabundanter profundit. Spatia terræ ampliſſima paſcendis ovium gregibus relicta ſunt, in Ducatu maximè Parmenſi magna preſſi lactis copia quotannis colligitur. Aprici colles, ſaltus imprimis admiratione digni, ex quibus aptiſſima fabricandis navibus materies petitur. Adde aquarum calidarum plurimis locis eruptiones, metallorum copiam, venationes luculentas, maritimos proventus varios, aliáque innumera. Qua in Ortum & Auſtrum declinat calor ſolis vehementior: tractus mira aëris clementia inſignes ſunt præcipuè Lombardici.

Q. Quis Incola ejúſque religio? *R.* Valet ingenio: artium liberalium ſtudio, arte muſicâ, Archi-

tectonicâ, & pictoriâ excellit. Animus in iracundiam & vindictam, quod viæ ob occultos latrones non adeò securæ satis ostendunt, propendet: Cæterùm in humanitatem effusi. Religionem Catholicam plurimùm promovet inquisitionis consilium, simile illi, quod in Hispania constitutum. Caput totius Ecclesiæ Romæ residet. In solis vallibus Waldensium pauci etiamnum reformati se detinent.

CAPUT VIII.

DE GERMANIA.

Q. QUæ nominis origo? *R.* Germaniæ nomen fecisse incolas, quos dixêre alii *Teutones* à Deo, antiquorum vernaculâ: *Theut*: *Alemannos* alii à voce *Alle & Menner*, id est: omnes viros: congruum magìs, *Germanos* à *Ger*, seu *Gar*, & *Mãnner* ortum traxisse, seu esse omninò, & ex toto viros.

Q. Quis Situs? *R.* Ab occasu Galliam, & Belgium, ab ortu Poloniam, & Hungariam respicit; Austrum versùs Italia & Helvetia, ad septentrionem cum Baltico mare Germanicum prætenditur; quà ab occasu in ortum fertur, continet Germ. mill. 200. à septentrione in Italiam, 150.

Q. Qui Fluvii? *R.* 1. *Danubius*, *Donau* in Suevia scaturiens usque ad ortum, Mare scilicet nigrum, 400. mill. emetitur. 2. *Rhenus* in Grisonum campis fontem nactus per diversos anfractus Belgium ingreditur. 3. *Mœnus*, *Mayn* è Franconia in Rhenum abiens. 4. *Visurgis VVeser*, ubi principatum Mindensem deserit, oceanum Nordicum petens. 5. *Albis*, *die Elbe* apud Bohemos ortus in Mare Nordicum influit. 6. *Viadrus*, seu *Odera*, *die Oder*, è Silesiæ & Moraviæ terminis in Mare Orientale se exonerans.

7. Alii

7. Alii minores: *Egra*, *Eger*, *Nabus*, *Sala*, *Fulda*, *Oenus*, *Amasus &c.*

Q. Quæ antiqua Divisio & Incolæ? *R.* Aliam antiquitùs non fuisse, nisì secundùm incolas veteres, qui sub Ducibus fines suos aut tuebantur, aut dilatabant. Erant autem: *Alemani* in Ducatu wirtembergico, *Angli*, seu *Angeli* ad Lubecam, qui pòst Angliam invasêre, *Angrivarii* in westphalia, *Boii* in Bavaria, *Bructeri* in Ducatu Montensi, *Burgundiones* in Pomerania inferiori, dein Franconiam occupantes, *Catti* in Hassia. *Chauci* in Frisia orientali, *Cherusci* in Ducatu Brunsuicensi, & Lüneburgico, *Gugerni* in Ducatu Clivensi, *Hermunduri* in Marchionatu Misniæ, *Longobardi* ad Berolinum, *Marcomani* in Bohemia, *Nemetes* Spiræ, *Norici* in Austria, Carinthia, Styria, Carniolia & Salisburgi, *Quadi* in Moravia, *Saxones* in Holsatia, *Semnones* in Saxonia superiori, *Suevi* in Pommerania, Marchia Brandenburgica & Megalopolitano, *Sicambri* Paderbornæ, *Treviri* Treviris, *Tribocci* in Alsatia, *Vandali* ad Viadrum, *Vangiones* ad wormatiam, *Varini* Megalopoli, *Ubii* Coloniæ Agrippinæ & Juliaci, *Vindelici* Augustæ-Vindelicorum. Antequàm *Franci* Alemanniæ populi Germaniam occuparent, quod est cis Rhenum, *Francia orientalis*; quod trans Rhenum, *Francia occidentalis* dicebatur.

Q. Quæ moderna Germaniæ Divisio? *R.* Eam A. 1512. à Maximiliano I. esse distinctam in 10. Circulos, nempe: Austriacum, Burgundicum, Electoralem Bavaricum, Saxonicum superiorem, Fraconicum, Suevicum, Rhenanum superiorem, westphalicum, & Saxonicum inferiorem, cuivis circulo projiis assignatis directoribus. Memoriæ tamen juvandæ gratiâ & ob mappas Geographicas, singulæ Germaniæ Regiones secundùm præcipuos sex fluvios meliori methodô referentur.

Q. Quid de adsitis Danubio regionibus? *R.* Danubium

nubium diſtribui in tres partes. 1. ab Hungariæ terminis uſque ad Oenum. 2. inde uſque ad Leccum. 3. uſque ad Danubii ſcaturiginem.

Q. Quid de prima Danubii parte? *Reſp.* Ambiunt hanc Archiducatus Auſtriæ, Ducatus Styriæ, Carinthiæ, & Carnioliæ, *Archiducatus Auſtriæ*, *Oeſterereich*, longus 40. latus 18. mill. ad Solem occiduum Bavariam cum Salisburgo, ad Orientem Hungariam, Styriam à Meridie, à Septentrione Bohemiam & Moraviam reſpicit. Ab Henrico Aucupe Leopoldo I. in perpetuum Familiæ Feudum collatus, póſt apud illuſtrem Comitum Babenbergenſium ſtirpem hærens, ad Rudolphum I. Habſpurgicum devicto pluribus præljis æmulo Ottocaro devolutus, hodiedum ab Auguſtiſſimo Imper. Carolo VI. jura accipit, totus quantus fidei orthodoxæ. Mediam prope Auſtriam perluens *Onaſus*, vel *Aniſſus* flu. *Ens*, in Superiorem & Inferiorem dividit. In Inferiori urbes referendæ: 1. *Vienna*, *VVienn*, ſeu *Vindobona*, aliter *Fabiana* ab Annio Fabiano decimæ legionis Germ. Præfecto, Majeſtatis Imperatoriæ ſedes, Magnatum ſelectu, & Nobilitatis flore illuſtris: Civium numero, nationum affluxu, amplitudine demùm, ac propugnaculis reliquarum Princeps, cui vix parem reperias. Ptolemæo *Juliobona*, aliter *ter victrix*, *& ter victa* dicitur: victa à Friderico II. Rudolpho I. & Mathia Corvino: At ter victrix coronata, 1. contra Mathiam Corvinum A. 1477. 2. Contra Solimanum Turc. Sultan. 1529. 3. contra primum eorum Vezirium Muſtapham Cara An. 1683. propugnatore S. R. I. Com. Rudigero Erneſto à Stahrnberg, ferente ſuppetias Joanne III. Polon. R. aliiſque Imperii Principibus. Perierat ſané in obſidione poſtrema Chriſtianitatis totius gloria, nî Vienna ad incitas prope redacta Turcorum immanitati fuiſſet ſubducta. Aula Cæſarea Ottocari opus in theſauro prægrandem gemmarum vim oſtentat: Bibliotheca nobiliſſi-

biliſſima 10000 manuſcriptorum, editorum typis voluminum 90000. complectitur. Divi Stephani Baſilica turri præſtat, altâ pedes 480. Geometricos, in quam 60. annorum opera uſque ad A. 1400. collocata: Minorem celebrat æs campanum 200. centenari: cui adjectum aliud in turri principe centenar. 364. Univerſitas A. 1237. à Friderico II. fundata, Germaniæ eſt antiquiſſima. Epiſcopatûs initia à quibuſdam ad A. 466. referuntur, cujus Antiſtes Imperii Princeps nulli ſubjectus, imò & ante non multos annos Archiepiſcopo titulo ornatus. 2. *Crembſium*, ſeu *Cremeſia* non ignobilis civitas. 3. *Neoſtadium*, ſeu *Neapolis Neuſtadt* urbs munita cujus Præſul modernus noviſſimè inauguratus hoc pacto, ut Viennenſis Antiſtitis eſſet ſuffraganeus. Maximiliani I. hìc ſolum natale & ſepulchrale. 4. *Tulna* urbs Auſtriæ antiquiſſima, Danubii ripis appoſita. 5. *Badena*, ſeu *Thermæ Auſtriacæ* ob aquas calidas ſaluberrimæ. 6. *Monaſterium Neoburgicum*, *Cloſter-Neüburg*, ob privatam pietatem ſæpè Cæſarem excipit. 7. *Laxenburgum*, & *Eberſdorffium* loca, quò quotannis recreationis ergò Aula ſecedit. 8. *Schönbrunn*, arx ab Imp. Joſepho I. mirùm ad delitias ſtructa. 9. *VVeitra*, dominium ad confinia Bohemiæ Fürſtenbergicis ſubjectum. 10. *Starenberga* arx notæ Familiæ. Ubi *Petronella* & *Prockfluſs* Imperii Comitum de *Abenſperg* & *Traun* bona conſpiciuntur. In Auſtria Superiori memoratur: 1. *Lincium* ſeu *Lentium*, aut *Longium* metropolis tenuî muro cincta in plano, quod montes ambiunt: bis Leopoldi I. obſidionis tempore refugium. 2. *Aniſſus* veteribus *Laoreacum Ens*, ubi Onaſus fluv. Danubio miſcetur: urbem A. 450. Hunni funditùs evertêre; vetus hìc Romanorum Colonia à S. Luca & Marco Evang. fidei myſteria fuit edocta. 3. *Styra* ab opificibus ferrum in enſes, cultros, ſeras &c. elaborantibus nota. 4. *Falciana*, *VVels*, & *Efferdinga* loca exigua. 5. *Gemunda* mediocris, Salinaribus gaudet.

2. *Styria*, *Steyer*, seu *Stiermarckt*, Ducatûs honorem à Friderico Ænobarbo, nomen à Taurifcis nacta, in Superiorem & Inferiorem diftinguitur. *Inferior* seu versus Hungariam ad ortum in planiffimos campos excurrit, Vini generofi, Triticíque ferax. Confpicitur in ea: 1. *Græcium*, *Grätz*, ad Muram fluv. propugnaculis ac arce invictâ eminens; consilium hic loci intimum, Regimen & Camera Interiori Auftriæ, fcilicet Styriæ, Carinthiæ, Carnioliæ, & Italiæ Auftriacæ jura dicunt. Urbs Styriæ Princeps, Archiducum Auftriæ quondam fedes, bellicô præterea confiliô, Univerfitate fundatâ A. 1585. frequentíque nobilium numero inclyta, magnificum Ferdinandi II. Maufolæum exhibet. 2. *Eggenberga* in Græcii confpectu arx Principes cognominans, ubi Leopoldi I. Imper. cum Claudia Felicitate nuptiæ celebratæ. 3. *Rackerfpurgum* feu *Rachelburgum* fortalitium infigne ad Hungariæ terminos, Bildonenfibus olim Comitibus parens: vinô generofô excellit, uti & proximus ager *Lutenbergenfis*. 4. *Czackenthurn* Præfidium Hungariæ objectum. In *Styria Superiori* ferri ac argenti fodinis divite, funt. 1. *Murepontum* Metropolis. 2. *Judenburgum* & *Leobium* urbeculæ ad Muram. 3. *Seccovium* ubi Canonicorum Regularium Collegium Epifcopô nobile. 4. *Mariæ Cella* oppidum à Thaumaturga Virgine celeberrimum, cujus cubitalem ftatuam A. 1157. Monachus quidam ex S. Lamberto in Cella fua devotè afferva-bat: dein elapfis 29. annis Moraviæ Princeps cum Agnete Conjuge, comitante plebis frequentiâ, templum id loci pofuit, eô; quòd decumbentes extremè D. wenceslaum in fomnis præfentem habuerint, & fanitate redditâ Marianam Styriæ Cellam digito indicantem. Pôft eidem Ludovicus Rex Hung. auguftiùs fuperftruxit. Thefaurum (qui prodigjis in dies continuatis mirùm augetur) non paucas, fi hic referendus, paginas faceret. 5. Comitatus *Cillejenfis*, quem

Ulrico

Ulrico comite Ultimò defuncto Fridericus IV. Styriæ incorporavit. *Cilleja* ejus Metropolis. Neque Marburgum præteriri debet elegans ad Muram Urbecula.

3. *Carinthia* longa 28. lata 14. mill. germ. Noricis, Carnísque habitata, ab A. 790. Catholica. Henrico Duce pestremò vita functô feudi jure ad imperium devenit: inde à Ludovico Cæsare Alberto II. Austriæ Duci donata. Quà occasum respicit, seu Styriam, Carinthia *inferior* dicitur, quà ortum seu Tyrolim & Salisburgum, *Superior*. In Carinthia universim sunt: 1. *Clagenfurtum* olim *Claudia* Metropolis naturâ & arte munita, à qua 1000. passibus distat marmor vulgò *Fürstenstein*, ubi quondam Princeps Carinthiæ inaugurandus se stitit, veste indutus, pileô & baculô pastorali. Tum lapidi quidam insistens è rusticana familia (quæ Christi fidem prima dicitur suscepisse) medius inter vaccam nigram & jumentum macrum sciscitabatur, num Princeps fidei sit Christianæ tenax, amánsque legum, & pietatis cultor? annuente plebe circumfusâ descendens, datis muneribus Principem, ut facta dictis respondeant, commonefacere solebat. 2. *Gurcum* urbs mediocris Episcopalis. 3. *Lavantum*, *S. Andreæ* urbs cum Antistite Imperii Principe. 4. *Fanum S. Viti* nitidum magis olim, ac in præsenti. 4. *Sonneck* Dynastia Imperii Comitum de *Rosenberg*. 6. Comitatus *Ordenburg* Imp. Principis de *Portia*. 7. *Julium Carnicum*, nunc *Viliacum* elegans & picturis ornatum, cui cum *VVolfsberga*, *Fano S. Leonardi*, & *Feldkircha* Gubernatorem præficit Episcopus Bambergensis.

4. In *Carniola* Carinthiæ, Styriæ Subjecta, antiquitùs *Carnorum Japidum* sede, hodie fidei orthodoxæ, & Domui Austriacæ subdita habetur. 1. *Labacum*, seu *Laubacum*, Ital. *Lubiana*, Germ. *Laubach* urbs prima cum Episcopali Basilica: Antistes nullius Suffraganeus, est Imperii Princeps. Arx colli insidens urbi accumbit. 2. *Carnioburgum*, *Crainburg*

burg ad Savum flu. locus mediocris, veterum Marchionum domicilium. 3. *Auerspergia*, quæ Principes simili nomine insignit. 4. Lacus *Circoniensis*, *Czirknizer-See*, in quo inquilinus piscari, sementem jacere, & venari annô eôdem potest, dum sub anni cujusvis initium cum ingenti piscium vi aquæ ex abdito prosiliunt, mox appetente æstate reversuræ. Est præterea ad Carnioliam referenda 1. *Marchia Vinidorum die VVindische Marck*, propè Croatiam, cujus caput *Metulum*, *Metling*: *Rudolphi verdia* ibidem visitur, aliàs *Neustadtl* sat munita.

Comitatus Goritiensis, qui nec geographica, nec politica divisione ad Carniolam pertinet. ad quam aliqui hanc ditionem malè reducunt, Plinio Noreja Tauriscorum dictus Urbem Principem habet Goritiam. Hæc montem, cui arx sat munita insidet, instar arcûs ambit, Amœnitate sitûs, salubritate auræ, optimis incolarum ingenjis, & clarissimæ Nobilitatis numero inclyta.

Comitatus Gradiscanus, quandiu Principes Eggenbergici viguêre, eorum feudum, nunc felici solius Cæsaris dominio gloriatur. Urbs Comitatûs Caput, Gradisca Sontio alluitur, quamvis suis ipsa mœnibus sat hostem fatigaret. Intra Comitatus Gradiscani limites est *Aquileja* Germ. *Aglar*. Emporium Nobile à Romanis conditum, ac templis, theatro, aliisque operibus sic ornatum, ut *altera Roma* audiret. Ad A. Christi 452. ab Attila R. expugnata, & obtruncatis hominum 37000. eversa, dein colonis infrequens ad solitudinem propè est redacta. 3. *Tergestum* ad mare Adriaticum inter *Istriam*, & *Timavum*, Romanorum olim Colonia, nunc semel intra annum celebribus nundinis destinata, & quia futuri mercatorum populi ob presentes angustias incapax, salinæ in novæ Civitatis fundamenta terrâ opplentur. *Flumen S. Viti Liburnicæ* Metropolis in Flanatici Sinûs Littore, Civitas parvâ, sed popu-

losa

losa, & propter vicinum fluvium minoribus onerarjis commoda.

Q. Quid medîo Danubio affunditu? R. Bavaria, Palatinatus superior, Ducatus Neoburgicus, Tyrolis & Salisburgum. *Bavariæ Ducatus*, ad meridiem, seu Tyrolium, superior: ad Danubium inferior dicitur. Incolæ ab Avaribus Hunnorum reliqujis Danubii ripas obtinentibus appellati, Catholicæ fidei sacra venerantur, Ducíque suo quotannis auri millionem pendunt: dein eos rebelles victoriâ ad Höchstadium partâ sibi Imperator subjicit, administrante Bavariam Gubernatore Austrio, & Electore proscripto, qui tamen A. 1714. Rastadii pristinis restitutus. Tellus frumento, infinitis cervorum, suúmque gregibus affluens, & amnibus tribus distincta, nempe Licco, Isara, & Oeno, tribus pariter subest: Electori & Imperii Principibus, tam Ecclesiasticis, quàm Secularibus. Electoris est. 1. *Monachium*, sic dictum à reperto inibi Monachi capite, dum A. 1462. Henricus Bavariæ Dux urbis fundamenta jaceret. Principis in ea Residentia, Palatium, Bibliotheca, & familiarum circiter 18000. 2. *Burchusia* non mediocris locus. 3. *Landshutum & Straubinga* urbs illustris, non dudum munitione sunt exuta. In prædictis 4. urbibus regimina 4. regionis constituuntur. 4. *Ingolstadium* civitas solo grato, & eximio ex cespite vallo munita: universitate, & peculiari nitore insignis, frustra à Gustavo Adolpho Suec. R. armis est petita. 5. *Kelheim* ad Danubium, munitione spoliatum. 6. *Donavverda* in Sueviæ terminis libera Imperii urbs propé usque ad A. 1595. quo circiter subacta à Bavaro fuit, attamen A. 1705. jisdem honoribus augetur: & Rastadii rursus Duci restituta. 7. *Braunodunum*, *Braunau*, præsidium juxta Oenum excellens, hodie solo æquatum. 8. Mediæ sortis *Schardinga*, *Landsberga*, *Friedeberga*, *Mosburgum*, *Landavia*, & *Wasserburgum*. 9. *Oettinga nova*, à qua ab-

 scedit

ſcedit media hora Oettinga vetus Iconem B. V. Tha
maturgæ cum inſigni multorum affluxu exhibens.

Statuum Imperii ſecularium ſunt 1. *Comitatus Orden burgicus* ad Paſſavium Comitis de Ortenburg. 2. *Ho henvvaldeccenſis*, & *Dynaſtia Machſelrainia* Comitis de Machſelrain. 3 Dynaſtia *Breiteneccenſis* Comitis de Tilly. 4. *Ratisbona*, *Reggenſpurg* ſecundùm Danubium, ubi amnem *Regen* excipit: libera eſt Imperi urbs à ratibus dicta, quibus cives utebantur, priuſquàm Henricus Bavariæ D. pontem 500. paſſos longum, ſpectandi ſanè operis poſuiſſet. Ab A. 1662. continua hìc Imperii comitia habebantur.

Eccleſiaſticorum ſunt; Epiſcopatus *Freiſingenſis*, qui cum comitatu *VVerdenſels* proprio Præſuli ſubeſt. 2. *Ratisbonenſis* ſubditus Electori Colonienſi, cui Bavariæ Princeps quidam hodie in coadjutorem datus. 3. *Paſſavienſis* ad *Paſſavium*, ſeu Patavium ex tribus urbibus conflatum, & à Conventu Paſſavienſi An. 1552. memorandum: Archiepiſcopatus Salisburgum à Carolo Magno fuit translatus. 4. Præpoſitura *Berchtolgadenſis*. 5. In Urbe Ratisbonenſi tres ſunt Principatus: *Abbatia S. Aimerani*, *Collegium Canoniſſarum ſuperius*, *Obermünſter*, & *Collegium Canoniſſarum inferius*.

2. *Palatinatus ſuperior Ober-Pfalz* Franconia, Bohemia, Bavaria & Neoburgo cinctus unam cum inferiori regionem conficiebat; at dum comiti Palatino peſſima quæque imminerent poſt infelicem A. 1620. Pragenſem pugnam, traditus eſt Bavariæ Duci cum Electorali dignitate: A. tamen 1708. iterum Palatino Rheni, dein rurſus Raſtadii Bavaro datus. Memoratur in eo 1. *Amberga*, regionis regimine, vallis & arce clara. 2. *Neomarchia*, & *Cambum Camb*, vel *Cham* loca egregia. 3. *Rottenberg* in monte præſidium in Franconia; dirutum A. 1703. Fœderati tradiderunt Reipubl. Norimbergenſi, at Bavaro reſtituit pax Raſtadienſis. 4. Landgraviatus *Leuchtenbergi-*

bergicus cum urbe primaria *Pfreimda*. A. 1646. dum
nullus è familia superaret surculus, Bavaro est adscriptus: A. 1708. familiæ de Lamberg in feudum datus, restituitur Electori Rastadii. 5. Principatus *Sultzbachium* Principem habet Comitem Palatinum è domo Neoburgica. 6. *Neustädtel* A. 1646. Principes de Lobkowitz ùt feudum sub titulo Principatûs Gternstein obtinuêre. 7. Comitatus *Sultzbergensis* Imperii comiti de wolffstein subjicitur.

3. Ducatus *Neoburgicus*, *Neuburg* Ingolstadio, & Donawerdæ affusus ad Electorem Palatinum spectat. Habentur in eo. 1. *Neoburgum* ad Danubium urbs decora, parva licèt. 2. *Lauginga* locus exilis. 3. *Keysers-heim* vel *Keysheim* cum Abbate. 4. *Hochstædt* urbs cum arce, celebris à parta victoria An. 1704. in qua Eugenio & Marlboroughio Ducibus cæsa Gallorum 20000. totidem ferè capta.

4 *Tyrolis* major ac appareat Principatus, rupibúsque licèt horridus, feris tamen, vineis, pecoribus, argentíque fodinarum frequentia celebratur, Salisburgum, Carinthiam, Helvetiam, Sueviam, Bavariam & ditionem Venetam terminans, 300000. aureorum nummum quotannis pendit domui Austriacæ, cui A. 1360. adjectus. Idem A. 1703. fortiter Bavaros, Gallósque repulit. Urbes sunt 1. *Oenipons*, seu *Oenipontum*, *Inspruck* ad Oenum flu. Principis residentia senatu, arce, domo prætoria, Maximiliani monumento magnifica, cui reliquæ facilè cesserint. 2. *Tyrolis* arx in monte excisa, unde Principatui nomen. 3. *Merania* olim regionis metropolis, cujus domini *Meraniæ Duces* dicti. 4. *Ambrasia*, *Ombras*, *Ameras* vel *Umbras* arx augustissima, in cujus sanè quàm spatioso armamentario variorum Imperatorum, Regúmque arma recondita spectantur. 5. *Fanum S. Martini*, *Martins-Berg*, ubi rupes Maximiliani I. capras Sylvestres persequentis reditum prohibuisset, nî is Divis charior in planitiem cœlesti manu esset

deductus: 6. *Bocemum*, seu *Bolzanum*, *Botzen*, ç
vitas 4. nundinis quovis anno frequentata. 7. *Hal*
ubi moneta cuditur, à salinaribus item celebris. 8
Sebatum, *Schvvaz*, undequaque saxis cinctum: ali
quot hic operarum millia salem æsque eruentium
9. *Ehrenberg* arx & transitus in Sueviam ubi A. 1552
Elector Saxoniæ Mauritius Carolum V. velocissim
aggressus. 10. *Scharnitz* insigne propugnaculum, &
in Bavariam transitus. 11. *Rotenberg*, urbs ad Oe
num fluv. munita, cui à rubris cupri montibus no
men deductum. 12. *Kuffsteinium* arx in Bavariæ ter
minis, ad quam muniendam non minus ars ac na
tura contulit. A. 1703. à Bavaris celeriter occupa
ta, sequenti mox anno restituitur. 13. *Roveretum*
ad Italiæ confinia urbs cum arce mediocris. 14.
Riva, seu *Raiz*, & *Arcus*, *Arco*, seu *Arch* præsidium
A. 1703. à Gallis direptum. 15. *Tridentum*, *Trento*
Italiæ conterminum à Conc. Oecumenico & Præsule
clarum: item arce, quæ à P. Fournier S. J. *domus
aurea* dicitur. Cives equorum clitellariorum loco
vaccis utuntur. In monte *Mansberi* 3000 passibus
Tridento discedente, longo 12000. pass. lato 300. nu-
merantur Parochiales Ecclesiæ 350. castra 32. 16.
Brixia vel *Brixinum* Præsulis residentia, qui cum
Tridentino Imperii Princeps: uterque aliqua ex parte
ab Austria dependet.

5. Archiepiscopatus *Salisburgensis*, *Salzburg*, ad *Saltzam* fluv. proprio obedit Archiantistiti, qui Primas Germaniæ, Sedis Apostolicæ perpetuus & natus Legatus. Reditus millionem propè æquant. *Salisburgum* opibus, splendore ædium, & munimentis memorabile à Julio Cæsare positum traditur sub *Castri Juventii* nomine. Inventus An. 1684. Lutheranorum manipulus ad Tyrolim, vulgò *Tefferegger-Thal* est *dissipatus*: Postremo hoc biennio plura Heterodoxorum Rusticorum millia tumultuari cœperunt. Non pauci, qui æquis pactis acquie-

scere

cere recuſabant, ſibi extra Diœceſis limites ſedes
uæſivêre.

Q. Quid in poſtrema danubii parte occurrit? *R.*
uevia, *Schvvaben*, quæ Franconiæ. Briſgoviæ, Lacui
Podamico, & Bavariæ objecta, ubi extincto Conra-
ino Rege ultimo in plures Dynaſtias divellitur;
rimùm regni, dein Alemanniæ ducatus titulos amit-
it. Accolæ Romanis Sacris, partim Luthero addi-
ti, modò aſpero ſolo, nunc planitie potiuntur, &
nercimonjis immerſi Adoleſcentes etiam colo admo-
vent. Tellus fluvjis *Nicerô Neckar*, *Liccô* vel *Ilarô*,
ler irrigua, partim Sæcularibus, partim Eccleſia-
ticis Principibus paret. Inter 6. Sæculares Duci
Wirtembergico ſubditur plurima, eáque Lutheranis
eferta Sueviæ pars, in qua crudelia defactò Martis
veſtigia. Sunt autem: 1. *Stutgardia* urbs Ducatûs
rimaria, plus civium numero, quàm muro aut vi-
ibus freta: plurima antiquitatis monimenta exhi-
bet. Propè hanc *Ludvvigsburg*, regnantis Ducis di-
verticulum. 2. *Tubinga* arce validiſſima ſecura: Lu-
theranorum Academia notatur, & Collegio. 3. *Schorn-
dorffium* munitio, quam vallis Remſia, ejúſque
nominis fluvius circumdat. 4. Loca minus celebria
Calva, *Calvv*, ſeu *Ralb*, *Senberga*, *Sultza*, *Nurtin-
ga*, & *weiblinga*, unde Cæſari faventes ante an-
nos ferè 500. corrupta pronuntiatione *Gibellini* dicti.
5. Arces vetuſtæ *wirtemberga* & *Tecca*. Principi
Hochenzollerani eſt Catholicus Principatus ejuſdem
nominis, in quo 1. *Zollernum* arx magnifica & origo
Principum. 2. *Sigmaringa*, *Hechinga*, *Heigerlocha* &
Veringa loca minora. Inter Lutheranum Principem
Oettingenſem, & Comites Oettingenſes, qui Ca-
tholici, dividitur *Comitatus Oettingenſis*, notandus ob
Oettingam abundè decoram, & *wallerſteinium*. *Für-
ſtenbergicis* orthodoxæ fidei comitatus hujus nominis
ad Briſgoviam paret. Habetur in eo: 1. *Fürſten-
berga* arx, cui vicinia *Landgraviatus Barrenſis* dici-

 tur.

tur. 2. *Don-Eschinga* vicus, ubi Danubius orbis antiqui post Nilum maximus nobile caput erigit in colle vix cubitos 16. eminente. 3. *Stulinga* Landgraviatus ferens insignia. 4. *Heiligenberga*. 5. *Trochtelfinga* pars vetusti comitatûs *Werdenberg*. 6. *Mœskirch* urbecula. 7. *Vallis Kitzingana*, in qua idoneus apprimè transitus prope *Villingen*: A. 1703. Galli penetrarunt.

Imperatoris ùt Austriæ Ducis jura excipit: 1. *Marchionatus Burgaviæ* cum urbe cognomine & *Guntzberga* Marchioni Ludovico Badensi A. 1693. ab Imperatore donata. 2. *Comitatus Montfortensis* à Comitibus *de Montfort* venumdatus. 3. *Bregantinus Bregenz*, & *Feldkirchensis*. 4. *Constantia*, *Costnitz* lacui Podamico affusa, liberæ Imperii urbis privilegio spoliatur à Carolo V. dum libellum, *Interim* dictum, renuit acceptare. Coactum inibi concilium Joannem Huss A. 1415. cremari fecit. 5. *Dynastia Nellenburgica*, & *Hochenbergensis* ubi urbs *Rotenburg*. 6. *Ehingen* urbs &c. 7. *Quatuor Civitates Sylvestres*, *Bald*, *Stadte* Rhenum inter & Sylvam nigram, nempe *Rhenofelda* ampla & munita, *Seconium*, *Lauffenburgum*, & *Waldshutum*. Loca memorata nuncupantur Germ. *die Vorder-Oesterreichische Lande*.

Bavaro subest. 1. *Principatus Mindelheimensis*, ubi investitus A. 1706. Dux de Marlborough, S. R. I. Princeps, tenuítque usque A. 1714. quo priori Domino redditur. 2. *Dynastia Wiesensteigensis* quondam Comitis *de Helffenstein*, è quibus nullus hodie superat: occupatam proscripto Bavaro, Dux Wirtembergicus A. 1714. reddidit.

Comites alii in Suevico solo bona habent. 1. Barones *de Reehberg*, ad Ducatûm Wirtembergicum. 2. Comites *de Pappenheim* ad Franconiam. 3. *De Fugger* propè augustam Vindelicorum, inter quæ comitatus *Weissenham* peculiarem sui memoriam postulat. 4. *De Sintzendorff* comitatum *Tanhausen* non

longè

ongè Vindelica diſſitum. 5. Barones *de Friedberg* *Dominium Juſtingen* juxta Ulmam. 6. Dapiferi *de* *waldburg*, & Comites *de Kœnigſeck* ad Zollernum & Memmingam. 7. Comites *de Montfort*, *Dyna-* *ſtiam Tetnangenſem*, quæ dein in poteſtatem Auſtriæ redacta. 8. Comites *Hohenemſienſes* comitatum cognominem.. 9. Comites *de Sultz* fruebantur diſtrictu quatuor milliarium, nempe *Pagô Latobricô*, vulgò *Kletgau*, quibus An. 1687. defunctîs, poſſeſſor eſt Princeps de *Schvvarzenberg*. 10. Comitibus *de Ge-roldſeck*, ejuſdem nominis dynaſtia paruit, dein Comitibus *de Cronberg*, ſed & hi Hæredem noſtro ævo negarunt. 11. *Comitatum Eberſtein* nè uno comite proprio ſuperante Dux wirtembergicus, Marchio Badenſis, Comites *de Wolckenſtein & Cronsfeld*, ac Epiſcopus Spirenſis ſibi divisêre. 12. Comitis *de Helfenſtein* erant plurimùm Ulmæ adſita.

Liberæ Imperii urbes 21. numerantur. 1. *Vindelica*, *Augſpurg* ad Leccum flu. ampla, opibus, munitione ac Bibliotheca nobilis, ab Auguſto Cæſare, cujus armis ſubacta, & aucta fuit, *Auguſta*, aut *Auguſta Vindelicorum* nuncupatur: in hac Lutherani Carolo V. articulos dogmatum ſuorum, ſeu Auguſtanam Confeſſionem A. 1530. tradidêre, unde lite compoſita Cæſar dignitates Catholicos inter & Lutheranos ex æquo partitus eſt. Urbs A. 1703. à Gallis occupata, duriúſque habita, A. 1704. ſponte deſeritur. 2. *Ulma* ſecundùm Danubium civibus Lutheranis frequens, ac à curia celebre Gymnaſium ſuſtentantè celebris, quam An. 1702. à Bavaro aſtutia occupatam, An. 1704. Generalis *Tüngen* recuperavit. 3. *Memminga*, Ptolemæo *Druſomagum*, Luthero plurimùm ab obſequjis: culta cæterùm ac opulenta, in cujus robur ars, & paludes contulêre. 4. *Campidunum*, *Kempten* Abbatia Parœciarum 72. Luthero addita. 5. *Lindavia* Locuples, aljis *minores Venetiæ*, quia aquis immerſa. 6. *Uberlinga* vetuſta Sue-

viæ Ducum residentia. 7. *Rotevilla*, *Rotvveil* non obstante cum Helvetiis fœdere libera Imper. urbs, in qua pro Germaniæ statibus tribunal. 8. *Eslinga* novissime in bustum abjit. 9. *Heilbrunna* egregie culta. 10. *Nordlinga*, quæ cruentam Suecorum cladem A. 1634. recolit. 11. Reliquæ sunt: *Dinckelspila*, *Leutkircha*, *Kaufbeura*, *Isna*, *Wangena*, *Buchornia*, *Ravenspurgum*, *Biberachum*, *Pfullendorffium*, *Buchavia* ad lacum *Plumarium*, *Feder-See*, *Gengenbachinm*, *Offenburgum*, *Zella* cognomine *am Hamersbach*, *Wila*, *Reutlinga*, *Wimpina*, *Wimpfen*, *Alena*, *Popfinga*, *Gienga*, *Gemunda Suevorum*, & *Hala Suevorum*, ubi unio Protestantium Germaniæ Statuum confecta A. 1610.

Imperii Principes in Suevia Ecclesiastici sunt. 1. *Episcopus Augustanus*, qui urbis viciniam sine urbe possidet, & Dilingæ, loco Universitate conspicuo residet. 2. *Constantiensis*, qui fruitur præter affusam urbi regionem, *Augiâ divite*, seu *Reichenavia*, ubi præpinguis Abbatia. 3. Abbas *Campidunensis*. 4. Præpositus *Elvvangensis*, cui Elwangen urbs paret.

Prælati Imperii Principes memorantur: Abbas *Marchthalensis*, *Elchingensis*, *Salmansvveilerensis*, *Weingartensis*, *Ochsenhusanus*, *Irsingensis*, *Petershusanus*, *Urspergensis*, *Rodensis*, cujus cœnobium *Münchroden*, *Roggenburgensis*, *VVeissenaviensis*, cujus *Augia minor*, seu *VVeissenau* cœnobium, *Schussenridensis*, *VVettenhusensis*, Abbas *S. Udalrici & Afræ*, Augustæ Vindelicorum *S. Georgii*, Abbas in *Gengenbach*. Abbatissæ Imperii Principes: *Buchaviensis*, *Lindaviensis*, *Monasterii rubri Rotten-Munster*, *Guttencelensis*, *Hegenbachensis*, *Baintensis*.

Q. Quid ad Rhenum animadvertendum? *R.* Eum bifariàm dividi, in superiorem à lacu Podamico usque Mœni influxum, & in Inferiorem usque ad Belgium.

Q. Quid exambit Rhenum superiorem? *R.* Episcopa-

copatus Basileensis, comitatus Monsbelligardensis, Suntgovia, Brisgovia, Alsatia, Marchionatus Badensis, & Palatinatus inferior. 1. *In Episcopatu Basileensi* (Suntgoviæ, Cantonibus Basileæ, & Solodoro, ac Burgundiæ inferiori confinis) memoratur *Brundisia*, *Brondrut*, Gall. *Porentru* Episcopi Imperii Principis residentia.

2. *Comitatus Monsbelligardensis* Brundisiæ, & Lotharingiæ interjacens, possidetur à familia quadam wirtembergica, quæ hinc à Gallis A. 1681. pulsa, omnia recepit An. 1697. in Ryswick *Mons Belligardus*, *Mümpelgard* Gall. *Montbelliard*, Metropolis fortalitii sui ruinam queritur. Dynastias *Grange*, *Hericourt & Clermont* Galli hodiedum pace neglecta servant.

3. *Suntgovia*, *Sundgau* Basileæ, Alsatiæ, & Monti Bellicardo proxima. Hanc in pace westphalica Domus Austriaca Regi Galliarum tradidit. In ea: 1. *Ferreta Pfirt* urbs Princeps unde *comitatui Ferretano* nomen. 2. *Befortium* mediocre. 3 *Mulhusia* libera antehac Imperii urbs, A. 1533. cum Helvetiis fœdus pepigit, quòd ei vicini nobiles essent infesti. 4. *Huninga* præsidium, cujus fundamenta jacta à Gallis in Præjudicium Basileæ, vix extra tormenti jactum sitæ. An. 1697. in Ryswick definitum ut quidquid cis Rhenum, evertatur.

4. *Brisgovia* inter Rhenum & Helvetiam, sita quam Austriacæ domui Gallus A. 1697. ex æquo resignavit. In hac 1. *Brisacum* munitio totius Rheni præstantissima, à Valentiniano contra Alemannos substructa in montis clivo, qui in pontem desinit: subducta Cæsari A. 1638. per Ducem Bernardum Saxonem de weimar, quo defuncto Gallorum armis obvenit, uti & in pace westphalica. Verùm A. 1697. Cæsari restituitur, manente Gallis Brisaco novo, quo munito vi adjecêre vetus A. 1703 sed redditum Rastadii. 2. *Friburgum*, *Freyburg*, loco feraci situm,

cujus

cujus plurimùm propugnacula ſuſpicias. Gallis, poſtquam A. 1677. occupaſſent, permiſit pax Noviomagenſis: inde regimen Auſtriacum Waldshutum, Univerſitas Conſtantiam translata. quæ tamen A. 1697. rurſus reducitur, dum pax Ryſwicenſis urbe exeſſe Gallos jubet. His rurſus A. 1713. ſuccumbit, anno mox inſequenti reddita Raſtadii. 3. *Neoburgum*. 4. *Villingen* urbs elegans, & munita, quæ obſidentis A. 1704 Galli rabiem eluſit. 5. *Heidersheimium* arx & reſidentia Magiſtri Joannitarum, bonis Equitum Melitenſium præfecti.

5. *Landgraviatus Alſatiæ*, *Elſas*, aljis *Triboccorum regio* Badenam, Suntgoviam, Palatinatum inferiorem & Lotharingiam terminat, à qua monte *Vogeſo* ſeparatur. Ejus colles vite generoſa, planities frumenti vi, valles paſcuis, flumina Salmonibus, montes argentô, cuprô, & plumbô affluunt. Tota Alſatia cum præfectura Hagenoenſi A. 1648. in pace Weſtphalica ab Auſtria ad Gallos devenit, præter *Argentoratum* & alias 10. imperii urbes. *Hagenoam*, *Colmariam*, *Schletſtadium*, *VVeiſſenburgum*, *Landavium*, *Roſenheimium*, *Monaſterium in Valle Gregoriana*, *Cæſaris montem*, *Turichemum*, & *Ebenheimiam ſuperiorem*. Poſt Fœdus nihilominus Noviomagi ictum Rex Gall. urbes prædictas juris ſui fecerat reclamante incaſſum Imperio, quod bello Turcico implicitum 20. annorum inducias cum Gallo pepigit A. 1684. Recrudeſcente dein bellô ſancitum in pace Ryſwicenſi: Galli eſſet Alſatia cum Præfectura Hagenoenſi prout Monaſterii definitum: adderetur ei Argentoratum & Landavium, reliquîs juri priſtino reſtitutîs.

Alſatia porrò in *Superiorem* & *Inferiorem* dividitur. *In Superiori* ſunt: 1. *Colmaria* Metropolis à Gallis, à quibus ante diruta, munita. 2. *Enſisheimum* ubi Parlamentum à Gallis poſitum. 3. Urbes mediocres *Turichemum*, *Cæſaris mons Keyſers-berg*, *Mona*ſte-

naſterium in Valle Gregoriana, ubi Abbas Imperii ſtatûs. 4. *Murbacum*, & *Ludera*, quorum, Abbas Imperii ſtatûs. 5. *Rupes Rapoldi Rapolſtein*, arx & comitatus Comitum Palatinorum de Pirckenfeld, dum A. 1673. proprii vivere deſiverunt. In inferiori notatur: 1. *Argentoratum*, *Straſsbúrg*, ſeu *Argentina* ab arcu argenteo, quem gerebat pubes aurea, inſiſtens alto 26. cubitos coloſſo Apollinis, quem Clodovæus Rex exturbavit: Urbs (cujus ambitus 8000. paſs. ager latus 18. orgias) clavis Germaniæ dicitur. Libertate Imperii olim potita, Gallo ſe An. 1681. quin reſiſteret, dedidit, dein caſtellum ſibi in conſpectu extrui paſſa. Ex quo urbem hæreſis invaſit, Præſul Tabernas conceſſit, & quamquam nemo ad Romanæ fidei profeſſionem adactus, Catholici tamen in curiam recipi debuêre, Præſulíque tradi Monaſterium (cujus fabrica admirandæ elegantiæ) per totos 150. annos ſtructum, ac turris addita alta pedes 514. maxima facilè in Europa, dum Viennæ turris S. Stephani ſolùm alta pedes 486. Antwerpiæ 461. Carnuti 378. Pariſiis 204. 2. *Tabernæ Alſaticæ*, *Elſas Zabern* operibus & arce in monte ſita munitæ. 3. *Hagenoa*, *Hagenau*, urbs cincta foſſis, aggere, aquis, quam A. 1705. à Fœderatis ereptam Galli A. 1706. recuperârunt. 4. *Schletſtadium* paludibus immerſum. 5. *Ebenheimia ſuperior Obernheim*, *Roſenheimium Roſsheim*, & *VVeiſſenburgum* minùs obſervanda. 6. *Landavium* celebris totâ Europâ munitio, quâ A. 1702. à Joſepho I. Imperatore expugnatâ, in locum verborum portæ fronti inciſorum: hæC neMInI CeDet: ſubſtitutum: CeDIt taMen CæſarI. His, eâ rurſum A. 1704. à Fœderatis occupatâ adjectum eſt: CeDIt bIs CæſarIs arMIs. Bis itidem, anno nempe 1705. & 1713. eandem recepêre Galli. 7. *Lutzelſteinium* arx olim Comitis Palatini de Veldenz abſque liberis A. 1695. vitâ functi, interim Electoris Palatini, quoad poſſeſſor legitimus

gitimus

gitimus declaretur. 8. *Dynastiam Ochsensteinensem, & Comitatum Lichtenbergicum*, prope *Busvveiler* Comitibus Hanoviæ Pax Ryswicensis reddidit. 9. *Episcopi villa Bischvveiler* ab A. 1699. Sueco paret. 10 *Fortalitium Ludovici*, *Fortlouis* Rheno, cui immergitur, occupando perquàm idoneum, ac meris lapidibus ex Helvetia avectis structum: quod cis Rhenum situm, Pax Ryswicensis solo æquari præcepit. 11. *Andlau* urbecula Abbatissæ, Imperii statûs.

6. *Marchionatus Badensis* cis Rhenum Alsatiæ & Wirtembergæ interjacet. Regio ùt duabus familjis paret; ita duas in partes distinguitur. In Marchionatu Badensi *Superiori*, qui posteris orthodoxis Marchionis Ludovici ob edita in Hungaria specimina datus, notatur: 1. *Badena* Metropolis annis prioribus Martis victima, ab Aurelio Antonino condita fertur, dictáque ab aquis cuivis morborum generi saluberrimis. 2. *Stolhoffa*. 3. *Kehl* propugnaculum insigne è vicino Argentorati, in pace Ryswicensi Badensibus datum. 4. *Rastadium*, ubi pax inter Imperatorem & Gall. Regem confecta A. 1714. Marchionatui Badensi *Superiori* imperat Marchio Carolus wilhelmus Lutheri fautor. Estque in eo 1. *Durlacum* urbs ad radices montis sita, regionis Princeps ac residentia, quæ cum *Pforzemo* Gallici Martis furori affatim litavit. 2. Dynastiæ: *Lahr* seu *Lohr*, *Baden VVeiler*, *Roeteln*. 3. Marchionatus *Hochberg*. 4. Regio *Sausenberg*. 5. *Friedlingen* locus Basileæ affusus, ubi A. 1702. Germanorum ac Gallorum acies ferocissimè concurrerunt.

7. *Palatinatus* ab officio Henrici Comitis (qui Palatio Ottonis III. Imperatoris præerat) derivatur: paucis abhinc annis miles in eum Gallicus sævjit, quamquam omnia in pace Ryswicensi recuperata. Ejus nomine venit, quidquid *Rhenum* Niceri aquas excipientem coronat. In superiorem & inferiorem divi-

dividitur, ubi partim Electoris bona, partim Comitum Palatinorum: Episcopatus Spira & wormatia, alii demùm Comitatus.

Electoris est: 1. Præfectura *Heidelbergensis*, in qua vetus Electoris residentia, sæculi elapsi fatis obnoxia: A. quippe 1621. ab Hispanis crudeliter diripitur, Bibliothecâ Germanorum vetustissimâ Romam avecta: A. verô 1693. arcis admodùm inclytæ ruinam Galli adjêcere: hodie è bustis suis utcunque assurgit: alter locus est *Manheimium* iteratò propugnaculis instructum, quæ Galli A. 1688. diruerunt. Item *Friedericoburgum*, excellens præsidium solo æquatum, Manheimium residentia Elector transferre meditatur. 2. Præfectura *Mosbacensis* ad Franconiam cum *Mosbaco*. 3. *Brettensis* ad wirtembergam; ubi *Brettena*, *Sintzheimium*, & *Eppinga*. Tres prædictæ verbô: *Crichgovia* nuncupantur. 4. *Boxenbergensis*. 5. *Ulzbergensis*. 6. *Neostadiensis*, in qua *Neostadium* & *Francodalia* fortalitium à Gallis eversum. 7. *Germersheimensis*. 8. *Lutrensis cum Lutra Cæsaris Kayserf-Lautern*, Friderici I. Imper. residentia. 9. *Alzejana*, ubi *Alzeja* urbs cum arce pervetus. 10. *Oppenheimensis cum Oppenheimio & Ingelheimio*. 11. *Crucinacensis*, *Creützenach*, cui tribuitur *Crucinacium* juxta Nabam fluv. & *Ebernburgum* arx montis vertici incumbens, quæ A. 1692. à Fœderatis obsessa, dein Baroni de Sickingen traditur propugnaculis dirutis. 12. *Strombergensis*. 13. *Bacheracensis*. 14. *Simmerensis* olim ducatûs insignia ferens. 15. *Kirchbergensis*.

E comitibus Palatinis ternæ feruntur familiæ: *Bipontina*, ad quam Rex Sueciæ pertinebat; *Pircofeldensis*, & *Veldentiana*. *Bipontinæ* est ducatus *Bipontinus*, *Zweybruck*, Gall. *Deux ponts* 5. præfecturis constans: *Zwweybruck*, *Lichtenberg*, *Meyssenheim*, *Landsberg*, & *Neuchastel*. Hunc sui juris factum Gallus Sueciæ Regi A. 1693. reddidit, & pax Ryswicensis

censis stabilivit. *Pircofeldensis* est. 1. Principatus ejusdem nominis prope Nabam fl. qui olim in *citeriorem & ulteriorem* descriptus, complectebatur comitatum *Spanheim*, & totum ferè *Hunnorum tractum*, *Hundsrucke*. 2. *Trarbacum Trarbach*, urbs in Hunnorum tractu, cujus insigne præsidium, *Greiffenburg*, monti insidens, quod A. 1702. à Gallis expugnatum, A. 1704. hyberno tempore non absque cruore est recuperatum. *Veldentianæ* paret. 1. Comitatus *Veldentianus* secundùm Moselam. 2. Arx & Præfectura *Lutereccensis*.

Episcopatus Spirensis, *Speyer*, antehac Electori Trevirensi subjectus, propriô hodie Præsule potitur, continétque 1. *Spiram* pervetustam Imperii urbem, quæ A. 1688. Gallorum furori vix è mœnibus lapidem surripuit, at à pace Ryswicensi in ordinem redigitur. Ab amne Spira urbi nomen, in qua posita primùm est camera ad graviores causas inter Principes & civitates decidendas. In Ecclesia Cathedrali copiosa visuntur Mausolæa Imperatorum sub B. V. tutela volentium inhumari. 2 *Tabernas Rhenanas*, *Rheinzabern* Antistitis residentiam. 3. *Bruchsalium*. 4. *Lauterburgum*. 5. *Philippoburgum* munitio cis Rhenum celeberrima à Philippo Spirensi Episcopo, pòst Electore A. 1618. condita in oppido *Oudenheim*, unde omnibus in portis ejus effigies; hanc Gallus obtinuit in pace Monasteriensi, postea rursum Cæsar Noviomagi, postquam A. 1676. expugnâsset. Tandem occupatam à Gallis A. 1688. pax Ryswicensis A. 1697. reddidit Imperio.

In Episcopatu *VVormatiensi*, cui Elector Trevirensis imperat, occurrit, 1. *Wormatia*, *Worms*, seu *Augusta Vangionum*, quorum erat metropolis. Libera Imperii urbs est, & dum A. 1688. à Gallis evertitur, vix è ruina assurgit. Sæpius id loci habita consilia & comitia ob soli miram fertilitatem. Episcopatus cum reliquis in Germania certat antiquitate.

A. 1298.

A. 1298. Spiram inter & wormatiam horrendùm coflixêre Albertus Auſtriæ, & Adolphus Naſſoviæ, Reges Romanorum electi, ubi Adolphus peremptus. Pariter An. 1455. Germaniæ Principes plerique à Friderico Palatino rebelli in Cæſarem, ſeu cæſi, ſeu capti. Demum A. 1525. 30000. rebellium ruſticorum neci data. 2. *Durnſteinium*, aliàs Præſulis ſedes. 3. *Ladenburgum* ad Nicerum.

Comitatus ſuperant: 1. Comitum *de Leiningen*, qui in 4. partiti familias, poſſident: *Leiningen*, *Hartenberg*, *Dachsburg*, & *weſterburg*, quod in wetteravia. 2. Comitatus *Rheingrafenſtein*, & *Salmenſis*, Dynaſtia *Finſtringenſis*, Gall. *Feneſtrange*. Poſſeſſores nuncupantur *wild-* & *Rheingrafen*, è quorum diverſis familjis eminet præcipuè Salmenſium, qui ab A. 1623. Imperii Principes audiunt. 3. Comitatus *Saræpontanus*, *Saarbrück*, & *Saarvverdenſis*, Comitum Naſſoviæ, quorum reſidentiæ ſunt: *Saræpons* & *Ottvveilera*. 4. Ob Dominium *Crichingen*, ſeu *Creance*, & *Gutlingen*, ab A. 1697. jus ſucceſſionis ſub lite: Comites de Solms hodie poſſident. 5. Comitatus *Falchenſtein*, *Obernſtein*, & *Dominium Reipoltskirch*, olim Comitis de Falckenſtein, quô defunctô A. 1682. inter Comites de Manderſcheid, & Löwenhaupt ſunt diviſa. 8. Comitatus *Bitſch*, Gall. *Biche* Comitis Hanoviæ, cui à Gallis priùs ereptus, in Ryſwick reſtituitur. Notandum tandem, quod Rheno, Moſellæ & Nabæ interjacet, dici *Tractum Hunnorum*: quod ad Lotharingiæ terminos, *Auſtraſiam*, *weſt-Reich*, quæ parvus oppidò diſtrictus, ſi cum veteri regno Auſtraſiæ comparetur.

Q. Quæ ad inferiorem Rheni partem Regiones? *R.* Archiepiſcopatus Moguntinus, Trevirenſis, Colonienſis, Eifalia, Ducatus Juliacenſis, Montenſis, Clivenſis. 1. *In Moguntino*, ubi ferè Mœnus in Rhenum diſcedit, eſt: 1. *Moguntia*, *Maynz*, Gall. *Mayenze* juxta Rhenum Electoris, ac Archipræſulis reſiden-

residentia à flu. *Magon* & *Cia* nuncupata: decies minimùm eversa, semper assurrexit; dein Pipini Patria & Regia, est aucta insigni Universitate A. 1477 fundata, & Typographia hìc primùm inventa. Pons arte mirabili à Carolo M. Rheno injectus (opus è ligno decennale, longum 500. pass.) tres inter horas incendio casu fertur absorptus. In Ecclesia Principe 42. habentur Canonici, quorum tres infulis sacris insigniti. 2. *Bingium* urbs nobilis; secundùm quam Hatto II Archipræsul avarus, & pauperes compellans divitum mures, traditur in medio Rheni struxisse turrim, vulgò *Maüse-Thurn*, quum in continenti à muribus tutus non esset: at fabulam arbitratur Serrarius. 3. *Hæchst* urbecula amœnè sita ad Mœnum. Vicinia inter Moguntiam, & Bacheracum dicitur *Rhenogavia*, *Rheingau*. Alia Moguntini bona occurrent in Franconia, Thuringia & Hassia.

2. *Trevirensis* vern. *Trier*, Luxemburgo conterminus Gallorum execratur ferociam; numerantur ibidem 1. *Treviri* Metropolis & Archiantistitis residentia: opulentissima sub Clodii principatu, sub Constantino Transalpinarum maxima, Sedes Imperat. Romanorum ævô Ammiani Marcellini: eversa ab Attila, restituta à Francis, à quibus diruta rursus munitur. Expugnata à Fœderatis An. 1704. à Gallis 1705. Rastadii A. 1714. restituitur. Urbis antiquitatem conjeceris ex versu itidem vetusto: *Ante Romam Treviris stetit annis mille trecentis*. 2. *Confluentia*, *Coblenz*, ad Mosellæ & Rheni concursum, An. 1688. injectos à Gallo globos ignivomos 4000. & è tormentis 6000. elusit insigniter. 3. *Ehrenbreitsteinnium castrum*, aliis *Hermanstein*, arx cis Rhenum, quam cum primis Germaniæ conferas. 4. *Mons Tabor*, *Montabour*, urbs & præfectura. 5. *Vesalia superior*. 6. *Vitelliacum*, *Witlich*, propè Eifaliam cum arce *Ottenstein* frequenti Electoris prioris

Resi-

Residentia. 7. *Castellum Tabernarum Berncastell*, *ochemium*, & *Monasterium Maycnfeldiæ* loca vix memoranda. 8. *Saraburgum* urbs arce instructa. 9. *Prumia* Abbatia locuples ab Electore ipsómet administratur. 10. *Mons Regius*, *Montroyal* munitio egregiè à Gallo A. 1683. posita: at propugnacula vi pacis Ryswicensis eversa. 11. *Dynastia Beilstein* Imperii Comitis de Metternicht.

3. Archiepiscopatus *Coloniensis* Electori Coloniensis An. 1714. redditus, contiguos sibi habet Ducatus Clivensem, Juliacensem & Montensem. In eo observandum: 1. *Colonia Agrippina*, *Cöln*, dicta à Julia Agrippina Germanici filia, cujus jussu huc loci colonia est deducta. Urbs Imperii libera, nobilis ædificiis, inclyta demum Reliquiis trium Magorum, 11000. Virginum, Joannis Duns A. 1308. sepulti tumulô, ac Universitate orthodoxa. 2. *Bonna* in paucis clara munitio A. 1703. à Gallis velociter Fœderatis dedita, ac eversis propugnaculis restituitur Electori, cujus est residentia. 3. *Novesium*, *Neus* urbs mœnibus tuta. 4. *Rheinberga* egregiè munita A. 1703. Regi Prussiæ cessit reddita A. 1714. 5. *Cæsaris Verda*, *Kaysers-vverth*, A. 1702. à Fœderato expugnata, rasâ munitione datur Electori Palatino, mox A. 1714. Coloniensi restituenda. 6. *Antunacum*, seu *Andernacum*, *Dorsta*, *Recklings-hausen* ad Rheni ripam. 7. *Rense* vel *Rens* urbecula, ubi nux, sub qua Romani Imperatores eligebantur ob arces quatuor Electorum huic vicinas. 8. *Mullendonck* libera Imperii Dynastia propè Novesium. Electori quoque subest pars Westphaliæ, ut suô locô.

4. In *Eifalia* ad Treviros, Juliacum & Coloniam, belli nempe calamitatibus obnoxiâ, comitatus feruntur. 1. *Manderscheidensis*, in quo *Manderscheid*, *Blanckenheim*, *Kayl*, & *Gerolstein*. 2. *Reifferscheidanus*, ad quem arx *Salm* Comites cognominans. 3. *Virneburgicus* exiguæ molis, Comitis de *Lövven-*

H *stein*.

ſtein. 4. *Arembergicus* Principis ejuſdem nominis 5. *Dynaſtia Sleidana* Comitis *de Marck*.

5. Ducatus *Juliacenſis* *Jülich* Electoris Palatin alteram Rheni partem inter Belgium & Coloniar occupat, refértque: 1. *Juliacum* Metropolim no modicùm munitam. 2. *Marcodurum*, *Duren* in quorur locorum vicinia Reformati Lutheranis miſcentur. 3 *Aquiſgranum*, *Acken*, ſeu *Aachen*, Gall. *Aix la chapell* urbs imperii præcipua; à tumulo Caroli Magni a thermis celebratur. Ab Annô 1614. dum continuat Catholicorum, & Lutheranorum lite urbs proſcribere tur à Cæſare, eam Catholici habitant. Hìc ad Ca roli V. uſque ætatem Imperatores Romani vi Bulla aureæ ſunt coronati. 4. Juxta Aquiſgranum binas Abbatias: Cornelii, *Münſter*, cujus Abbas & *Burſcheid*, cujus Abbatiſſa, ſunt Imperii Principes.

6. Idem Elector dominatur ducatui *Montenſi*, quem Colonia à Juliaco dirimit, ac tum Catholici, tum Reformati incolunt. In hoc 1. *Düſſeldorpium* urbs Princeps Rheno affuſa, & Electoris reſidentia, mercimoniorum conſilium, arcem non minùs decoram, quàm propugnaculis validam jactat. 2. *Sobinga* Enſium officina.

7. Ducatui *Clivenſi* ad Rheni divortium Reformatis pleno Rex Pruſſiæ imperat ubi 1. *Clivia*, *Cleve* ducatûs caput, nitore munimentorum defectum ſupplet, nomen ſortita, vel à clava, quam geſtabant Menapii in bello, vel quod inter clivos videantur pendere. 2. *Veſalia inferior*, *Nieder-VVeſel* præſidium oppidò excellens præter nobilem citadellam. 3. *Reeſium*, & *Orſojum* vix nominanda. 4. *Ducisburgum* ampla civitas, quam Elector Brandenburgicus An. 1655. Univerſitate inſtruxit. 5. *Emmericum* locus admodùm vaſtus. 6. Principatus *Mœrſenſis*, ſeu *Meurſianus* omnes tres ducatus Duci unico ſubjiciebantur, at hôc defunctô A. 1609. notum Juliacenſis ſucceſſionis bellum erupit.

Q. Quas

Q. Quas Mœnus Regiones exambit? *R.* Franco-
am, Hassiam & wetteraviam. 1. *In Franconia*,
ranckenland, bona cùm Ecclesiastica, tum Sæcula-
a occurrunt. Ecclesiastica: Episcopatus Bamber-
ensis, Herbipolitanus, Aichstadiensis, & aula M.
Iagistri Ord. Teutonici. *Bambergensis* in Franco-
iæ meditullio primas inter Germaniæ Episcopatus
btinet, Archipræsule Moguntino loci hujus Episco-
i munia obeunte. Erat olim Principatus Episcopo
b Henrico II. traditus, qui ibidem in Ecclesia à
e structa partem Dominicæ crucis & clavorum po-
ens, in ea voluit sepeliri. Est hìc: 1. *Bamberga*
ocus amplus ad Rednitii fluv. in Mœnum discessum:
Germaniæ centrum dicitur. 2. *Forchemia* insigne
Præsulis fortalitium. 3. *Cronachium*, & *Lichtenfelsa*
on magni nominis.

Herbipolitanus, *VVürtzburg*, propriô fruitur Epis-
opô: censet 1. *Herbipolim* urbem cultissimam, &
ene munitam, ac Residentiam Antistitis Fran-
oniæ Ducis. 2. *Ochsenfurtum*, ubi cum quæstu
ites Franconiæ coluntur. 3. *Kitzingam* diuturnæ
itis Brandenburgum inter & Præsulem causam.
4. *Königshofiam*, seu *Regis curiam* ad Comitatûs
Hennebergici terminos modicam; egregiè tamen
munitam. 5. *Mainburgum* arcem & præfecturam.
Aichstadium ad fl. *Almonum*, *Altmül*, urbs hujus di-
strictûs prima, peculiarem habet Episcopum. *Mer-
genthemum*, seu *Mergethum*, id est, MARIÆ Do-
mus, aula est magni Magistri Ord. Teutonici, qui
hìc Ordinis hujus ex Prussia pulsi reliquias utcunque
tuetur, ex quo Albertus Brandenburgicus in Prussia
crucem Ordinis uxore permutavit, ordini semper
præfuit aliquis è domo Austriaca. 80000. talerorum
quotannis inter reditus numerat, ac Ballivias 11.
quas hic ordo possidet, singuli Archicommendantes
administrant.

Sæcularium bona sunt: Marchionatus Byruthinus,

Onolsbacensis, Principatus Coburgensis, Comitat
Hennebergicus & alii præter Imperii urbes. In Ma
chionatu *Byruthino*, Bohemia, Norimberga &
cincto, & noxia Lutheri peste infecto advertitu
1. *Byruthum*, *Bayreut*, vel *Bareut* insignî gymnas
clarum, & residentia Marchionis, qui hodie Bra
denburgicus Regi Prussiæ affinis. 2. *Culmbacu*
Marchionis antiquitùs sedes, unde Marchionat
quoque Culmbacensis dicitur: fortalitium huic adj
ctum *Blassenburg* Borussiæ milite tenetur. 3. *Curia*
Hof, ad Bohemiæ confinia urbs ampla, & gymnas
nobilis. 4. *Wonsidelia* urbs nitida. 5. *Neustad*
Christian-Erlangen, seu *Neu-Erlangen*, duntaxat f
runtur urbeculæ. 6. *Erlangen vetus* mercimonjis cla
ret. Ad Cronachium A. 1695. auri fodinæ sunt de
tectæ. *Onolsbacensis* ad Byruthum Lutherani cujusdam
Marchionis Brandenburgici exhibet: 1. *Onolsba*
cum, vel *Onoldinum*, *Anspach*, Metropolim & Mar
chionis residentiam. 2. *Schvvabacum*. 3. *Heil*
brunnam olim cœnobium, nunc celebre gymnasium
4. *VVilt zburg* fortalitium monti injectum.

Principatus *Coburgensis* à Comite Hennebergic
ad Saxonicam quandam familiam nuptjis hinc in
partitione ad Altenburgicam, è qua A. 1672. hæred
nullô superante ad Ducem Ernestum de Gotha tran
siit: *Coburgum* est Metropolis, residentia Ducis Al
berti de Gotha (quô An. 1699. defunctô hodiedum
de successione lis) illustri gymnasiô An. ferè 1618
aucta. 2. *Eisfeldia*, *Hilpershusia* cum *Helaburgo* Du
cis Ernesti Friderici de Gotha. 3. *Rhombilda* urbs
commoda duas inter arces Ducis Henrici, quo abs
que prole A. 1710. è vivis abeunte possessorem ope
ritur, tenente interim præsidium milite Prussiæ li
mitaneo. Religio ex æquo Lutherum colit.

Adsitus Coburgo comitatus *Hennebergicus* Princi-
patûs titulo insignis, dum è proprjis Comitibus nul-
lus esset reliquus, varios è Saxonia Dominos nactus

est.

: Dux Ernestus Ludovicus de Gotha imperat
ainungæ , quæ ejus residentia , *Masfeldiæ* arci &
æfecturæ, ubi vetustæ arcis *Henneberg* rudera , *Wa-*
ngæ urbi & Præfecturæ ; *Saltzungæ* à Salinaribus ce-
brandæ. Dux Seitzensis *Schleussingæ* urbi celebri à
mnasio , *Sulæ* civitati , & *Kundorf* arci cum Præ-
ctura. Dux Vinariensis *Ilmenaviæ* montanis excel-
nti , *Northeimium frigidum* , *Kalten-Northeim* , Ise-
acum spectat. *Sehmalcaldia* urbs à *Sehmalcaldico fæ-*
re & punctis memoranda , est Comitis Hassiæ.
Imperii Comitum bona sunt : 1. Comitatus *Schw-*
artzenbergicus ad Herbipolim , & Dynastia *Sensbe-*
n , quorum Comes Principis dignitate donatus Vien-
æ. 2. *Castelensis*. 3. *VVertheimensis* , & 4. *Löv-*
nsteinius ad Sueviæ confinia unius hujus nominis
miliæ. 5. *Hohenloicus*. 6. *Erpacensis*. 7. *Rei-*
eccensis Comitis de Nostiz. 8. Comites *Dernbach*
quorum ultimus A. 1697. objit) varios ad Herbi-
olim districtus possederant. 9. Dynastias *Speck-*
ld , & *Limburg* Prussiæ R. juris sui fecit. 10. Do-
inium *Reigelsberg* Comitum de *Schönborn*.
Imperii urbes in Franconia numerantur 6. 1. *No-*
imberga , *Nürnberg* , Ptolemæo *Segodunum* ad fluv.
egnitz , urbs sanè opulenta , ab ambitu & turribus
65. dudum celebrata : in decem foris nundinæ penè
uotidianæ : *Castrum Noricum* dicitur arx in colle
minens , cui subjecti agri sterilitatem plebis soler-
ia corrigit. Asservantur hic Imperii insignia , po-
num Imperiale , corona , sceptrum & pallium. Ca-
oli M. item vestis unionibus gravis , ensis , cingu-
um , toga aurea , & chirothecæ longè pretiosissimæ.
Ad hanc visitur urbecula , *Altorfium* cum Universi-
ate. 2. *Francofurtum ad Mœnum* (in jure publico
d criculum Rhenanum superiorem refertur) ob mu-
itionem & commercia , Imperatorum imprimis ele-
ctione (ut factum A. 1711.) visu digna. Catholici
ibere fidei suæ administrant sacra , ubi Reformati

Magiſtellos audituri integrâ ab urbe horâ recede coguntur. Huic adjungitur ponte lapideo urbs *Sac. ſenhauſen* apprimè munita. Prope viſitur diſtrict Electoris Moguntini ubi *Aſchaffenburgum* arx oppic jucunda & frequens ejus reſidentia, item *Selingoſt. dium & Klingenberg* locus vino excellens. 3. *Schn veinfurtum* nobilis ad Mœnum civitas. 4. *Rotenbu gum* juxta Tubarum fluv. vern. *Tauber*, domus No rimbergæ granaria, à turrium & tegularum rubor dicta. 5. *VVeiſſenburgum* ad Aichſtadium. 6. *VVinj heimium* non multum Onolsbaco diſcedens.

2. *Landgraviatus Haſſiæ* à Rheno uſque Viſurgin porrectus ſubjicitur binis familjis: *Caſſeliane* Calvi no, & *Darmſtadianæ* Luthero faventi, quæ rurſu diſcedit in *Rhenofeldenſem* orthodoxam & Lutheranam *Homburgenſem*. Caſſelianæ ſubeſt in Haſſia inferior ad Thuringiam & Brunſvicum &c. 1. *Caſſellæ*, *Caſſe* ad Fuldam flu. in ternas urbes diviſæ, ac Landgravii reſidentia. 2. *Dynaſtia Pleſſe*. 3. *Ziegenheinia* eximiæ munitionis civitas in comitatu fertili, ad quam ſpectant urbes: *Treiſa*, *Neukirchen*, & *Schurartzenborn*. 4. *Homburg* Haſſiæ urbs nitida in clivo excelſo, cujus apici arx peryetus inſidet. 5. *Creuzberg* cum Arce *Philippſ-Thal*. 6. *Spangenberg* urbs fortalitiô monti incumbente defenſa.

In Haſſia ſuperiori: 1. *Marpurgum*, ubi arx ſingularis ſtructuræ, Academia, & ordinis Teutonici domus. 2. *Franckenberg*, & 3. *Kirchhayn* urbes. 4. *VVetter*. 5. *Rauſchenberg* urbs à Cerere cocta celebris. 6. Principatus Hirſchfeldt, qui ante pacem weſtphalicam Abbatia: de aljis in weſtphalia & Hennebergico.

Familiæ Darmſtadianæ eſt in Haſſia ſuperiori. 1. *Giſſa*, *Gieſſen* urbs non parùm munita, ubi Univerſitas An. 1607. poſita Theologos habet reformatos. 2. *Comitatus Nidda*. 3. Dominium *Itter*. 4. *Butsbach* civitas eximia. 5. *Comitatus ſuperior Ca-*

timeli-

melibocensis, *Catzenelenbogen* ubi *Darmstadium* Metropolis & Landgravii residentia. Hunc inter & Heidelbergam porrigitur districtus angustus ab Electore Palatino ære oblatô redditus Moguntino; ubi *VVeinheim*, *Ben.heim*, & *H.ppenheim* loca exilia.

Rhenofeldensibus paret *comitatus Catimelibocensis inferior*, in quo 1. *Rhenofelda* arx propugnaculis tuta trans Rhenum, ad quem nobilis transitus. 2. *Fanum S Goaris*, *S Gever* urbs cum Rhenofelda Ultrajecti tradita Hassiæ comiti æquivalens substituturo. 3. *Catz* cis Rhenum præsidium. 4. *Catimelibocum* urbs regionem cognominans. 5. Oppidum *Langen-Svvalbach*, ubi celebres acidulæ & thermæ vulgò *Schlangen-Baad*.

In Hassia inferiori cùm urbes, tum præfecturæ & dominia ùt: *Rottenburg*, *VVanfried*, *Eschvvega* & *Sontra*. Homburgensi datum est *Homburg an der Höhe* in Hassia superiori, in cujus arce Landgravii residentia. Præterea in Hassia inferiori *Fritzlaria* urbs præstans; & *Amœneburg*, *Olmeburg*, seu *Amelburg* sunt Electoris Moguntini. *Trefurtium* Electoribus: Moguntino, ac Saxonico, ac partim Cassellianis paret. Abbatia *Fuldensis* inter Hassiam & Franconiam, Abbatem habet Imperii Principem, cujus residentia Fulda urbs cum amœno districtu. Regio tota *Buchovia* seu *Fagonia* appellatur.

3. *VVetteraviæ* seu districtui inter Hassiam & westphaliam imperant. 1. Familia Nassoviensium partim Principum, partim Comitum, quorum regio tum orthodoxa, tum reformata: horum in wetteravia sunt: *Siegen*, *Dillenburg*, *Schaumburg*, *Dietz*, *Hadamar*, *VVeilburg*, *Idstein*, *Usingen*, in Austrasia: *Ottvveiler*, *Saarbrûck*. In comitatu Nassoviæ: *Herborna* urbs cum Gymnasio celebri. 2. Comites Hannoviæ, in quorum comitatu cognomine *Hannovia* ampla, & propugnaculis urbs benè instructa. 3. Comites de *Solms*, juxtà bona Nassoviensium. 4. Co-

mites *de Leiningen* comitatui *VVesterburg*. 5. Comites *de Sayn & VVitgenstein* comitatibus *Sayn*, seu *Sehn & VVitgenstein*. 7. *De Hatzfeld* comitatui antè nominatis vicino. 8. Comites *de VVied* comitatui *VVied* & Dynastjis *Isenburg*, & *Ronckel*. 9. Comites *de Cronberg* familiæ suæ domui *Cronberg*. 10. Principes *de VValdeck* comitatui cognomini; in quo *VValdecca*, *Corbachium*, *VVildunga*, & *Mengeringhausen*. Restant in wetteravia Imperii urbes. 1. *VVetzlaria*, quò Spirâ ad decidendas Principum lites *Camera* est translata. 2. *Friedberg*. 3. *Gelnhausen* prope Hannoviam.

Q. Quid Visurgi flu. in Germania vicinum? *R.* Ad occasum westphalia; Brunsvicum, & Lüneburgum ad ortum; Septentrionem versùs: Frisia orientalis, Oldenburgum cum Delmenhorsto, Brema, & Verda. 1. *VVestphalia* amplissima terræ regio vini, frumentíque inops à voce *Valen*, (quæ Saxonibus pullum equinum sonat,) nomen traxit; his quippe affluit. Cæterà complectitur Ducatum westphaliæ, Episcopatum Monasteriensem, Osnabrugensem, Paderbornensem, Abbatiam Corbejensem, Principatum Mindanum, aliósque comitatus. *Ducatus* est Electoris Coloniensis & habet *Arensbergam*, *VVerle*, & *Sauerland*. Episcopatus Monasteriensis perquàm opulentus ad Hollandiæ terminos, & *Amasum* flu. *Ems* proprium Præsulem hodíæ è familia Metternicht alit. Eminent in eo. 1. *Monasterium Münster* Metropolis locuples, & munita: urgente Antistite An. 1661. liberæ imperii urbis insignibus exuitur, postquam ob pacem A. 1648. confectam orbi innotuisset An. 1533. Joannes Leydanus è Sartore lymphaticus Anabapistarum Rex, hìc stationem fixit. 1. *Cosfeldia* ante Monasterii Possessionem Residentia Antistitis. 3. *Meppena* præsidium haud mediocre ad Amasum flu. 4. *Vechta* fortalitium paludibus immersum. 5. *Strombergum* arx & Landgraviatus.

6. Dy-

6. Dynaſtia *Borkelo*, quæ Epiſcopum & Hollandos ad lites excivit.

Oſnabrugenſis propè monaſterium vi pacis weſtphalicæ Præſulem habet alternatim jam orthodoxum, jam Lutheranum è familia Brunſuicenſi, & Luneburgenſi. Hodie Epiſcopus Oſnabrugenſis eſt Clemens Auguſtus Elector Colonienſis è Sereniſſimis Bavariæ Ducibus. Iburgum aliàs erat Reſidentia Epiſcopi Oſnabrugenſis. Idem etiam Elector eſt Epiſcopus Paderbornenſis, qui Epiſcopatus habet Paderbornam Civitatem peculiari cum induſtria ſtructam. *Neuhuſium*, *Nienhauſs* arcem Antiſtitis ſedem: ad locum *Stadtberg* olim *Ehresburg* celebre Saxonum Idolum *Irmenſul* Carolus Magnus evertit. *In Abbatia Corbejenſi*, cujus Abbas Imperii Princeps, viſitur *Corbeja*, *Corvey* ubi cœnobium, & *Huxaria*, *Hexter* ad Viſurgim tranſitus excellens & urbs gaudens quondam Imperii libertate.

Principatus *Mindanus*, ſeu *Mindenſis* in pace weſtphalica Eccleſiaſticis ereptus Brandenburgo traditur. In hoc: 1. *Minda* urbs bene munita abundat commercjis, tritici præcipuè ob tranſitum ad Viſurgim ponte lapideo ſtratum. Hodiedum id loci eſt Canonicum capitulum ex Catholicis & Lutheranis. 2. *Petershagen* Epiſcopi olim reſidentia. 3. *VVeider-ſtein* arx. 4. *Quernheim* pro Lutheranis domicellis fundatio.

Comitatus in weſtphalia ſunt: 1. Comitatus *Marchiæ*, *Marck* juxta Ducatum Montenſem Brandenburgo ſubjectus, ubi *Hammona*. *Ham* urbs optima. *VVerda*, cujus Abbas Imperii ſtatus. *Suſatum*, *Sæſt* urbs ampla. *Tremonia Dortmund* libera imperii urbs cum Archigymnaſio. *Eſſendia* ubi Abbatiſſa imperii ſtatus. 2. Comitatus *Ravenſpergicus* Mindæ conterminus, hodie Regis Pruſſiæ, continétque arcem *Ravenſpergam*, *Bilefeldam* incolis refertam, *Sparenbergam* fortalitium in rupe eminens; *Herfordiam* urbem;

ubi

ubi Abbatiſſa Religionis reformatæ eſt Imperii ſtatus, *Angriam*, *Engern*, ad quam olim witekindi Ducatus. Lutherani in hoc comitatu Catholicis plures. 3 *Schauenburgicus* obeunte ultimo Comite A. 1640. à pace weſtphalica partim Caſſeliano, partim Lippienſibus paret. Illorum eſt *Schauenburg* arx & præfectura, *Rinteln* cum Univerſitate A. 1621 poſita, *Sachſenbergen* urbs, arx & Præfectura, *Rotenberg* cum arce & præfectura, urbs *Oldendorp*, & binæ pro Lutheranis domicellis fundationes: *Obernkirchen*, & *Visbeck*. Lippienſibus ſubditur *Buckenburg* urbecula cum nobili arce, & *Stadthangen* arx pariter, aliæque præfecturæ. 4. *Spiegelbergenſis* aliter *Coppenbrugge* ad Hildesheimum, datus in Feudum ab Hannoverana familia, Comiti Naſſovienſi Dietz. 5. *In Lippienſi* Paderbornæ contiguo, partímque familiæ Detmoldicæ, partim Buckenburgicæ ſubjecto habetur: *Lippe*, ſeu *Lipſtadt*. *Lippia* cui cum Comite Lippienſi velut Con-Dominus imperat R. Pruſſiæ, juráque tam civilia, quam Eccleſiæ adminiſtrat. *Detmolſtadia* urbs & Præfectura ubi arx Comitis Reſidentia. *Lemgovia* urbs ad Begam fl. *Schvvallenberg* & *Brocke* oppidum cum arce & præfectura. *Sternberg* & *Plumberg* præfecturæ cum arcibus. *Alverdiſſen* oppidum reſidentia familiæ Buckenburgicæ, cui præterea paret vicus & præfectura *Lipperode*, abſque præjudicio antiquiſſimæ Lineæ Detmoldicæ. 6. *Pyrmontanus* non longè diſtans à Corbeja & ab acidulis notus, Comitis de waldeck. 7. *Rietbergicus*. è cujus familia Comes una ſuperat Comiti de Kaunitz deſponſata. 8. *Hoyenſis* ubi *Hoya*, *Novoburgum Nienburg* excellens præſidium, *Libenavia* & *Stoltzenau* ad Hannoveranos ſpectat. *Ucht-*& *Freudenberg* ad Caſſelianos. 9. *Diepholtanus* pariter Hannoveranorum: ejus Metropolis *Diepholta*. 10. *Bentheimius* & *Tecklenburgicus cum Stenfortenſi* prope Monaſterium tribus hujus nominis familijs paret. *Tecklenburgum*,

dum

dum Familia de Solms multum litis cieret, Regi Prussiæ vænjit A. 1706. 11. Comitatus *Lingensis* post obitum Principis Arausicani Regem Prussiæ agnoscit Dominum. Alii diversis in locis quadam terræ portione fruuntur, ùt: Comites de Reckheim, Aspermont, Vehlen, Gronsfeld, & Styrum.

2. *Brunsuicum & Lüneburgum* communiter Saxonia inferior, Visurgi & Albi flu. sunt apposita, totáque regio describitur in Lüneburgicam Hannoveranam, & Brunsuicensem. *Lüneburgico* ducatui tribuitur: 1. *Lüneburgum* urbs Princeps, ac Tetragona vallis secura, & in quibus civis negotiatione potissimùm salis occupatur. Urbi fortalitium *Kalchberg* imminet. A. 1655. illustre Collegium, & Academia equitum ibidem posita. *Aurea Mensa;* A. 1698. in Monasterio S. Michaelis à Nicolao *Sisten* thesaurîs spoliatur. 2. *Cella*, *Tell* ad fl. *Alleram* Ducis olim domicilium, totam regionem Cellensis Principatûs nomine insignit. 3. *Harburgum* à fortalitio celebre, & portu, in quem Hollandiæ naves persæpe feruntur: ob vicinum insigne fortalitium *clavis* ad terras Brunsuicenses nuncupatur. 4. *Ultzena*, quam situs amœnitas celebrat. 5. *Gifhornia* cum præsidio excellenti, ad quam sylva *Drömeling* dicta. 6. *Burgdorff* urbecula cum arce Principis. 7. *Danneberga* in Comitatu cognomine Metropolis, præter quam: *Hitzgera* urbs, *Schnackenburg* cum Telonio, *Luchovia* urbs & arx. 8. *Bardovicum* urbs potens sané, quoad ab Henrico Leone Annô 1189. eversa in vicum degeneravit solô Canonicorum collegiô celebrem. 9. *Ebsdorf* fœminarum Lutheranarum Cœnobium. 10. *VVeyhausen & Görde* binæ arces venationibus destinatæ. 11. *Soltavia* ubi A. 1519. pugna cruenta. 12. *Stubbekeshorn*, seu *Stipshorn* Familiæ Billingicæ domus.

In Hannoverano ducatu occurit. 1. *Hannovera* residentia Electoris Hannoverani, hodie Angliæ Regis,

gis, divitjis, amplitudine, & civium frequentiâ pollens, cujus valida propugnacula in bello Suecico Cæsareus miles nequidquam subigere contendit: 2. *Hamelia* urbs ad stuporem munita, è qua sub Verbi Divini expositione à viro vulgò, *Ratzenfänger*, abducti in montem feruntur 130. infantes A. 1284. 3. *Calenberg* arx vix sibi constans, à qua ditio Hannoverana *Principatus Calenbergicus* dicitur. 4. *Hernhausen* arx Electori in delitjis. 5. *Neostadium* cum arce Principis. 6. *Wunstorff*, urbecula, olim comitatus. 7. *Lockum* Abbatia Lutheranorum. 8. Principatus *Grubenhagen*, ubi in plano urbes: *Einbeck*, *Osteroda*, *Elbingeroda*. Montanæ: *Clausthal*, *S. Andreasberg*, *Altenau*. Arces: *Grubenhagen*, *Herzberg*, *Saltz*. 9. Principatus *Ober-wald*, quò spectant urbes *Northeimium*, *Gottingia* cum gymnasio & *Munda*: ad has antiquitùs varii comitatus: *Wœlpe*, *Lutterberg*, *& Eberstein*. 10. *Hallermund* priorî ævô celebris comitatus, A. 1708. in comitis sui de, *Platen* gratiani pristino titulo est insignitus. Ad Elbingerodam mons *Bructerus Brocksberg* seu *Bloxberg*, sagarum conventibus celebratur.

In Brusvicensi memoratur. 1. *Brunsvicum* seu *Brunsviga*, *Braunschvveig*, ad Ockeram fl. A. 1671. Imperii libertate exuta, in plano sedens, ambientibus eam fossâ duplicî aqua stagnante, & vallo crassissimo arboribus consito, quod arx illustris *Danckwerderode* nobilitat: *Bruno Ludolphi* Ducis Saxoniæ fil. insigne urbi nomen reliquit. 2. *Guelpherbytum*, *Wolffenbüttel*, residentia & fortalitium paucis secundum, ubi Bibliotheca præter 2000. Manuscripta, 116. mille voluminibus claret. Ducis hujus villa voluptuaria visu digna: arx vicina *Asseburg* à prædonibus nota, vix rudera exhibet. 3. *Helmstadium*, in qua Universitas Nobilis (*Julia* dicta à Fundatore) neminem admittit Rectorem Magnificum, nî Comes sit Palatinus. 4. *Goslaria* imperii urbs olim auri,

nunc

nunc plumbi & metalli dives. 5. *Lutera* urbecula, quæ ob pugnam A. 1626. innotuit. 6. *Lutera regia*, *Königs-Lutter*, à cerere cocta, vulgò *Tuchstein* clara: 7. *Schœningen* urbs sat ampla cum arce & illustri gymnasio. 8. *Schœppenstadt*, cui adsitum oppidum *Kneutlingen*. 9. *Blanckenburg* Comitatus ad Thuringiam, ab A. 1709. Imperii Principatus audit. Specus celebris *Baumans-Hölle*, hìc sita. 10. *Gandersheim* seu *Gandersum*, urbs ubi Abbatissa Lutherana. 11. Arx *Bevera*. 12. *Wolckenried* in Thuringia oppulentum cœnobium olim gymnasiô celebre. 13. *Ilfelda* è cœnobio in scholam mutata, Hannoveram spectans. 14. *Wernigeroda* Comitatus Comitis de *Stolberg*, Branderburgicum feudum. Gosloriam alpes dictæ *Silva Hercynia*, *Hartzwald* ambiunt, in quibus urbes: *Cellerfeld*, *Wildeman*, *Grunde*, *Lautenthal*. 15. *Stederburg* Lutheranarum fœminarum cœnobium. 16. *Supplingenburg*, locus à Comitibus olim celebris. 17. *Riddogshausen* Lutheranum cœnobium. 18. *Homburg*, arx vetusta, ubi aucupium Henrici Aucupis. 19. *Hartzburg* dudum dirutum, ubi Idolo *Crodo* divini honores habiti. Ad hanc viciniam primùm in montibus fodinæ detectæ. Adjungendus his regionibus.

Episcopatus *Hildesianus* Hannoverâ & Brunsvicô cinctus, cujus Præsul Elector Coloniensis. Rastadii A. 1714. pristinis restitutus. In hoc: 1. *Hildesia Hildesheim*, Metropolis ampla & benè habitata: Episcopi imperium hodiedum non veneratur, Lüneburgô & Brunsvicô facile in suppetias accursurô, unde A. 1711. ob religionis lites militem Hannoveranum recepit, dein restituta. 2. *Himmel-Thür*, arx animi recreandi ergò structa. 3. *Peina* urbs exilis paludibus immersa. 4. *Winzenburg* & *Dassel* magni quondam nominis comitatus. 5. *Lambspring* cœnobium Catholicorum Anglorum. 7. *Ringelheim* monasterium, unde olim Comites nuncupati.

3 *Frisia Orientalis*, *Ost-Friesland*, ad Amasium

fl. ab

n. ab A. 1654. principatûs gaudet insignibus, aliàs *Comitatus Embdanus* dicta. In hac: 1. *Embda* Metropolis portu, ac divitjis superba; nè Principi subjaceret, Hollandum admisit militem. 2. *Auricum* urbs cum arce, Principis domicilium. 3. *Nordena* amplus, sed patens locus. 4. *Grethsiel*, Principum suorum origo, ac arx portu instructa. A. 1717. non exiguam huic regioni cladem intulêre aquæ exundantes.

4. *Comitatus Oldenburgicus & Delmenhorstanus*; qui ortâ post Comitem postremum Antonium Günther An. 1667. inter Danum & Holsatiæ Ducem lite, priori cesserunt. Eminet: 1. *Oldenburgum* urbs prima, mediocriter munita; Comitum olim domicilium. 2. *Christian-Stadt* A. 1681. in fortalitium surrexit, mox evertendum: 3. *Delmenhorstium* arx egregii roboris cum urbe; quam aliquot annis ùt pignus Elector Hannoveranus possedit. 4. *Budiadingerland*, regio, in qua *Opelgünne* situm, & equi speciosi affluunt. 5. *Elfsfleta* portus & oppidum ad Visurgim. 6. *Dynastia Jevera* cum urbe vi ultimi conventûs Principi Servestæ tradita, *Kniphusia* verò dominium & arx moderno Comiti Oldenburgico.

5. *Ducatus Bremensis* nobilis ad pacem usque westphalicam Archiepiscopatus, in qua Sveco traditus, dein A. 1712. à Danis diripitur; & ab A. 1715. Electori Hannoverano subjacet, donec pax in Nordicis coalescat. *Brema* libera Sveco renitente Imperii urbs ob opulentiam, gymnasium, commercia est memoranda; portu licèt milliari ab urbe remoto: Magistratus ex Reformatis conflatus fertur, qui Lutheranorum numerum superant. 2. *Stada* propugnaculis abunde instructa, ubi jacta fundamenta regiminis Suecici. A. 1712. obsidione ad incitas redacta Hannoverano traditur. 3. *Bremerverda* olim Archipræsulis residentia. 4. *Boxtheuda* amœno situ pollens, ad quam regio vetus *Olde-Land*. 5. *Wildenhusia* trans Visurgim

gini in Oldenburgico. 6. *Ottersberg* fortalitium paludibus innatans, nobilísque transitus. 7. *Hadeler-Land*, in qua ab obitu Ducis Lauenburgici Cæsareus Sequester, 8. *Land Wu ften*, vicinia ad Visurgim & *Kedinger Land* ad Albim. 9. *Ritzebüttel* arx & Præfectura Hamburgensium, qui portu oppido *Cuxhaven* affuso potiuntur. A. 1717. non pauca ab aquis detrimenta huic regioni illata.

6. *Principatus Verdensis* Bremam ambiens, ante pacem westphalicam Episcopatus, Sveco paret: possidet hodie Elector Hannoveranus. *Verda* est Metropolis; præter hanc *Rotenburg* & alia minoris momenti.

Q. Quid ad Albim porrigitur? *R.* Ad Superiorem ejus partem Ducatus Slesvicensis, Holsatia, Megapolitanus, Saxo-Lauenburgicus, Magdeburgicus, & Halberstadiensis. *Slesvicensis à Slia* seu amne, seu Baltici maris sinu dictus, Daniam prope terminat cum Holsatia: utraque Lutherum colens partim Daniæ Regis, qui ex domo Holsatiæ, partim Holsatiæ Ducis, seu Regiminis *Glückstadt & Gottorp* jura excipit, licet hodie utramque Danus occupârit.

Dani in Ducatu Slesvicensi est: 1. *Flensburgum* in extremo Fleni sinu urbs ubi platea quædam 1340. passuum, arx, portúsque profundissimus. 2. *Slucksburg* seu *Lucksburg*, locus cum arce cuidam è regia familia Duci in Appanagium datus. 3. *Haderslebia*, Ptolemæo *Hirudum* Xenodochio, scholis & portu celebris. 4. *Christiani munitio*, *Christian-Preiss* arx à Christiano IV. R. Dan. structa. 5. *Alsa* vel *Alsena* Insula, in qua binæ arces *Sunderburgum & Nordeburgum*. 6. *Arroa* in Orientali, *Roma & Amroma* in Septentrionali oceano insulæ. 7. Insula *Fora* ad Boream partim Regi, partim duci Gottorpiæ paret. Ducis est. 1. *Slesvicum* amplum ac celebre Emporium. 2. *Gottorpia* Ducis, quem cognominant residentia. 3. *Appenrode* cum portu eximio. 4. *Tundera*

dera urbs ejusdem cum Lubeca juris. 5. *Husumum* ab ostreis clarum. 6. *Tonninga* ad Eyderam fl. fortalitium, dum se pactis conditionibus A. 1614. Dano dedidit, solo æquatur. 7. *Fridericopolis* urbs à Friderico Duce antè An. ferè 100. structa præter diversarum religionum fautores præcipuè Armenianos & Mennonistas alit. 8. *Ecklenfordia* cum portu. 9. *Strandia Septentrionalis*, *Sylta* & *Insula sancta*, *Heilige Land*, Insulæ ad Septentrionem; ad ortum *Fimera* piscatu & tritico famosa.

2. *Holsatiæ*, *Holstein*, à Frederico III. in ducatum promotæ, & Christiano I. Daniæ R. in feudum datæ, sunt partes quatuor, *Holsatia propriè*, *VVagria*, *Stormaria*, & *Ditmarsia*. In Holsatia propriè, Regi obtemperat: 1. *Rensburgum* insignis munitio. 2. *Izechoa* ad *Storam* fluv. *Stœr*. Duci 1. *Kilonium*, seu *Chilonium* urbs cum portu nautis opportuno, & universitate A. 1665. à Duce Gottorpiæ erecta. Jus ibidem cuilibet, nî tempore condicto debitum debitor solverit, carceri eum mancipandi. 2. *Bordisholm* olim cœnobium.

In wagria Regi: 1. *Plona*, *Plœn*, quæ cum *Arensbœck*, & *Reinfeld* peculiarem constituit principatum. 2. *Segeberga* urbecula. 3. *Oldesloa* sat ampla. 4. *Heilingenhafen* urbs. 5. Arx *Traventhal*, ubi An. 1700. pax confecta. Duci: 1. *Oldenburgum*, seu *Aldenburgum* olim wagrorum gentis Vandalicæ Sedes, portúsque tutissimus ac Episcopatus, qui dein Lubecam translatus, bellis Sclavorum attritum vix hodie nomen meretur. 2. *Ranzovia* domus hujus familiæ. 3. *Eutinum* residentia Episcopi Lubecensis.

In Stormaria Regi obedit: 1. *Glückstadium*, seu *Tychopolis*, aut *Fanum fortunæ* à R. Christiano IV. ante annos 100. positum, munitúmque, pòst A. 1703. Epidemica lue infectum. 2. *Altenavia* propè Hamburgum magnæ futura opulentiæ, nî A. 1713. à Sueco in cineres esset redacta. 3. *Krempa* fortalitium nunc vi dis-

i difruptum. 4. *Pinneberga* locus non ignotus. Du-
i: *Trittovia*, *Rheinbeca*, & *Barmſteda*. Comitatum
'inneberg, dum poſſeſſores domûs Schaumburgicæ
ivere deſinerent. Rex & Dux partiti ſunt. Regi
anſit: *Relling*, *Quieborn*, *Ottenſen*, *Altona*, *Hertz-*
orn, *Uterſen*, *Horſt*. Duci: *Barmſteda*, & *Eln-*
born, in quorum vicem comes Ranzoviæ præter Ran-
oviam alia loca Duci obtulit A. 1649. hinc Barm-
ſteda comitatûs Imperii titulo aucta.
In Ditmarſia Regi: *Meldorff* muris carens, &
Brunsbüttel locus aquis obrutus. Duci: oppidum *Hey-*
de, & *Lunde*. Occurrunt præterea in, aut mox ad
Holſatiam liberæ Imperii urbes. 1. *Hamburgum*
urbs, quam cùm vix ſurgentem vaſtarent Vinithi,
Carolus M. reparavit. Hodie culta, & munita, Han-
ſeaticíſque fœderis. Præcipuas divitias ſuas debet
commercjis, quibus Albis fluv. perquàm idoneus.
Contra Daniæ Regem in hodiernam diem liberta-
tem tuita, Gymnaſium illuſtre, menſam argenta-
riam, & portum inſignem exhibet: A. 1713. Epi-
demiam in ſe aliquantum ſævire experta. 2. *Lu-*
beca mari quondam potentiſſima, etiamnum Sueci-
cis, Muſcoviticíſque commercjis celebrata Epiſco-
patum Proteſtantium habet, quem Dux quidam Hol-
ſatiæ reſidens Eutini adminiſtrat. Apicibus aureis
eminent turres præaltæ plumbo & ære tectæ, in qua-
rum unâ aqua molæ ductu transfuſa miro artificio in
privatas civiûm ædes per Siphones derivatur. Ca-
put quondam Hanſeatici fœderis (dicti vel ab *Han-*
ſa voce Gothica *conventum*, vel Theutonicâ *liber-*
tatem ſignificante) quod urbes præcipuæ 66. ad pri-
vilegia à varjis ſibi Principibus indulta conſervanda
pepigerunt, diviſerúntque in quatuor claſſes, quarum
cuilibet aliæ rurſus urbes ſubeſſent, nempe in *Lube-*
cenſem, *Colonienſem*, *Brunſvicenſem*, & *Dantiſcanam*.
At fœdus Carolo V. imperante concidit, ſolúmque
Hanſeaticarum urbium nomen retinet Lubeca, Ham-

burgum & Brema: Urbs *Bergdorff*, & quatuor hujus districtus ab ultimis duabus gubernantur Telonium verò ad Albim nuncupatur *Tollenspicker*.

4. *Ducatus Megalopolitanus*, *Mecklenburg* Marchiæ Brandenburgicæ, Pommeraniæ, & Lauenburgico conterminus Lutherum veneratur: Tres olim agnovit Dominos Suecum scilicet & Ducis Megalopolitani duas familias *Sverinensem*, & *Gustroviensem*. Sueciæ Regis præter peninsulam *Pohl*, Præfecturam *Neu-Closter*, & præsidium *Warnemunde* erat *Wismaria* commercjis tractandis accomodata, & munitione excellens, in cujus Ecclesia Dominæ nostræ lapis baptismalis cum cratibus miri artificii, quarum diabolus faber fuisse dicitur. Urbes hæc in bello tricenni à Sueco occupata; eidémque Monasterii in pace permissa. At A. 1716. Danis, eorumque Fœderatis dedita, solô æquatur An. 1717. Ultimô Güstroviensis familiæ defunctô A. 1695. reliqua regio post 5. annorum de successione litem ad Ducem Suerinensem Fridericum Wilhelmum (cui frater Carolus Leopoldus successit) & Adolphum Fridericum devenit A. 1701. inducto simul primogenituræ jure. Primo traditus est 1. *Ducatus Megalopolitanus*, cujus Metropolis olim egregia *Megalopolis*, hodie oppidum duntaxat patens. Item *Buchou*, *Grevismœlen*, & *Gadebusch*, locus qui A. 1712. ob conflictum Danos inter & Suecos innotuit. De Vismaria supra dictum. 2. *Principatus Vandaliæ*, seu *Wendæ*, in quo urbs princeps, & Principis residentia *Gustrovium*; *Parchimum* urbs nobilis à regionis tribunali, *Domitium* præsidium excellens & telonium ad Albim, *Grabovia* urbs, olim residentia, *Sternberga* splendida civitas, *Varenia* à flammis non modicum labis passa cum *Plavia*, *Malchovia*, *Stavenhaga*, ubi arx vetusta, *Ivenacum* arx pervetus, item urbes minores: *Penzlin*, *Neuenkalden*, *Röben*, *Wedehagen*, *Tetterovv*, *Goldberg*, *Kraockvv*, *Lubitz*, *Neüstadt*, *Eldena*, *Gorlo-*

sen.

en. 3. Principatus *Suerinensis* ad pacem usque Monasteriensem Episcopatus, cujus Præsulis residentia erat *Buzaricum*. 4. *Comitatus Suerinensis* ad Albim ubi *Suerinum* urbs prima & residentia locum adsitum cognominans, *Wittenburgum*; *Boizenburgum* urbs cum arce antiqua; *Crivitz*, & *Hagenovv*. 5. Dominium *Rostochiense*, *Rostock*; in quo *Rostochium* juxta Oceanum orientalem urbs ampla; & mercimonjis dives, multísque privilegjis instructa cum Universitate. Incolas jam Suecos, jam Danos, aut Russos habuit, nunc munimentis à Duce donatur. *Ribnitium* halecum capturâ celebre. *Saltz* à Salis negotiatione memorabilis. *Warnemunde* præsidium.

Duci Adolpho Friderico Strelitiensi tradita sunt. 1. Episcopatus quondam, hodie Principatus *Raceburgicus*, *Ratzburg* Lauenburgo conterminus, in quo *Schœnberg* Præfectura; Civitas *Raceburgum*; solum capitulum si excipias; est Lauenburgici juris. 2. *Dominium Stargardiense* ubi. 1. *Stargardia* vetus urbecula, ad quam arx illustris An. 1713. in busta abjit. 2. *Brandenburgum novum* amplum & pluribus incendiorum vestigjis signatum. 3. *Strelitium* hactenus Ducis domicilium; A. 1713. in cineres redactum. 4. *Nemorovia* olim Equitum Joannitarum cum *Mirovia* urbe & Præfectura. 5. *Feldberg*. 6. *Friedeland* locus, quem A. 1703. ignis absorpsit.

4. Ducatus Lauenburgicus arcto limite definitus, orthodoxô A. 1689. mortuô Duce propriô domui Lüneburgicæ, adeoque Hannoverano adscriptus est. Hic notandum 1. *Lauenburgum* à telonio clarum. 3. *Raceburgum* urbs aquis quaquaversum cincta, ac arce nobilis. A. 1693. Dani munimenta dirui jussêre; at hæc A. 1760. rursus extrui cœpta. Episcopatus cum dependentjis Megalopolim spectat. 3. *Mællen*. 4. *Frantzhagen* cum Principis domiciliô.

5. *Ducatum Magdeburgicum* Marchiâ Brandenburgicâ, Brunsvicô & Halberstadiô inclusum Albis fl.

medium permeat: Nobilis hic olim Archiepiſcopatus Sæc. 16. Lutherum profeſſus eſt Adminiſtratore Marchione Brandenburgico, quô à Cæſare proſcriptô, dum Capitulum non è domo Auſtriaca, ſed Electoris Saxonis Filium Auguſtum in Archipræſulem eligeret, Magdeburgum velociter ſui ruinam A. 1631. aſpexit, donec in hæc puncta in pace weſtphalica itum: ſervaret Auguſtus Archiepiſcopatum, at hoc defunctō ſub Ducatus titulō Brandenburgico cederet; unde ab A. 1680. Regi Pruſſiæ paret, intacto Collegii Canonicorum Magdeburgenſium jure. Eminet in eo: 1. *Magdeburgum*, ſeu *Parthenopolis* dicta à Venere cum 3. gratjis in curru ſtante, è quo eam Carolus M. exturbârat. Jus hìc civile Rom. abbreviatum, linguâ Saxonicâ conſcriptum, confirmatúmque à Carolo M. aſſervâtur. Urbem A. 1631. Tillius Cæſarei militis Dux, & Pappenheim incendit & diruit; at Elector reſtaurat: Hinc regimen Halâ 1714. huc translatum. 2. Ad urbem *Bergen* Cœnobium, ubi formula concordiæ à Lutheranis Theologis (qualis eſt Abbas) reviſa. 3. *Burgum* locus illuſtris olim Ducis de weiſſenfels. 4. *Staſſurdia*, & *Saltza* ob Salis negotiationem memorabiles. 5. *Wolmerſtadt*. 6. *Calbe* urbs eximia. 7. *Loburg*. 8. *Hala Saxonum* vaſta, & munita, ubi plurimi Lutheri aſſeclæ, & Univerſitas A. 1694. à Friderico Duce Fundatore nomen ſortita: cæterum ob Salinas celebrata. 9. *Wettinum* nobilis olim comitatus. 10. *Giebigenſtein* Præfectura cum arce diruta. 11. *Lebeguin & Petersburg*.

6. Succedit Principatus *Halberſtadienſis* inclytus quondam Epiſcopatus, Brandenburgo in pace weſtphalica datus. Continet: 1. *Halberſtadium* locum peramplum, ubi Principatûs Regimen, & tres inter Religiones præcipua Lutheranorum. Eminet Eccleſia Canonicorum in colle, & ſepulchrum Joan. Semecæ Teutonici, qui Magorum Princeps fulmine ictus perjit. 2. In Principatu *Anhaltino Aſcherslebiam*,

iam, seu *Ascaniam* Anhaltinorum originem; *Asca-*
ii quippe priùs dicebantur. 3. Comitatum *Reinstei-*
nensem, olim comitum de Tettenbach, à cujus sup-
plicio, ùt feudum Halberstadio est adjunctus cum
arce denuò munita, 4. *Ostervvick*. 5. *Grumingen*
locum ob arcem, templum, ingens vini vas refe-
rendum. 6. *Ströpcke* oppidum, in quo latrunculorum
usum rustici dextrè edocentur.

Q. Quid ad alteram Albis partem occurrit? *R.*
Saxonia superior, Misnia, Thuringia, Lusatia, Bo-
hemia, Moravia. *Saxonia superior* complectitur
Anhaltium, Querfurtum, Barbium, Ducatum Saxo-
niæ & Quedlinburgum. *Principatus Anhaltinus* 4.
hujus nominis familjis obtemperat. *Dessaviensi*: 1.
Dessavia urbs arce illustris, & reliquarum caput. 2.
Worlitia & Sandersleben arces, ac præfecturæ. 3.
Radegast. 4. *Oranien-Baum*, arx oppidò amœna.
Bernburgensi: 1. *Bernburgum* urbs nitida cum arce.
2. *Hartzgeroda*. 3. *Ballenstadium* comitatus. 4.
Anhaltium vetus unde familiæ nomen. 5. *Gern-*
rode. 6. *Zeitz* residentia cujusdam Principis Bern-
burgensis. *Cothensi*: 1. *Cothenium* ad Muldam flu.
locus non ignobilis. 2. *Nienburg* arx & præfectura,
olim Abbatia. *Servestanæ*: 1. *Servesta*, *Zerbst* urbs
præter arcem Gymnasio celebris. 2. *Cosvvitz* urbi
modica, arx, & Præfectura. 3. *Mülingen* Præfe-
ctura in Magdeburgico. 4. *Dornburg* Residentia Prin-
cipis, cui velut Appanagium datus. Præter Serve-
stanum Principem, qui Lutheranus, Reformatæ om-
nes fidei sunt.

Principatus Querfurtensis in pace westphalica weis-
senfelsensi regimini est subjectus, in quo *Querfurtum*
ad Halam, *Thama & Jüterbocum*.

Comitatus Barbiensis, *Barby* medius inter Anhal-
tium & Magdeburgum amisso ultimo Comite A.
1659. Administratori Brandenburgo, dein filio Hen-
rico obvenit, cujus residentia *Barbium*, Metropolis.

Ducatum Saxoniæ, *Chur-Creyß*, ad Misniam & Lusatiam, cujus Dominus Elector Saxoniæ, illustrant: 1. *Witteberga*, seu *Leucorea* urbs firma & Universitate ab Electore Friderico III. donata, ubi Lutherus primùm Hæreseos virus evomuit. 2. *Torgavia* cum arce amœnè sita, ad quam urbs *Belgern*, *Schilde*, & *Düben*. 3. *Hertzberga*. 4. *Lichtenburg* locus mediocris cum arce. 5. *Schweidnitz* urbecula & præfectura, item *Lochau* arx ob historiam tenenda. *Abbatia Quedlinburgensis* Anhaltio adjacens urbem cognominem cum illustri gymnasio exhibet, cujus Abbatissa Imperii status, & Lutheri erroribus imbuta, Rege Prussiæ eam protegente.

2. *Ducatus Misniæ*, *Meissen*, inter Salam & Albim extensus octo circulos complectitur. In *circulo Misniæ* Electoris Saxoniæ subdito obvenit. 1. *Dresda* Electoris residentia: urbis ad stuporem munitæ arx pariter excellens A. 1701. magnam partem splendoris grassante incendio amisit. *Dresda vetus* ponte conjungitur, qui inter Germaniæ præcipuos. 2. *Misena*, *Meissen*, urbs pervetus cum arce Clivo innixa: olim non vulgaris Episcopatus, Reformatis cessit Canonicorum collegiô duntaxat remanente: illustre inibi gymnasium. 3. *Pirna* urbs eximia ab arce munita *Sonnenstein* & lapidicinis celebranda. 4. *Haganoa*, *Hain* præfectura & urbs benè habitata. 5. *Königsteinium* unum è præcipuis Germaniæ fortalitiis. 6. *Bischofswerda*, seu *Episcopi Insula*, & *Schandavia* loca mediocria. 7. *Hochensteinium* arx vetusta & ampla Præfectura. 8. *Mauriciburgum*, excellens præsidium à conditore suo Electore Mauritio nuncupata. 9. *Stolpa*, ubi arx & præfectura magni nominis. 10. *Wurcena*, locus nobilis. A. 1704. non parum ei ingens flamma sustulit. 11. *Oschatz* & *Strela*. 12. *Mühlberga* ob profligata Hæreticorum 60000. & captum eorum Antesignanum Fridericum Saxon. Electorem à Carolo V. A. 1547. notanda.

In cir-

In circulo *Lipsiensi* pariter Electoris notatur. 1. ipsia, *Leiptzig*, quatuor amnibus: *Plissa*, *Elystero*, *ara & Luppa* allambitur, universitate item ab A. 409. & commerciis famosa. Ad hanc, cui arx *leissenburg* imminet, A. 1631. infeliciter pugnavit Tillius; at A. 1632. biduo totis Germaniæ viribus epugnatum cæso Gustavo Suec. R. nec longè pòst Duce Cæsareo Pappenheimio. 2. *Grimma* illustri ymnasio dotata. 3. *Ilenburgum*, Præfectura *Bora*, *Rochlitium*, *Debeln* urbes mediæ sortis. 4. *Leisick* urbs domorum ferè 300. in cineres abjit A. 1700. . *Colditium* urbs & Præfectura viduis Principibus lari solita in sustentationem. 6. *Pegavia* urbs & præfectura Ducis Citiensis.

In *districtu Metallifero*, *Grtz-Geburg*, sub Electoris jure observanda. 1. *Freiberga* sepulchro Ducum Saxoniæ clara. 2. *Chemnitium Cygnea*, *Zvvikau*, *Stolberga* loca commoda. 3. *Annæberga*, *Schnebergа*, & *Catharinæberga* urbes montanæ ubi interrupto nunquam labore argentum, & stannum eruitur. Ad Annæbergam mons *Schreckenberg* se extollit. 4. *Altenberg* stannô affluens. 5. *Franckenberg & Schvvartzenberg*. 6. *Augustoburgum* arx pretiosa & munita ab Augusto Electore. 7. *Wolckenstein*, Electoralis Præfectura cum thermis. 8. *Grunhain* olim monasterium, nunc præfectura. 9. *Joann. Georgii villa* à Lutheranis plurimùm è Bohemia transfugis A. 1654. posita. 10 *Wildenfels* Comitis de Solms. 11. *Glaucha*, *Hartenstein*, *Penick* Dominorum de Schönburg. 12. *Wiesenburg* arx & præfectura cujusdam ex Holsatiæ Ducibus familiæ. *Weissenfelsensis* districtûs urbs *Weissenfelsa* seu *Leucopetra* illustri gymnasio, dicto in Fundatoris honorem *Augusteô*, instructa, simul cum *Freyburg* præfectura perampla Duci Weissenfelsensi paret, cujus residentia est arx vicina *Augustoburgum*.

In Merseburgico, qui ante reformationem Episcopatus, sunt: 1. *Merseburgum* seu *Martisburgum* urbs cum

gymnasio & Principis residentia. 2. *Lucena*, ad quam Sueciæ Rex Gustavus Adolphus perjit. 3 *Sceuditz*, *Lauchstædt*, & *Schafstædt* urbes & præfecturæ. 4. *Ranstædt vetus* ab icta pace inter Carolum XII. Suec. R. & Fridericum Augustum Polon. R A. 1706. memorabile. 5. Extra Episcopatum habentur: *Delicium* urbs, *Bitterfelda* & *Sorbiga* præfecturæ. *In Citiensi Zeiz* habetur *Naumburgensis districtus*, de quo, cùm Dux Mauritius wilhelmus in Ecclesiæ veræ gremium sit reversus, disceptatur. Est in eo 1. *Naumburgum* locus non parvi ambitus, ubi quotannis nundinæ celebrantur. An. 1714. mediam sui partem in incendio amisit, & alteram A. 1715. Proximè visitur *Porta* seu tertium illustre gymnasium Electoris Saxoniæ. 2. *Citium* seu *Ciza*, Electoris residentia, nomine *Moritzburg*. Lutherani Canonici tum Naumburgi, tum Citii resident. 3. *Prisnitia*, *Faven-Priessnitz*.

Ad Franconiam & Bohemiam septimus conspicitur districtus, nempe *Voithlandia*, *Voigtland*, seu terra Advocatorum. In hac Duci Citiensi paret: 1. *Plavia*, ex quo Hofa & wonsidelia Byruthum spectant, Ducis residentia. 2. *Voigtsberg* arx olim celebris cum nobili præfectura, in qua *Oelsnitz*. 3. Præfecturæ *Ziegenbrück*, *Weida* in cujus arce Dux Mauritius wilhelmus residet, & *Arenshaug* traditæ Electori Augusto ob sumptus in obsidionem Gothæ impensos. 4. Imperii Comitibus de *Reussen*: *Gera* cum gymnasio, *Schlaiza*, *Grecium Gratz*, & *Lobenstein*. 5. Electori urbecula *Reichenbach* à commercjis clara.

Ultimò *Osterlandiam* districtum in Misnia, ex quo Familia Principum Altenburgensium fatis concessit, Dux Ernestus de Gotha obtinuit, sponte quartam partem Vinariensi familiæ cedens. Dux hodiè possidet: 1. *Altenburgum*, seu *Palæopyrgum* urbem sanè spectandam, è cujus arce Dux Ernestus & Albertus A. 1455. feruntur abducti. 2. *Orlamundam*.

3. *Eisen-*

3. *Eisenbergam* urbem ac arcem, ad quam frequens incola. Vinarienses: *Dornburg*, *Roslau*, *Bürgel*, & *Heusdorf*.

3. *Thuringia* montibus undique, & ad Hassiam *Sylvâ Thuringicâ* circumfusa, Salam inter & Visurgim in solum planum excurrit, longè fertilissimum. Reges eam *Sorabi* dicti moderabantur, quibus à Franco deletis Landgraviatûs tantùm titulum nacta est. Varii in ea Domini. Elector Moguntinus dominatur. 1. *Erfordiæ*, *Erfurt* urbi Thuringiæ Principi. In urbe conspicitur fortalitium *Petersberg*, & Academia ab A. 1392. Campana itèm in turri templi D. V. lata ulnas 11. longa 5. librarum 27000. Catholici hic Lutheranis immixti. Extra urbem aliud castrum *Cyriacsburg* urbem tuetur, quæ à Gallico milite pro Electore Moguntino A. 1663. est occupata contra Saxonem. 2. *Eisfeldiæ* districtui, in quo *Duderstadium* & *Heilingenstadium*, Saxones weisenfelsenses præfecturis: *Langensaltz*, *VVeissen-See*, *Sangershausen*, *Eckartsberg*, *Sachsenburg*, *Heldrungen*, *VVendelstein* & *Sittichenbach*. Vinarienses *Vinariæ*, *VVeimar* ad Ilmum fluv. cui arx dicta à wilhelmo *VVilhelmsburg* est adjecta: item adsitis Præfecturis & urbibus. Isenacenses: 1. *Isenaco*, *Gisenack* urbi Gymnasiô illustri nobilitatæ, ad quam arx *VVartenburg* Lutheri receptaculum. 2. *Jenæ* olim proprii Principis urbi & Universitati notissimæ. 3. *Alstædt* urbi exili præter arcem. Duces de Gotha demum: *Gothæ* Ducis residentiæ, cujus arx olim *Grimmenstein* ab Electore Saxone eversa, Ernesti ope surrexit, *Friedenstein* nuncupata. *Salfelda* olim abbatia Principatûs titulo insignita cum suo districtu familiæ ejusdem nominis paret. Elector Saxoniæ Præfecturam & urbem *Tenstadt* moderatur.

Alii præterea hìc occurrunt comitatus. 1. Principis de Schwartzburg, qui in duas lineas abeuntes possident, *Rudolphopolim* Principis residentiam, &

quà

quà urbe, quà arce excellentem, itèm castrum *Schwartzburg*. *Sonderhausen* Principis alterius est residentia, & *Arnstadium* urbs cum arce nitida, ac diversis præfecturis. 3. Comitum de *Mansfeld* ubi *Mansfelda* urbs, in quâ Brandenburgicus Sequester, & arx diruta, *Bornstadium* urbs mediocris, *Atera & Islebia*, ubi Electoris Saxon, sequester, & solum natale Lutheri A. 1483. sepulchrale verò A. 1546. Familia Bornstadiana orthodoxæ Fidei, Islebiana Lutheranæ est: è postrema surculus superârat usque ad A. 1710. 3. Comitatus *Stolpergensis* proprii comitis. 4. *Hohensteinensis*, in quo defunctô ultimô comite Præfecturæ *Klettenburg & Lochra* comiti de Sayn à Brandenburgo datæ in feudum. At *Hohenstein* obvenit Comiti de Schwartzburg, quam A. 1700. sibi Brandenburgus asseruit. *Ilfeld* Hannoverano. 5. *Beichlingensis* Dominorum de werthern. 6. *Gleichensis*, in quo post obitum proprii Domini Comites de *Hatzfeld Gleichen & Blanckenheim*: Comites de Hohenlohe urbem *Orturf* obtinuêre: reliquum familia Gothensis & Vinariensis. Duæ adhuc Imperii urbes notantur: Mulhusia, & Northusia: postrema A. 1703. Brandenburgum militem recepit, A. 1710 & 1713. flammarum rabiei obnoxia. Reliquus est *Balliviatus*, *Thuringiæ*, *Balley Thüringen*, seu Ordinis Teutonici bona, inter quæ præcipuum *Zvvezena* administratoris residentia.

4. *Marchionatus Lusatiæ*, *Lausnitz*, ab Albi & Viadro interceptus Bohemiam olim referebatur; at A. 1618 cum eâdem rebellis, ab Electore Saxoniæ Joh. Georgio I. qui Cæsarearum partium, subigitur: dein ex æquo huic Pragæ A. 1635. traditus ob factos in bello sumptus. Quod Bohemiæ abjicitur, *Lusatia*, *superior* dicitur Electori parens, continétque 1. *Budissam* ad Spreham flu urbem cum arce splendidè structam, quæ A. 1709. vix quartam sui partem igni eripuit. Templi ibidem medium Catholici, medium Lutherani

occu-

occupant. 2. *Görlitium* juxta Neſſam fluv. non exigui ambitûs, Gymnaſio inſtructum: iteratis A. 1691. & 1717. incendiis penè evanuit. Ad urbem dignum viſu offertur ſacrum ſepulchrum inſtitutum ad normam illius, quod ante annos fere 300. complures in Paleſtina conſpexêre. 3. *Zittam* ſeu *Zittaviam* urbem & frequentem incolis, & ſitu admodùm amœnam, cujus Gymnaſium celebravit elapſum ſæculum. 4. *Lœbaviam* ob multa incendia prope deformem. Ad has urbes diſtrictus quidam porrigitur, ubi reliquiæ veterum *Vandalorum*, qui ſuâ vernaculâ & veſtitu riſum movent. 5. *Laubam* ſeu *Laubanam* (in qua præter Academiam ſanctimonialium hortodoxarum extat cœnobium) vix hodie è prioris ſæculi buſtis emerſit. 6. *Camentium* aliquot abhinc annis ferè igne conſumptum. Hæ 6. præmemoratæ urbes verbô: *Hexapolis* dicuntur, *die Sechs Städte*. 7. *Moſean* urbem & arcem Comitis de Callenberg. 8. *Hoyersvverdam*, quæ Dynaſtia, arx & urbecula. 9. *Marienthal & Marienſtern*, Monialium Cathol. Cœnobia. Cæterum omnia Lutherum colunt.

Luſatia inferior ad Marchiam Brandenburgicam diverſis paret. Duci Merſeburgico: 1. *Lubbena* regionis caput, arce nobili inſtructa. 2. *Gubana* locus eximius. 3. *Forſta* Braxatoribus celebris. 4. *Luccavia*. 5. *Finſtervvalda*. 6. *Dobrilucca* arx & Præfectura. 7. *Spremberg* Ducis Henrici reſidentia A. 1705. flammis abſorpta.

Regi Pruſſiæ 1. *Cothuſium* urbs. 2. *Peſcavia*. 3. Dominium *Stockau*. 4. *Peiza*. 5. Urbecula *Æſticampium*, *Sommerfeld*. Comiti de Promnitz *Soravia* urbs elegans A. 1700. ex æquo in cineres converſa. Comiti de Solms *Sonnevvalde* urbs Electori Saxoniæ arx & urbs *Senfftenberg*, præter alia minora loca.

5. *Bohemia*, *Böhmen*, Sylvis in orbem cincta, & à Bojis (qui acti è Germania à Marcomannis) nomen ſortita, extinctô Sigiſmundô Hung. R. ſinè

liberis

liberis ad Albertum Auſtriæ Ducem devenit, ac in hodiernam diem Cæſari ùt Regi Bohemiæ obtemperat. Moraviæ, Sileſiæ, Auſtriæ &c. affunditur, Albî, Vultaviâ ſeu Muldâ & Egra amnibus irrigua. Regio Catholicis ſolùm, & tritico affluens in 18. circulos diſtribuitur, quibus ſingulæ majores urbes nomen fecêre. 1. *Praga* ad Vultaviam dicta Triurbs, quod ex *Nova*, *Veteri*, & *Parva* confletur: duabus præcipuè arcibus: *VVisſehrad* & *Rathſin* munitur. Archiepiſcopatus inibi, Univerſitas cujus Carolus V. An. 1347. Fundator, & Judæorum frequentia. Ad vicinum montem *der VVeiſſe Berg*, Bohemi cladem ſuſtinuêre A. 1620. dum A. 1618. Miniſtri Cæſarei arce ejicerentur, 30. annorum bellum ſumpſit exordia, terminatum ibidem A. 1648. occupante parvam Urbem Sueco: inde pax weſtphalica. 2. *Raeonicum* 3. *Slania* 4. *Zatecium*, præterquam *Cadanum* ubi Carolus V. & Elector Saxoniæ in fœdus ivêre. 5. *Litomericium*, *Leutmeriz*, belli calamitatum minimè expers: item *Teplicium*, ubi Thermæ calidæ: *Auſſig*, ubi Huſſitæ A. 1426. conflixêre, & *Staditz* oppidum ob Primislaum I. Bohemiæ R. notandum. 6. *Boleslavia* ſeu *Fanum Boleslai* urbes duæ: nova una, altera vetus.

Præterea *Friedelandia* cum *Tornavia* comitum de walnſtein notiſſimi nominis. *Reichenberga* & *Nimes*. 7. *Reginæ Gradecium*, *Königin Graitz*, cui adjungenda: *Jaromitia*, *Chlumnitia* arx munita, & *Nachod* Principis de Piccolomini. 8. *Chrudima* cum *Pardubitia* munitione ſecura, & *Litomislio* Imperii Comitis de Trautmanſdorf. 9. *Czaslavia* Joannis Ziſca ſepulcrum, itèm *Cutna*, in cujus vicinia elegantes fodinæ, *Proda Germanica Teuſtech-Brod*. 10. *Budoviſſa* urbs propugnaculis inſtructa, vulgo *Budvveiſs*, cui *Taborum* annumeratur urbs & arx, à qua Huſſitæ Taboritæ nuncupati, & *Tetina* arx, ubi S. Ludmilla Martirii coronam aſſecuta. 11. *Caurzima* cum *Broda Bohemica*, &

ca, &

ca, & *Brandeſio* nobili fortalitio. 12. Circulus *Muldavienſis*, in quo nihil memorabile. 13. *Pracenſis* circulus, in quo *Piſeicum* & *Crumlovia* arx cum Principatûs titulo duorum Principum de Eggenberg. 14. *Beraunum* cum *Carolſteinio* fortalitio in paucis claro, ubi regni corona & ſceptrum aſſervantur. 15. *Pilſenum*. 16. *Egra* urbs à Praga optima, acidulis gaudet. *Cubitus* ſeu *Elnboga*, præter quam in hoc circulo: 1. *Schlackenvverda*, quæ eſt Viduæ Principis defuncti A. 1707. Ludovici Badenſis. 2. *Thermæ Carolinæ* ubi Carolus IV. Thermas celeberrimas invenit A. 1370. 3. *Falkenau* Comitis de Noſtiz. 4. *Vallis Joachimica* argenti olim fodinis inclyta. 18. *Glacium*, *Glatz* ultimum hujus regni circulum cognominat.

6. *Marchionatus Moraviæ*, *Mähren* Bohemiam ſubſequitur, quacum ejuſdem eſt Domini & Religionis. Regionem frumentô divitem Moravus flu. dividit. In hac recenſetur 1. *Olomutium*, *Olmütz* urbs bene munita, 300. domorum paucos ante annos jacturam fecit igne velociter ſerpente: illius Epiſcopus eſt Cardinalis S. R. E. Princeps à Schrottenbach. 2. *Brünnum* ſeu *Bruna* cum arce vulgò *Spielberg* notæ fortitudinis, præprimis quondam contra Suecum. 3. *Hradiſca* ſat ampla. 4. *Znoimum*. 5. *Iglavia* locus inquilino affluens. 6. *Nicolaiburgum* ad Auſtriæ terminos Principis de Dietrichſtein.

Q. Quas Odera, ſeu Viadrus Regiones permeat?
R. Sileſiam, Marchiam Brandenburgicam, & Pomeraniam. E *Sileſiæ Ducatus*, *Schleſien* modicum Brandenburgo ſubditur, cætera Auſtriæ. In hoc Lutheri dogmata adeò ſuppreſſa, ut vix etiamnum ſpirent: Lutheranis tamen poſt pacem Monaſterienſem ereptas Eccleſias Conventus Radſtadienſis A. 1707. reddidit. Regio tota in ſuperiorem & inferiorem deſcribitur, ac tandem in 18. Principatus, & 6. Dynaſtias. In *ſuperiori* notatur 1. *Principatus Teſchenenſis*

nensis ad Vistulæ fontem cum *Theschenâ & Jabelun-ka* nobili in Hungariam per alpes transitu: 2. *Oppaviensis* Principi de Lichtenstein in feudum datus; ubi *Oppavia*, *Troppau* ad Appam flu. cum arce vetusta, & *Engelsberg* Equitum Ord. Teutonici. 3. *Carnaviensis* usque ad A. 1618. Marchionis Brandenburgi fuit sub belli initium pulsi, quô finitô ita conventum, ut Electori Brandenburgo, velut æquivalens, districtus Swibusiensis tradatur, qui tamen rursus Imperatori permissus. Dein hic principatus Lichtenstainio ab Austria ut feudum concessus: Locus præcipuus fertur *Carnovia*, *Jägerndorff* urbs arce pretiosa excellens: 4. *Ratiboriensis*, in quo urbs *Ratiboria* arce munita eminet; & 5. *Oppoliensis* immediatè Cæsari subjecti sunt, unúmque habent regimen. 6. *Krotgaviensis*, seu *Nissensis* ab urbe *Nissa Neisse*, subinde residentiâ Præsulis. 7. *Münsterbergensis* Principi de Auersperg in feudum datus. In hoc *Münsterberga* urbs & proprio & arcis nitore celebris, item *Frankensteinium*. 8. Dynastia *Plessensis* Comitis de Promnitz. 9. *Beutheniana* in Principatu Opoliensi comitis de Henckel.

In Inferiori: 1. *VVratislavia Presslau*, è Germaniæ pulcherrimis, opulenta & Silesiæ totius Metropolis. Religio Catholica in dies augetur, ut ut Senatum meri repleant Lutherani, quorum binis Gymnasiis addita Societatis JESU Universitas à Leopoldo I. Imp. An. 1702. præter eam *Namlavia* arcem sanè spectandam exhibet. 2. *Schvidnicensis* Cæsari duntaxat subditus, ubi *Schveidnitium* munita, & commodùm structa urbs, ad quam templum Lutheranorum in pace Westphalica privilegjis donatum. Item *Strigavia* à tellure celebris, Abbatia *Grissa & Landshuta*. 3. *Jauraviensis*, cujus *Montes sudeti Riesen-Gebürg*. In hoc *Jauria Javer* urbs ad quam Ecclesia ultima Lutheranorum, privilegjis instructa in westphalica pace. *Leobergà* Marte sæviente diruta. *Hir-*

schber-

ſchberga à thermis calidis celebrata: *Libenthalia* urbecula cujuſdam Abbatiſſæ. *Gryphiberga*, *Chmideberg*, *Kupfferberg*, *Boleslavia Buntzel*, & *Gryphimontium Greiffenſtein*, arx comitis de Schaffgotſch. 4. *Lignicenſis* defunctô propriô Duce ab A. 1675. cum Brigenſi, & wolavienſi Auſtriæ ſubeſt, in quo *Lignitium* Metropolis ſplendida, & elegans cum illuſtri Gymnaſio pro utraque Religione; & Mauſolæo Principum Lignicenſium flammis abſumpto. *Goldberga* ubi Lutheranorum Schola, & *wolſtadt* notum à Tartaris, qui enſi An. 1242. Chriſtianorum 30000. ſubjecêre. 5. *Brigenſis* ubi *Brega*, *Brieg* urbs è Sileſiæ præcipuis, munitione abunde inſtructa; item Lutheranorum Gymnaſio & Equitum academiâ. *Olavia* locus pariter non vulgaris. 6. *Oelſnenſis* quorundam Ducum wirtembergicorum Lutheri fautorum, ubi *Olſna*, *Bernſtadium* binæ reſidentiæ, & *Julioburgum* locus recens ſtructus. 7. *VVolavienſis* cum *VVolavia*, cujus arx paludibus immerſa, *Leobuſiô* Abbatiâ, *Steinavia*, ubi ceres egregiè coquitur. 8. *Glogavienſis* immediatè Auſtriæ paret, in quo *Glogavia major* præſidium limitaneum Poloniam versùs, *Sprotavia* A. 1702. combuſta, & *Grunberg*. 9. *Sagonenſis* A. 1471. Erneſto Saxoniæ Electori venum datus; dein Carolo V. à Mauritio eſt reſtitutus. A. 1624. in feudum eundem obtinuit Generalis wallenſteiner; ab A. 1652. verò Princeps de Lobkowitz poſſidet. Præter *Saganum* locum illuſtrem notatur *Prybuſium*. 10. *Croſnenſis* Religionis reformatæ, & Regis Pruſſiæ. In hoc Croſna, *Croſſen*. A. 1708. in cineres abjit, *Zullichavia* & *Sommersfeldia*. Adjacet diſtrictus *Svvibuſienſis* cum *Svvibuſio* locô præcipuô, de quo ſupra. 11. Dynaſtia *VVartenbergenſis* Burggravii de Dohna. 12. *Militienſis*, *Militſch* Comitis de Malzan. 13. *Trachenbergenſis* Comitis de Hatzfeld. 14. *Beuthanienſis Beuthen* olim celebri Gymnaſio nobilis in Principatu Glogavienſi Baronis de Schœnaich.

2. *Mar-*

2. *Marchia Brandenburgica* Poloniæ Pommeraniæ, Megalopoli &c. contingua Lutheranis potiſſimam partem repletur, poſſeſſore, Rege nempe Pruſſiæ Calvinum fovente. Regio 5. partibus conſtat: *Marchiâ veteri*, *Prignitiâ*, *Marchia vetus* continet: 1. *Stendaliam* Metropolim ſat vaſtam. 2. *Soliquellam Saltz*-vel *Solt*. *VVedel* ex duabus urbibus conflatam. 3. *Gardelegiam*. 4. *Tangermundam* Caroli IV. Imper. ſedem. 5. *Seehuſium*. 6. *Oſterburgum*. 7. *Werbenam* ad Albim, ubi Guſtavus Suec, Rex triumphato Tillio munitionem ſtruxit quadratam.

Prignitiam, *Priegnitz* illuſtrant: 1. *Perleberga* urbs Princeps, & ampla. 2. *Havelberga* nomen ab amne vicino nacta, & ante Reformatorum adventum Epiſcopatus. 3. *VVitſtochium* ubi A. 1636. Saxones Sueco campum cedere coacti. 4. *Kyritium* celebre à Cerere coctâ, nuncupatâ vulgo *Mord-und Todtſchlag*.

In Marchia media habetur: 1. *Berolinum*, urbs non modò majoris ambitûs, ſed & apprimè decora ſecundùm Spream fl. continens 5. in ſe urbes: *Berlin*, *Cœln*, *Friderichs-VVerder*, *Dorotheenſtadt*, & *Friderichſtadt*. Huic Pruſſiæ Regis Reſidentiæ incumbit arx, cui vix alia par in Germania, olim *Lüzenburg* nunc *Carlottenburg* dicta. 2. *Brandenburgum* Epiſcopatus uſque ad Reformationem. Duas in ſe urbes complectitur: *Brandenburgum vetus & novum*. 3. *Francofurtum ad Oderam* urbs nundinîs annuîs & Academiâ 1506. conditâ nobilis. 4. *Spandavia* inſigne fortalitium. 5. *Caſtrum Arauſionis Oranienburg* quondam *Poezau* dictum. 6. *Poſtampium* ubi Regia arx & hortus. 7. *Fehrbellinum* ubi Saxo Suecum A. 1676. cæcidit. 8. *Rupinum* olim comitatus. 9. *Vallis Joachimica*, è qua illuſtre Reformatorum Gymnaſium eſt translatum Berolinum. 10. *Ratenavia* urbs. 11. *Bernavia*. 12. *Lebuſium* Epiſcopatus antiquitùs.

Marchiæ *Uckaranæ* tribuitur: 1. *Prenslavia* urbs Prin-

'rinceps. 2. *Templinum* à Templarjis conditum.
. *Lbonitium* cum fortalitio paludibus cincto versùs
'ommeraniam. 4. *Svet* arx & urbs 5. *Oderburg*
ræſidium in Odera fl.

Marchiæ novæ eſt: 1. *Cuſtrinum* fortalitium pau-
is in Germania ſecundum. 2. *Drieſa* locus pariter
ropugnaculis ſecurus. 3. *Sternberga* cum diſtrictu
ıodico, in quo *Sunneburgum* arx Equitum Joannita-
um. 4. *Landsberga* tranſitus ad Vartam. 5. *Cu-
'rinicken*. 6. *Berlinicken*.

3. *Pommeraniæ* Lutheri apprimè deditæ, Vanda-
oſum vernacula, quâ *Paameren* litus maritimum ſi-
nificat, nomen impoſuit. Duces Pommeraniæ cum
Brandenburgo jam olim de Succeſſione condixêre,
ed dum ultimus in 30. annorum bello obiret, Sue-
:us mediam partem occupavit, obtinuítque in pace
weſtphalica: pulſus dein A. 1679. à Brandenburgo,
eam rurſus Noviomagi recepit, at Suecô iteratò A.
1715. ejectô Dani, & Pruſſi illam regionem ſunt
partiti. Sueci ante bellum erat *Pomerania citerior*,
Bor-Pomern ad Megalopolim, in qua terni diſtrictus.

In *Stetinenſi* memoratur 1. *Stetinum* regionis caput,
ac munimentis firmiſſima urbs, quam A. 1677. poſt
6. menſium obſidionem Brandenburgus occupavit, A.
1710. Epidemia minuit ab A. verò 1713. miles Pruſ-
ſiæ, Saxoniæ & Holſatiæ tenuit, quoad An. 1715.
Pruſſici ſolùm juris fieret. 2. *Damum*. 3. *Ucker-
munda* juxta *ſinum magnum*. 4. *Gratia* arx munita,
A. 1713. à Moſcis in cineres redacta. 5. *Anclamum*
urbs inclyta. 6. *Demminum*.

In diſtrictu *Gutskovienſi* ſunt 1. urbs ejuſdem no-
minis. 2. *VVolgaſtia* civitas cum arce robuſta, A.
1713. Moſcorum rabiem experta. 3. *Gripſvvaldia*
urbs ampla cum univerſitate A. 1456. condita: A.
1713. non pauca belli incommoda ſuſtinuit.

In *Bardenſi*: 1. *Bardum* urbs mediocris. 2. *Dam-
garten* tranſitus. 3. *Tribeſes* locus ad Megalopolim,

K A. 1702.

A. 1702. combustus. 4. *Stralsundia* hinc mari, ind[e] aggeribus probè vallata, & mercatoribus frequens A. 1628. frustra annum integrum à Wallensteinio obsessa. A. 1715. Dani eam occuparunt.

Referendæ huc Insulæ: 1. *Rugia*, ubi urbecul[a] *Bergen* hodie Danis parens. 2. *Usedomia* defacto Regis Prussiæ. Hic olim celebris Urbs *Vineta* ab aquis est absorpta. 3. *Wollina* quam miles Prussiæ tenet; & quondam celebravit urbs mercimonialis *Julinum*.

Prusso obvenit *Pomerania ulterior*, ubi 1. *Pommerania ulterior* proprie sic dicta, in qua *Stargardia* propugnaculis & munitione valida, item *Caminium* olim Episcopatus: A. 1709. flammis absumitur. 2. *Ducatus Cassubiæ*, in quo *Colberga* urbs commercjis ac munitione nobilis, *Belgardia* urbs, arx, & præfectura, & tandem *Coslinum* cum arce. 3. *Ducatus Venedorum*; in quo urbes *Rügenwalda* & *Stolpa*. 4. *Dynastia Lauenburgica*, & 5. *Bütaviensis*, quas An. 1667. Polonus Brandenburgo tradidit.

Q. Quis Germaniæ status Politicus? *R.* Germanico Imperio Carolus M. è secunda regni Gallici familia nomen dedit, dum à Leone III. quem Romam cum exercitu advolans insigniter multorum calumnjis eripuit, A. 800. coronatur. Electus in Imperatorem multò pôst intervallô nempe A. 1273. Rudolphus I. Habspurgicus Austriam Ottocaro Bohem. R. cum dependentjis A. 1278. sustulit, investivítque Albertum filium, è cujus Prosapia Albertus II. Dux Austriæ non modo Imperium An. 1438. Electione; sed & Soceri Sigismundi morte Bohemiam, & Hungariam assecutus, continuatâ serie in Imperio Romano suos sibi posteros suffecit, annóque 1711. Carolum VI. novis, ùt confiditur, hæredibus cumulandum, in quibus Romanum Imperium perennet. Othonis III. constitutionem, quâ sancitum, ut Imperatoris eligendi jus Germanis duntaxat Principibus

delega-

lelegaretur, Consobrinus ejus Gregorius V. Pont. Rom. Apostolica authoritate stabilivit: inde 7. Eectores.
Ecclesiastici: 1. *Moguntinus* Archicancellarius per Germaniam. 2. *Trevirensis* per Galliam, & regnum olim Arelatense. 3. *Coloniensis* per Italiam.
Sæculares 1. *Rex Bohemiæ* Imperii Pocillator. 2. *Palatinus Rheni* Dapifer, cui, Friderico nimirum n Ferdinandum II. Imp. A. 1619. rebelli suffectus est Bavariæ Dux; A. tamen 1614. Monasterii restitutus nferiori Palatinatui, octavum Electoralis dignitatis ocum obtinuit. 3. *Saxo* Ensifer. 4. *Brandenburgicus* cubicularius.
Germaniam regunt: Imperator, 7. Electores, 2. Archiepiscopi, Episcopi 21. Imperii status, duo Ordinum Magistri, 10. Abbates Principes, Prælati 13. 15. Abbatissæ, 142. Principes Sæculares, Imperii Comites & Barones 59. Imperii urbes censentur 62. è quibus Alsaticæ hodie in Galli potestate. Habetur præterea *immediata Imperii nobilitas*, *die freye Reichs-Ritterschafft*; sed de singulis mentio facta. Imperatori jus est, leges condendi, Parlamenta & Universitates erigendi, conferendi dignitates, & eas tollendi. De bello, fœdere, moneta in Ordinum comitjis (diætas vocant) decernitur. Ad graviores inter Principes & Imperii urbes, decidendas ites ordinata est Spiræ Camera constans viris 41. à qua nulla ad Imp. appellatio.
Archidux Austriæ ut talis peculiaribus gaudet privilegjis: 1. Electoribus duntaxat cedit; ac cum Archiepiscopo Salisburgensi alternat ferendo suffragio. 2. Non subjicitur judicio Imperiali. 3. Est Consiliarius Imperatoris. 4. Investitur in proprjis provincjis, in equo sedens, vestitu regali, pileo Archiducali in capite. 5. Imperator non potest eum privare suis provincjis.
Q. Quæ Regionis dotes? *R.* Erroribus vix repudia-

tis Christo nomen dedit Germania, continuò alia terræ se oggessit facies, in qua nulla viridaria, nullæ consitiones, nulla denique tempe desiderarentur. Nec aurum eam deficit aut argentum, quod largissimè in omnem reliquam Europam effudit, priusquam India navigjis peteretur. Sanè tantam locorum salubritatem benignam aëris temperiem, solíque ubertatem sinistrè olim de Germania sentiens Mela, aut Tacitus magnopere extolleret. Plura de singulis regionibus dicta.

Q. Quis Incola & Religio? *R.* Germanos animi candore & pectore plus, quàm virili potissimam partem orbi innotuisse: inde Carolo V. solenne fuit: *Caput ex Italia manus & brachia ex Hispania, pectu, à Germania* exercitui debere conferri. Eorum profectô Indoli artium liberalium debentur incrementa, Typographiæ, Calchographiæ, Bombardarum & pulveris nitrati exordia, hâc demum decus Rom. Imperii conservatum, à S. Marco & Luca, itèm S. Materno, Valerio, & Euchario D. Petri Ap. discipulis hausit rudimenta fidei, in quam conservandam peculiaris eluxit Moderatorum solertia, sive *Lutherus* A. 1517. virus evomeret (cujus asseclæ dicti *Lutherani*, *Evangelici*, aut *Augustanæ confessionis*) sive alterum orbi nasceretur monstrum *Calvinus*, cujus fautores *Calvinistæ*, aut *Reformati*, communi utrique nomine, *Protestantes* nuncupantur. Verùm serpente eorum lue non adeò elidi in herba anguis valuit, quin alter continuò prosiliret; quare post atrocia & frequèns repetita prælia primùm An. 1555. dein in pace westphalica A. 1648. cautum, nè ulli religionis causa quidpiam incommodi inferatur. Cæterùm quâ in Numen Catholici ferantur Religione, crebra Verbi Divini perceptio, erogatum in egenos æs copiosum, aliáque sexcenta testatum eunt.

CAPUT

CAPUT IX.

DE SUECIA.

Q. QUid nomine *Suecia* seu *Suediæ* comprehenditur, & quis ejus situs? *R.* Magnum hoc, sed multis locis desertum Regnum veteris *Scandinaviæ* pars maxima, ternis ferè illis definitur, quæ ad utrumque sinûs Bothnici, ac Finnici latus conspiciuntur: ab Oriente habet Moscoviam & Lithuaniam, ab Occidente Daniam, partémque Norwegiæ; à Meridie Mare Balthicum; à Septentrione Lepponiam Norwegicam; à Moscis separatur Lacu Ladoga, qui inter maximos Europæ numeratur; à Danis freto Oresundico; à Germanis Mari Balthico; à Polonis, & Lithuanis Duna flumine.

Q. Quæ divisio civilis Sueciæ? *R.* in *Sueciam* propriè dictam, *Gothiam*, *Nordlandiam*, *Finniam*, *Ingriam*, *Livonicam*. *Suecia* propriè dicta, ubi Sinus Bothnicus Mari Balthico jungitur, sita 5. minores numerat Provincias. 1. *Uplandia*, in qua 1. *Holmia*, *Stockolm*, Regni totius Metropolis, & Regum Sedes constat 6. insulis, binísque suburbjis, hinc magna ex parte palis incumbit. Portum habet percommodum; excellit palatjis, armamentario, foro, crebris propugnaculis, valido castello, in quo arx regia cum turri, cujus vertex tribus inauratis coronis cinctus indicat, tria olim Septentrionis Regna uni Domino paruisse. Hæc arx A. 1697. igni, incola urbis verò A. 1710. pesti in spolium cessit. 2. *Upsalia* ad fl. Saalam urbs antiquissima sine vallis quidem, & mœnibus, forti tamen arce rupi imposita munita. Ad urbem hanc jam olim Reges patenti in campo insertis in lapides nominibus inaugurabantur; hodie hæc in princeps urbis templum, varjis Regum mu-

nimentis inclytum, translata est. Gaudet præterea Universitate totius Sueciæ principe, quam A. 1235. sedente Erico Balbo fundatam Carolus IX. restauravit. Urbis decorem, utì & Bibliothecæ An. 1702. ignis multúm imminuit. Medio milliari distat *Upsala Gamala* seu vetus Ufpalia olim Regum sedes, hodie pagus. Huic etiam provinciæ annumeratur *Alandia*, insula ad ostium Sinûs Bothnici sita, urbe gaudens *Castelholmia*. Brevia adsita navalis clades Suecis à Russo A. 1714. illata celebrat. Insula ipsa tum occupata, at post pauló deserta susceptis frustrà insequentibus annis cum Mosco pacis negotiis sæpiùs locum dedit.

Altera Sueciæ propriè dictæ Provincia est *Sudermannia* mari infra Uplandiam contermina, ubi urbs *Nicopia* arce veteri portúque instructa, & arx alia *Grypsholm*.

3. Est *VVestermannia*, in qua præter *Arosiam*, ubi A. 1540. (aliqui volunt A. 1544.) Gustavus I. hæreditario jure in comitiis regnum obtinuit, quæque castellô & gymnasiô claret, est *Arboga* urbs modica & *Konigsör*, regius recreationis locus.

4. Est *Nericia*, urbs *Orebra* urbs longa, verùm angusta.

5. *Dalcearlia* partim Gothiæ, partim Norwegiæ adsita, abundat hæc ferri ac cupri fodinis, urbem cum primis regni magnitudine certantem habet *Fahlun*: incolæ Dalekerlen dicuntur in historia noti.

Gothia Sinui Codano proxima (unde ortum habuisse putantur Ostrogothi & Visigothi, qui quinto sæculo Italiam adeò devastârunt) dividitur in Australem, Occidentalem, & Orientalem. In Gothia Orientali est. 1. *Ostrogothia*, in qua *Norkopia* Metropolis magna & mercimonjis celebris, item *Linkopia* mediocris & arx semiruta *Stegeburgum*. 2. *Smalandia*, ubi 1. *Calmaria* portus celebris, benèque munita urbs. 2. *Genecopinga*, *Joenköping* ad lacum *VVetter* sita.

Vexsia exigui momenti locus. 4. *Vestrovicum* urbs
ace A. 1645. Danum inter & Suecum conclusa ce-
ebris. 3. *Olandia* insula Calmariæ urbi opposita,
 qua *Borckholmia*, & *Ostenbua* arces geminæ benè
unitæ. 4. *Gothlandia* itidem Insula cujus urbs *Vis-
ia* ampla quidem & mercimonjis quondam celebris,
erùm hodie propè aquis absorpta.

In Gothia Occidentali est *westrogothia*, in qua
otheburgum ad Sinum Codanum sita, urbs quà mu-
itione, quà pulchritudine secunda Sueciæ, cui ad-
cet etiam castellum *Elfsborg* maritimæ rupi impo-
tum. 2. *wermelandia*, in qua *Philippostadium* urbs
ecéns inter paludes erecta, sed An. 1700. solo æ-
uata, & *Carolostadium* propè lacum *Venerum*, quam
arolus IX. è fundamentis erexit, vallísque cinxit.
. *Dalia* ad fines Norwegiæ cum urbe parva Dale-
urgo.

Ad Gothiam Meridionalem spectat 1. *Hallandia*,
ujus Metropolis *Helmostadium* bene munita ac portu
nstructa. Aliæ urbes sunt *Laholmia*, *Varburgum* utra-
ue arce portúque celebris. 2. *Scania*, *Schonen*, Pe-
insula Haffniæ opposita, pars Gothiæ Meridiona-
is optima, olim Daniæ Regi subjecta erat, donec
. 1658. in pace Roschildensi cum Bleckingia, Hol-
andia, & Bahusia Suecis subjiceretur, diversis dein
icibus frustra à Danis tentata, postremò A. 1710.
bi extensione facta complura loca occupaverant,
erùm prælio superati exesse coacti sunt. Urbes sunt
. *Londinum Scandinorum*, *Lundis* urbs munitionis
uidem exiguæ, at Universitate à Carolo XI. 1668.
rnata. 2. *Corcnia*, *Landscron*, portus forti castello
utus. 3. *Malmogia* locus benè munitus & arce cla-
us. 4. *Helsingoburgum* à regione Helsingoræ urbs
veteri arce & portu instructa; armis Danorum cessit
An. 1709. sed paulò post reddita est. 5. *Ystædt*,
urbs maritima sedes veredariorum ex Germania re-
ducum. 6. Insula parva *Huena* ween à Friderico II.

celebri illi Mathematico Tychoni de Brahe donâ data, cùm sumptibus aljis arci Uranienburg erigendæ. Celebris etiam hanc ob Insulam Danos inter & Suecos orta est Controversia; quando pace inita eam Suecis Dani cesserunt, quippe Sueci contendebant eam ad Scaniam pertinere, quantumcunque reclamarent Dani; quam etiam causam pace Haffniensi A. 1660. Suecus obtinuit. 3. *Blekingia*, in qua *Christianopolis* à Carolo XI. diruta. *Caroli Corona* portus celebris à Carolo XI. reparatus. *Christianostadium*, quæ urbs terminos statuit victorjis Danorum A. 1709. &c. & *Portus Caroli* tuta navibus statio.

In *Nordlandia* tertia Provincia, intra Norwegiam & Sinum Bothnicum Septentrionem versùs media; est 1. *Gestricia* ad fl. Hasundam ferri fodinis dives, in ea sunt urbes *Geralia* mercimonjis clara & *Cupri montium*, *Kupferberg*, exigui nominis. 2. *Helsingia*, Montibus Sylvísque aspera ubi Hudwikswald locus est præcipuus. 3. *Medelpadia* nullo celebri loco instructa. Utì & 4. *Jemptia* in finibus Norwegiæ; ad quam olim spectabat. 5. *Angermannia* ad Sinum Bothnicum, cujus optima civitas *Hernosandia*: 6. *Bothnia*, in qua *Torna* urbs quam A. 1694. Carolus XI. ingressus, ut diem longissimam cernere posset. 7. *Lappia Suecica*, quæ 100. facilè milliaria complectitur, & Bothniæ versùs Meridiem, Lapponiæ Norwegicæ versùs Septentrionem, Moscoviticæ versùs orientem contermina est. Lapponiæ enim nomine hodie dicitur, quidquid à sinu Bothnico ad usque mare glaciale protenditur, & in tres partes Suecicam, Norwegicam, & Moscoviticam fecernitur.

Lapponia Suecica continet 5. partes à totidem fluvjis, quibus rigatur, nuncupatas. 1. *Uma Lappmarck*. Continens ea, quæ circa fl. Umam sita sunt. 2. *Pitha Lappmarck*. 3. *Lula Lappmarck*. 4. *Torne Lappmarck*. 5. *Kimi Lappmarck*. In his 5. partibus præter 33. oppida & 11. templa ex asseribus

dunta-

duntaxat compacta, nulla eſt civitas memoriâ digna; Cæterùm Regio ventis, nivibus, hyemíque aſperrimæ, etiam dum dies longiſſima, eſt obnoxia, rupibus, ſalebrosíſque locis repleta, tota ferè ſterilis; ac deſerta; ſi ferarum excipias copiam, quæ hominum defectum ſupplere videtur; quippe præter urſos & lupos coloris albi, vulpes nigras, quarum pelles in ſummo pretio, muribus Sarmaticis, & Muſtellis Scythicis vulgo *Zobel* & *Hermelin*, quæ poſteriores tamen ſolo hyemis tempore albicant, utì & Alcibus vulgò *Rennthier*, abundat. Altilia præterea omnis generis profert, uti & piſces, arboribus tamen deſtituitur, niſi illis, quæ frigori ferendo pares: affluit etiam cuprô, ferrô, plumbô, & argentô, gemmis etiam & adamantibus, qui tamen à noſtraté Cryſtallo vix differunt. Incolæ plerumque timidi & deformes ſunt; fortitudine tamen & celeritate excellunt. Artes hunc inter populum nec irrito planè labore promovere contendit Carolus XI. erectis hunc in finem ſcholis, impreſſis in eorum idiomate libris; ſi paucos demas, Idololatriæ & ſupeſtitionibus dediti ſunt.

Quarta Provincia Finnia ad ſeptentrionem lapponiâ Suecicâ & Moſcoviticâ, ad meridiem Ingria & Sinu Finnico, ad occidentem ſinu Bothnico terminatur. Tritico, paſcuis, ac metallo affluit. Dividitur in ſeptem Provincias, quæ ferè Moſco parent. 1. Eſt Finnlandia propriè dicta Holmiæ in extremitate oppoſita; in hac eſt Metropolis *Aboa* ad fl. Aurajoki, quæ licèt nullis propugnaculis, portu tamen Præſule & Univerſitate à Chriſtina A. 1640. perfecta claret. 29. Incendia paſſa eſt, A. 1713. ad Moſcovitas tranſivit. Hanc *Bierneburgum* ſequitur urbs ſolo nomine nota. 2. *Cajania*, quæ & Bothnia orientalis dicitur, fors eò, quod ad orientem Sinui Bothnico adjaceat; in hac eſt *Cajaneburgum*, quam licèt Sueci invictam crederent, An. tamen 1716.

Hübner ad Moſcos tranſiiſſe ſcribit. 3. *Savolaxia*, quæ præter paludes & lacus vix aliquid exhibet. 4. *Tavaſthia* ubi medias inter paludes eminet urbs *Tavaſthus*, deſeruêre hanc Sueci A. 1713. nec inde procul prælio à Ruſſis ſuperati ſunt. 5. *Nylandia*, ad Sinum Finnicum in hac eſt *Raſeburgum* portus commodus, è cujus regione in ſinu rupes eſt, ad quam in tranſeuntibus navibus motu perpetuo acus Magneticæ gyrantur. Præterea *Helſingfordia* mediocri portu inſtructa. 6. *Carelia* etiam ad ſinum Finnicum, in hac eſt præter *Cron-Schloſs* munimentum in mediis aquis à Czaro Moſcorum A. 1704. erectum. *Viburgum* ubi arx fortiſſima, portus celebris, Gymnaſium à Chriſtina A. 1541. fundatum. A. 1710. poſt irritas ſæpius obſidiones Moſcovitis ceſſit. 7. *Kexholmia* ad fines Moſcoviæ urbem habet cum forti arce cognominem, quam Moſcovitæ *Carelogorod* appellant. A. 1710. armis occupârunt.

Ingria ſeu *Ingermannland* inter ſinum Finnicum & lacum Ladogam, qui per Nievam fl. veluti canalem junguntur, ſita, Livoniæ, Moſcoviæ contermina eſt. Moſcovitarum jam olim ſub poteſtate erat, qui eam etiam hodie rurſum poſſident. Urbes habet 1. *Noteburgum*, *Oreſca* urbs inſulæ Lacûs Ladogæ impoſita, probè munita portúque inſtructa. Ab A. 1612. uſque ad A. 1702. à Suecis poſſidebatur, nunc Moſco paret, qui eam *Schlüſſelburg* nominat. 2. *Ivanogorodia* caſtellum rupi inſidens & Livonicæ urbi *Narvæ* oppoſitum, ab A. 1704. Moſco ſubjacet. 3. *Nyenſchanz* locus munitus penes Noteburgum. 5. *Petroburgum* S. Peterburg urbs hodie celeberrima, quam A. 1703. modernus Moſcorum Czarus ex fundamentis erexit, & propria etiam nonnunquam habitatione dignatur. Sita eſt ad ſinum Finnicum ubi hic Nievam fl. recipit, atque ita munita, ut terrâ, maríque inſuperabilis feratur. Commerciorum etiam laude floret, Mercatores Viburgo & Aboa huc ſe

confer-

conferre jussi sunt, aliáque mercimonia ex Archangel huc traducenda ferebatur.

Sexta *Livonia* intra sinum Finnicum, sinum Rigensem, Poloniam & Moscoviam sita, variâ à prima sui per Bremenses Mercatores Sæculo XII. facta detectione, fortunâ ac Dominis usa est. Primi, qui superatis Ethnicis totius Provinciæ, utì & Curlandiæ possessionem adiêre, erant Equites ordinis Teutonici, quibus deinde per Polonos & Moscos profligatis ad Regem Poloniæ transivit, sub quo perstitit donec Revalensibus opem Erici Suecorum Regis implorantibus eidem etiam pace Olivensi A. 1660. tradita sit. Postremo tamen bello rursus à Mosco impetita fame & peste plus, quàm armis ad deditionem cogebatur. Hodie, si Curlandiam demas, dividitur in *Esthoniam Esthen*, quæ pars superior, & *Lithlandiam Letten*, quæ pars est inferior. In Esthonia regione fertili, piscosis amnibus, & venatione locupleti sunt 1. *Revalia* urbs maritima, magna & dives Gubernatoris sedes, forti arce rotundo in saxo extructa, splendidis ædificiis (quæ inter eminet Basilica, quæ A. 1684. fulmine conflagravit) portu item tractandis commerciis aptissimo instructa; unde olim inter celeberrimas Hanseatico fœdere conjunctas urbes censebatur, quod etiamnum hodie docet retentum Hamburgo, Lubeccæ, aliisque commune privilegium, quod vulgò dicitur *Stapelgerechtigckeit*, vi cujus mercès omnes huc appellentes, vænum prius exponi debent, quàm alias in urbes avehi possint. Fundamenta jecit Waldemarus II. Rex Daniæ An. 1230. inde ordinis Teutonici Magistro relicta cum Narva & Wesenburgo 19000. Marcarum argenti. A. 1565. implorato adversus Moscos Regis Sueciæ auxilio eidem subjecta est, licèt binas ab his paucos intra annos obsidiones pertulerit, postremam, cui cessit, à Mosco tulit A. 1710. dum Epidemia antea ex 50000. hominum vix 3000. reliquisset, nihil tamen

men Czarus ex privilegjis illius imminuit libertati urbe relictâ, dummodo illum Tutorem agnosceret. Cæterùm forma Regiminis in urbe est Democratica. 2. *Narva* munimento Ivanogrod opposita, Gubernatoris Ingriæ sedes, Mosco paret ab A. 1704. postquam A. 1700. frustrà obsidione tentata est. 3. *Torpatum Derpt*, cujus erecta A. 1632. Universitas Pernaviam traducta; Mosco subjicitur ab A. 1704. 4. *Pernavia* Pernau parva sed munita civitas portu gaudet & Academia. A. 1710. Russis cessit. 5. *Felinium* urbs & arx. 6. *VVeissenstein* urbs forti Castello paludibus cinctô tuta. 7. *Oeselia* Oesel & *Daghoa* insulæ mediocres.

In Lithlandia parte inferiori est *Riga* Livoniæ Metropolis. Ad fl. Dunam, Emporium munitum & celebre, castellô gaudet forti, Regio Gymnasio, & priusquam incolæ Luthero adhærerent, Archiepiscopo: urbs cum tota Livonia olim Polono subjiciebatur, verùm A. 1621. ad Suecos pervenit, sub quorum possessione primùm A. 1656. à Moscis & A. 1700. ab Augusto Poloniæ frustra impugnata, donec A. 1710. peste & fame intus facilè 60000. hominum enecante. foris verò armis Moscorum petita cedere coacta sit. 1. *Dunamunda* munimentum & portus celebris; præsidiô peste absumptô An. 1710. Moscis se dedidit. 3. *Kochenhusen* urbs & munitio. 4. *Duneburg* castellum forte, quod Mosco paret. Atque has terras hodie Sueciæ nomine appellamus, præter quas paucis abhinc annis Rex Sueciæ possedit Provinciam Norwegiæ Bahusiam, dimidium Pomeraniæ, quam dein Dani & Prussi inter se partiti sunt, Ducatum Bremensem dein à Danis occupatum, Principatum Verdensem Hannoverano subjectum, wismariam quæ A. 1716. perdita est. Quid ex his possessionibus rursus Suecus pace ultima cum Dano facta receperit, in statu politico Daniæ insinuabitur.

Q. Quæ

Q. Quæ Sueciæ Dotes & fertilitas? *R.* Aëre utitur frigidô & ſano: terra paludibus, fluvjis ac lacubus, ſylvis & montibus referta. Nihilominus agris abundat, in Gotthlandia, Livonia & Finnia adeò uberibus, ut ſibi ſufficiat Suecia, niſi quòd Provincjis Borealibus eæ, quæ Auſtro propiores ſunt, ſuccurrere debeant. Paſcuis affluit in Blekingenſi & Helſingenſi Provincia, fodinis cupri, ferri, chalybíſque feracibus, in Dalecarlia præſertim, Nericia & weſtmannia etiam argentum ex monte Salberg eruitur. Sylvæ non modò ſufficientem ſuppeditant materiam foco alendo, fabricandis ædificjis & navibus, verùm etiam reſinâ mercaturam augent. Inter rem pecuariam cenſent Boves, Lepores, Volatilia diverſiſſima, feras copioſas etiam uroſos, inter piſces abundat maximè lucjis & ſalmonibus. Nec alium defectum habere videtur, quàm ſalis, aromatum, vini, & materiæ pro velamentis corporum.

Q. Quid de Inquilinis eorúmque religione? *R.* Quemadmodum jam olim Gothia ità abundavit populis, ut exteras terras hominibus oppleverit; ita hodiedum Sueciæ regnum frequentem alit incolam: ingeniô hic eſt apto, ut tradunt Hiſtorici, ad quævis, moribus ſub initium paulò aſperioribus utebatur, verùm aliarum gentium conſuetudine mirum excultis, corpore vegeto & laboribus pari. Hinc in mercaturam, belli, artiúmque ſtudia feliciter incumbit. Finnlandi præcipuè belicoſi habentur. Lappones autem morum ruditate quodammodo moleſti & de veneficio ſuſpecti ſunt. Quod Religionem ſpectat. Catholicam edocti ſunt circa A. 816. ab Anſgario Corbejenſi Monacho, qui etiam literas Gothicas ſubjectis latinis abolevit, ut veteres ſuperſtitiones unà cum ſcriptis interirent. Poſtquam verò à Guſtavo religio Lutherana inducta eſt exactis Epiſcopis Catholicis, ea in regno viget, atque ita quidem ut ipſe Rex teneatur ſe juramentô adſtringere Augu-

ſtanæ

ſtanæ Confeſſioni, quod ipſum docet Exemplum hodierni Regis Friderici Ducis Hæreditarii Haſſo Caſſeliani, qui antea in Regem Sueciæ electus non eſt, niſi ſponſione facta de adhærendo Luthérano-Evangelicæ Religioni.

Q: Quis ſtatus regni politicus? *R*. Quod Perſonam imperantem concernit poſt factam à Dania ſeparationem, proprio Rege gaudet ab A. 1525. interfectô tormenti globô An. 1718. Carolô XII. ut in Dania dicetur regnum obtinuit Ulrica Eleonora defuncti Regis Soror; ab A. 1715. conſors Friderici Ducis Hæreditarii Haſſo Caſſeliani, & acceptata quidem hæc in Reginam eſt à 4. regni ordinibus, Nobilibus nempe, Clericis, civibus, & ruſticis mutatâ regni forma, ut Hübner in Lexico refert, quam enim poteſtatem abſolutam quidvis ſanciendi Carolus XI. ſpontanea Ordinum oblatione A. 1680. nactus eſt; eadem rurſus capitulationi ordinum adſtricta, quorum etiam ordinum in Comitjis Holmienſibus dein A. 1720. 2. Aprilis conſenſu, dictus Fridericus Dux Hæreditarius Haſſo-Caſſelianus in Regem electus eſt his propoſitis conditionibus; ut ſtatuta per Regem & Reginam ſubſcriberentur, monetis utriusque effigies apprimatur, in Regis abſentia ſola hæc Regina præſtare poſſit, præterea ut dictus Dux Lutherano-Evangelicam Religionem ſuſcipiat: Regnum ſecundum ſtatuta 4. ordinum moderetur, nunquam abſolutam poteſtatem reducat &c. Judicia in hoc regno potiſſima ſunt, Conſilium Juſtitiæ, Bellicum, rei Navalis, Cancellariæ, Commerciorum, & rei Metallicæ. Bella quibus Suecia, ſe implicuit, ſunt ſequentia. Polonica contra Sigiſmundum Regem Poloniæ ſub Carolo IX item contra Joannem Caſimirum, quorum utrumque pace Olivenſi terminatum. Germanica quorum aliud pace Monaſterienſi A. 1648. aliud Noviomagenſi An. 1679. ſublatum. Danica quæ partim pace Rotſchildenſi & Haffnienſi, partim

Lundi-

Lundinensi An. 1679. composita. Postremum quod Carolus XII. adversùs Polonos & Moscos gessit, hos ferè progressus habuit. A. 1706. petita Saxonia ubi dein Pax Rastadii conclusa, Anno sequenti in Moscoviam penetratur; verùm ad Pultavam An. 1709. Sueci adeò fusi sunt, ut Rex ipse annos aliquot velut captivus ducere coactus sit; quam ubi occasionem Danus adverterat, bellum in Scaniam transtulit, quod decennio gestum, dein post mortem Caroli XII. ut in Dania dicetur, felici pace finitum est.

CAPUT XI.

DE REGNO DANIÆ.

Q. QUæ nominis Etymologia? *R.* Varias esse Authorum opiniones, aliqui è voce Dannemans deducunt; quâ hodie incolæ nominantur, quasi homines abietini ac piceis in sylvis, quibus abundat regio, enutriti. Alii viros aquatiles: alii viros egregios interpretantur &c.

Q. Quis Situs? *R.* Si ad Germaniam referas versùs septentrionem porrigitur, nec de ejus longitudine aut latitudine facilè quidpiam statuitur, cum potissimum ex insulis in mari Balthico sitis constet, nec continentem nisi ad fines Slefwicensis Ducatûs habeat. Fines ejus sunt ad meridiem Holsatia, ad Occidentem & Septentrionem mare Germanicum, ad Orientem denique mare Balthicum, quod etiâm Orientale & sinus Codanus dicitur, quod Dani sub Christiano IV. suæ potestatis fecerunt.

Q. Quæ Regionis Dotes? *R.* Aëre quidem frigido, fertili tamen solô fruitur, tritico & pecoribus, bobus maximè & equis affluit, quibus propinqua etiam regna implet.

Q. Quis

Q. Quis Incola, ejúſque Religio? *R.* Ea illis ab artibus laus tribuitur, ut nec in Politicis, nec militaribus cuiquam Nationi Europææ concedant, navali tamen militiæ aptiores. Urbani præterea habentur ab omnibus, in ſuſpicionem tamen, ac rixas faciles Religio, poſtquam per S. Anſgarium Hamburgenſium & Bremenſium Epiſcopum ad Chriſti fidem converſi ſunt, ſemper floruit in hoc Regno Catholica ad annum uſque 1537. ubi Chriſtianus III. abdicatâ religione avita inauguratus à Joanne Bugenhagio ut P. Fournier ſcribit, ſeptem, qui tota Dania erant, Epiſcopos ſemovit, & Lutheranam Religionem non modò in Daniam, ſed etiam Norwegiam induxit.

Q. Quæ Diviſio Daniæ? *R.* In tres partes dividitur. 1. In Inſulas majores. 2. In minores. 3. In Peninſulam Jutlandiam.

Inſulæ majores ſunt 1. *Seelandia* Melæ: *Cadanonia*, ferax & amœna à Scania freto Oreſundico, à Fionia mari Balthico ſeparatur. 14. mill. longa, 12. lata, 17. civitates numerat, præcipuæ ſunt: 1. *Hafnia* Coppenhagen totius Daniæ metropolis, Regúmque ſedes. Portum habet 500. facilè navium capacem, ac mercimonjis Indicis maximè clarum. Præter præclaram munitionem tribus Regjis inſtruitur arcibus, in quarum una conſtans Regis Sedes; in altera, (quæ in horto Regio cernitur) Corona Regia, aliáque ornamenta ſervantur; in tertia Reſidentia erat Reginæ viduæ, à qua Amalienburg nominatur. Præter hæc viſu digna ſunt armamentarium inſtructiſſimum, theſaurus, Caſtellum in urbis, ac claſſis Regiæ tutelam, turris ad Aſtronomiæ ſtudia à Chriſtiano IV. ædificata, quæ equis, ac curribus ad ſummum uſque præbet aſcenſum. Servatur in ea Tychonis de Brahe globus, Bibliotheca itèm publica, ad quam bis quot hebdomadis patet acceſſus. Ærea Chriſtiani V. in foro Regio Statua, Univerſitas à Chriſtiano I. fundata, à Sixto IV. pri-

vilegjis

vilegjis munita, à Friderico II. proventibus aucta multùm celebratur. Erat hìc etiam Academia equitum ex urbe Sora translata, quæ tamen sublata est. Per pontem Sublicium transitus est in insulam *Amagriam* vern. Amack, omnium fœcundissimam, in qua urbs *Christianshafen*. Incolunt hanc Batavi potissimúm, quorum huc, sub auspicjis Sororis Caroli V. consortis thori Christiani II. Colonia traducta. Celebratur præterea hæc urbs pace, quæ A. 1660. Danum inter & Suecum coaluit & Haffniensis dicitur postquam anno præcedente Sueci frustra urbem hanc obsedissent. Ab epidemica itèm lue A. 1711. & An. 1712. multum passa est. 2. Est *Roschilda* Rotschild Regum Mausolæis illustris. Nomen traxit à fonte, qui in editiori loco ebulliens per declive 7. molendinorum rotas propellit. Sedes hìc Regia Danorum jam à Rege Sueone, itèm Episcoporum Seelandiæ, quorum, quoadusque dogmata Lutheri hìc vigere inciperent, 36. numerabantur. Celebris est etiam portu & pace, quæ hìc A. 1558. cum Sueco confecta est. 3. *Helsingora* urbs, quam Christianus IV. muris cinxit. Parens verò Fridericus II. *Croneburgo* arce firmavit, quam ex ipso maris fundo ingentibus saxis & fistucatis roboribus eduxit. E Regione Helsingoræ in ora Scaniæ cernitur *Helsinburgum* munitio altera, quas interjacet celeberrimum illud fretum Oresundicum vix milliare latum, quod naves omnes mare Balthicum petentes transire coguntur, quare à Rege Daniæ constitutum primum Helsinburgi telonium. Hæc tamen civitas cùm Sueco pareret, telonium Croneburgum translatum est, hac lege, prout A. 1680. conclusum, nè de mercibus Suecicis quidquam pendatur. Postrema tamen pace, quæ A. 1720. Fridericoburgi cum Sueco coaluit, constitutum, ut etiam Sueci hoc telonium penderent, prout Hollandi & Angli consueverunt. 4. *Fridericoburgum* arx celeberrima ac pretio suo plus

quam regia, ubi pax post decennale bellum A. 1720. 23. Julii cum Sueco conclusa est, de qua in statu regni politico plura referuntur. 5. *Sora* olim Monasterium, hodie verò celebre Gymnasium. 6. *Jagersburg* Regius recreationis locus. 7. *Köge* urbs exigua cum portu: Sinus ejus, qui *Kögerbucht* dicitur, celebris est clade, quæ classi Suecorum A. 1677. à Danis illata est.

Altera insula est *Fionia*, *Fünen* amœna, & fertilis triticô, pomis, armentis boum, equorum ac cervorum. Majori fretô Balthicô à Seelandia, minori à Jutlandia separatur. Nomen traxit ab amœnitate, quod in vernaculò pulchrum sonat. Urbes habet 9. Præfecturas 21. templa 264. ac promontoria duo nautis cavenda. Inter urbes Metropolis est *Ottonia Ottensee*, ubi Luthericolæ Præsulem habent, altera est *Neoburgum* munita, portúque instructa, Parlamenti olim Danici sedes, & transitus in Seelandiam.

Insulæ minores: 1. *Lalandia* Frumenti feracissima. 2. *Falstria* unde brevis trajectus in Germaniam. 3. *Mona* ubi ex altissimis montibus creta effoditur. 4. *Langelandia* 6. mill. longa, uno lata, arcem regiam habet probè munitam. 5. *Arroa* sylvis instructa, anisíque dives. 6. *Samus Danica*, *Samsoa* venationibus, ac piscationibus aptissima. 7. *Amagria*, de qua in Haffnia. 8. *Soltholmia* producendo fœno destinata. 9. *Boringia* seu *Bornholmia* in orientali maris plagâ sita.

Peninsula *Jutiæ* inter mare Septentrionale ac Orientale, sita, cum Ducatu *Slesvicensi* olim *Chersonesum Cimbricam* faciebat; inde in *Jutiam meridionalem* (quæ hodie Ducatus *Slesvicensis*) & *Septentrionalem*, seu *Jutiam propriè Jütland* dividebatur. *Jutiam Meridionalem* seu Ducatum *Slesvicensem* ad Ripam fl. protensum, & magna ex parte Regi Daniæ subjectum, ùt cap. de Germania, ubi de Ducatu

Sles-

Slefwicenfi actum fuit, diximus. *Jutia Septentrionalis*, quæ tota Dani eft; fecundùm 4. Civitates principes in 4. diœcefes dividitur: 1. eft *Arhufia Arhus* Emporium nobile, ac commodo portu inftructum. Adverfum huic Scaniam inter & Jutiam finum *Codanum* vern. *Schagerrak* vocant; quod nomen toti Orientali Oceano tribuitur. 2. *Alburgum*: 3. *Viburgum* wiborg cum fua Diœcefi, quam inter & Alburgum finus *Limicus* cernitur. 4. *Ripa* ad fines Ducatûs *Slefvicenfis* mercimonjis ac portu celebris. In ejus Diœcefi eft urbs *Coldinga* forti caftellô munitâ, ubi A. 1711. Rex refidebat, dum Epidemia Haffniam depopularetur. Hìc præterea telonium folvitur à bobus, qui quot annis copiosè ex Jutia trans Ripam ducuntur. Itèm *Friderici Oda Fridrichs ode* exigua, fed munita civitas.

Q. Quis Regni hujus ftatus Politicus? *R.* Olim Daniæ Regum erat certæ capitulationi & arbitrio regni ordinum adftrictum; fed Fridericus III. liberatâ à Suecis Haffniâ abfolutam nactus eft poteftatem A. 1660. & hodie Chriftianus VI Friderici V. Filius regnat; cujus potentia potiffimûm in infulis fita, poffidet regnum etiam Norvegiæ, magnam partem Ducatûs Slefwicenfis, Comitatum Oldenburgenfem & Delmenhorftanum, & nonnulla in oris Afiæ, ac Africæ. Bellum Sueco poftremum denunciavit A. 1709. ad Pultavam cæfo; decenni hôc bello, Danus A. 1710. ingenti clade afflictus eft, Scaniâ, in quam primùm excenfionem fecerat, relictâ; verùm A. 1712. Bremenfem Ducatum, dein Duci Hannoverano traditum, A. verò 1713. & 171. Ducatum Holfatiæ; & anno fequenti bellô in Pomeraniam translatô Stralfundiam unà, & Infulam Rugiam occupavit, donec 1720. 21. Julii pace Fridericoburgi factâ his conditionibus conventum: maneret Sueco Ducatus Pomeraniæ citerioris ad fl. *Peene* usque cum urbe Stralfundia, Principatu, ac Infula

Rugiæ cum munimento Marſtrand, aliiſque inſulis redderetur Wiſmaria cum adjacenti territorio in Du catu Megalopolitano : Dano verò telonium Natio nibus aljis commune in freto Oreſundico etiam à Suecis poſthac penderetur, & 600000. Imperialium perſolverentur.

CAPUT XI.

DE NORVVEGIA.

Q. QUæ nominis Origo? *R.* *Norvvegia*, incolis Norrike, ſic dicta, quòd Septentrionem versùs extremo loco ſita ſit, quem Germani, quibus antiquitùs annumerabatur, *Nord* appellant; inde etiam *Normanni* dicebantur.

Q. Quis ſitus? *R.* Ad Orientem à Suecia monte *Sevone* altiſſimo, qui continuo tractu inter Norwegiam & Sueciam Lapponiam uſque excurrit, dividitur: ad Meridiem *Sinui Codano*; ad Occidentem, & Septentrionem Oceano *Septentrionali* contermina, prope 350. mill. longitudine adæquat.

Q. Quæ diviſio Norwegiæ? *R.* Dividitur in *Norvvegiam ipſam*, & Inſulas Norwegiæ proximas.

Regnum ipſum *Norvvegiæ* ſex Præfecturas continet: 1. eſt *Bahuſia* ad Sinum Codanum ſita, quæ A. 1660. Suecis in pace ceſſit; in ea *Bahuſium* ad fines Daniæ rupi, quæ fluv. *Trolheta* cingitur, impoſitum. Circa A. 1309. ab Aſquino IV. Norwegiæ Rege ædificatum, A. 1678. fruſtra à Danis obſidione preſſum. 2. Præfectura *Aggerhuſia* priori adſita, in ea 1. *Aggerhuſia* arx ad Sinum *Ansloga* ubi à Rege Daniæ conſtitutus Norwegiæ Locumtenens reſidet. 2. *Ansloga*, *Opslo* arci Aggerhuſiæ oppoſita, Præfecturæ Metropolis, poſtquam tota in cineres

redacta

edacta eſt ; A. 1614. à Chriſtiano IV. reparata, & *hriſtiania* dicta. Gaudet Præſule, & curiâ, ad quam egni totius præcipuæ lites devolvuntur, regni arſque Præfecto Aggerhuſiæ præſidente. 3. *Fride-icoſtadium* urbs ſuperiori primùm ſæculo ad oram Aggerhuſiæ extructa, ubi fl. *Glamme* mare petit. A. 717. in cineres redacta eſt. 4. *Friderichshall* urbs, c arx probè munita ad fines Bahuſiæ. A. 1716. à uecis in hanc Provinciam fruſtra irrumpentibus cata, paulò pòſt ad Danos redjit. A. 1718. rurſus tenata, globô tormenti Carolo XII. Sueciæ Regi necem intulit; ex hac Provincia celſiſſimi navium nali, afferéſque & ligna in omnes oras evehuntur; præterea rupibus ſcatet, nec niſi in vallibus, & ad nare habitationi accommoda. 3. Præfectura *Berenſis* ad mare Septentrionale habet Bergam Regni Metropolim, mercimonjis, portúque claram, qui artim arce, ac inviîs montibûs defenditur: à nonullis inter Hanſeaticas numeratur. A. 1702. prope ota incendiô perjit; hinc exportantur pretioſæ peles, & ſalparum induratarum ingens copia, quarum aptura eſt in Januario. 4. Diœceſis *Stavangrienſis*, ujus pars una in regni extremitate, altera in medio ernitur; temperato fruitur aëre, ac omnium maximè colitur ad oram maritimam; urbem habet *Stavangriam* mediocrem. 5. Præfectura *Nidroſiana*, *Drontheim*., quam Sueci A. 1718. Duce Arenfeldio occupârunt, ſed in Januario A. 1719. occisô ad urbem *Friderichshall* Rege ſuo per invias rupes redierunt, ubi non pauci frigore conſumpti. In hac 1. *Drontheimium* ſeu *Nidroſia* emporium nobile Archipræſule ornatum. In hac urbe erat olim Baſilica D. Olao ſacra, cui vix alia ſimilis in orbe fuiſſe à nonnullis creditur. 2. Memorandus venit Euripus totius Oceani Septentrionalis maximus, veterum *Tartarus*, *Maëlſtrôm*, qui ad 12. in circuitu milliaria accedentes naves abſorbet. 6. Præfectura *VVardhu-*

ſtenſis, quæ ad promontorium Septentrionale extenditur, vulgò *Nord-Capo* habet *Vardhuſium* arcem veterem, ac ſemirutam, parvæ inſulæ impoſitam. Terra Præfecturæ hujus ſterilis, nonniſi paſcua quædam recenſet. Incolæ dicuntur *Finnen*, & *Lappen*, & mediô annô intenſiſſimam hyemem, medio æſtatem habent.

Inſulæ Norwegiæ proximæ ſunt 1. *Islandia* veterum *Thule* in medio oræ Norwegicæ, inſularum Britannicarum & Grönlandiæ ſita, 100. mill. longa, detecta dicitur ſimul, & primùm à Norwegis inhabitata A. 874. urbes habet *Scalotum*, & *Balleſtadt* ſeu *Beſtade* Gubernatoris Danici ſedem; cæterùm incola potiſſimùm montium cavernas incolit, qui perpetuo nivibus tecti: maximè memorandus eſt *Hecla*, qui nonnunquam medias inter nives flammam eructans copioſum mercatoribus ſulphur ſuppeditat, ob frigus frumento caret, paſcuis tamen adeò lætis affluit, ut certam pecori menſuram definire neceſſe ſit. Fontes præterea hìc viſuntur, quorum alterius aſcendentes vapores omnia convertunt in lapides, alter verò certam bibenti necem infert. Incola, qui ingenio olim nulli facilè nationi Nordicæ conceſſerat, hodie ùt Hübner refert, religionem colit Lutheranam, relictâ, quam A. 1000. in vicem Idololatriæ ſuſceperat, Catholicâ. 2. Inſulæ *Hitlandicæ*, & 3. *Gleſſariæ* ſeu *Ferroënſes*, quæ cum ad Scotiam pertineant, ibidem quærendæ. De *Grönlandia*, *Nova Zembla*, & *Spitzberga* agetur P. VI.

Q. Quæ Regionis dotes? *R.* Utitur cœlo aſpero, duráque hyeme, terra ſterili ob rupium, arenæ, ac ſylvarum copiam, ubi quercus & pini ſtruendis navibus aptiſſimæ. Affluit magnete optimo, & in Præfectura *Drontheim* fodinis, cupri tamen magis, ferríque, quàm nobilioris metalli feracibus.

Q. Quis incola, ejúſque Religio? *R.* Animo gaudet aperto, laborum præterea patiens, piſcationi, vena-

venationi, & navali plurimùm militiæ idoneus. Inundatâ Galliâ, Belgio, & Britannia omnibus terrori fuit: hinc præterea egreſſi ſunt, qui Neuſtriam Galliæ Provinciam obruerunt, & à ſuo nomine *Normanniam* dixerunt. Religio paſſim Lutherana viget, poſtquam Catholica, quam Olaus circa An. 995. induxerat, juſſa exulare.

Q. Quis ſtatus Politicus? *R.* Regibus olim gaudebant proprjis, formàque Monarchica, utì & fœminarum gubernio, ùt quidam volunt, plurimùm delectabantur: in unum verò regnum cum Dania coivit ſub exitum ſæculi 14. quando Margaretha Waldemari III. Danorum Regis Filia defuncto ſine hærede Olao Norwegiæ Rege, cui nupſerat. Daniæ ſimul & Norwegiæ regnum obtinuit, quæ deinde regna per electionem rursùs diviſa Chriſtianus ex Familia Oldenburgica adeptus eſt.

Q. Quæ antiqua trium dictorum regnorum diviſio, & qui incolæ? *R.* *Sueciam*, *Norvvegiam* unius peninſulæ nomine veteres *Scandinaviam* dixêre *Jutiam* peninſulam incoluêre *Cimbri*, à quibus dicta *Cherſoneſus Cimbrica*. Inſulas Danicas obtinuêre *Teutones*, à quibus Germaniæ nomen deductum volunt quidam. Suecicam *Gothiam* inhabitârunt *Gothi*, qui quinto & ſeqq. ſæculis in *Oſtrogothos* & *Viſigothos* diviſi, Italiam armis inundârunt.

CAPUT XII.

DE ANGLIA.

Q. QUæ nominis origo? *R.* Ut *Britannia magna* ab ævo Jacobi I. Angliam, Scotiam & Hiberniam complexa, à Gallis *Bretonibus* eò profectis (alii à voce *Brit* vern. pulchrum derivant, quòd incola hoſtem petiturus cæruleo ſe colore ad terro-

rem incutiendum pingere ſueverit) nomen traxit; ità Anglia ab Anglis antiquis Jutiæ incolis, qui cum Saxonibus regno ſuccurrentes maximâ ad *Betfortum* illata clade regnum occupârunt.

Q. Quis ſitus? *R.* Totum trianguli formam exhibens, 80. mill. in longum, 60. in latum protenditur, & habet ſubjectum ſibi mare Britannicum, ad dexteram mare Germanicum, ubi Batavi haleces capiunt; ad ſiniſtram mare Hibernicum, ad Septentrionem fl. *Tvveda*, & *Solvvay*: murum duplicem (quorum unum Agricola, alterum Adrianus ad Scotos ac Pictos arcendos erexit) Scotiam ſeparantem, ſemirutum Alexander Severus Rom. Imp. reſtituit, & millenis quibúſque paſſibus caſtellis muniri juſſit: hodie ſola rudera ſuperant.

Q. Qui Angliæ fluvii? *R.* *Thameſis*, qui mari Germanico; *Saprina*, qui lacûs inſtar Hibernico, & *Trenta*, qui æſtuario *Abus*, vel *Humber* miſcetur.

Q. Quæ Angliæ diviſio? *R.* In *Angliæ* & *VValliæ* Ducatum; illam veteres *Lœgriam*, hanc *Cambriam* dixerunt. In Anglia 7. minores ſunt Provinciæ, olim totidem Regna Anglo-Saxonibus I. *Cantium* *Kent*, ad fretum Gallicum, in hac: 1. *Cantuaria* metropolis perelegans: Archiepiſcopus Regni Primas Regi Coronam imponit. 2. *Roffa* vern. *Rocheſter* Epiſcopalis, ponè fl. Meduacum, in quo claſſis Regia omni bellico apparatu, & in regni tutelam ſemper parata. 3. *Chatta* ad fl. *Thameſim*, ubi Britannica claſſis ab Hollandis An. 1661. incenſa. 4. *Graveſanda* portus ab Henrico VIII. munitus. 5. *Gronvicum* amœniſſimus Regum Angliæ ſeceſſus. 6. *Sandovicus* & *Dubris*, vern. *Dover* celebres adverſus Gallos portus; ille mercimonjis Hollandorum frequens, hic forti caſtello in monte erecto tutus: uterque ſede, ac voce gaudet in Parlamento. 7. *Litora Cantii* vern. *Duns* in quibus natura portum efformavit recipiendis navibus tutiſſimum.

II. *Eſſe-*

II. *Essexia*, ad Thamesim fl. ubi 2. *Comitatus* vern. *Shires*: *Midlesexia*, & *Essexia*. In *Midlesexia* 1. urbs totius Angliæ Princeps *Londinum* annis ante Christum 60. à Rege *Lud* reparata, 4. censens in ambitu mill. Ger. & 600. ampliùs plateas, Ecclesias Parochiales 97. seu juxta alios 122. præter 13. conventuales, ædium 100000. Epidemica lue An. 1665. An. verò 1666. quatriduano incendio (quo 20000. domorum, & 90. Ecclesiæ combustæ) fœdata est. Antiqua ejus mœnia posuit Constantinus M. pontem è saxo 330. pass. longum, 20. fultum fornicibus, & continuis ornatum ædibus, Thamesi instratum jactat; D. Paulo Æthelbertus sacravit Basilicam Episcopi sedem, cui plumbo tecta incumbebat pyramis pedes 534. alta, quæ A. 1087. cælesti igne deflagravit. In suburbjis secundùm Thamesim arx est regia *VVithal*, sedes quondam regia, & Palatium *S. James* dictum, ubi Parlamentum convenit: item Abbatia ab Elisabetha Regina structa, ubi Reges tumulantur, ac inaugurantur. Locus captivorum *Turris Londinensis* dicitur, ubi corona Regia fertur asservari. 2. *Hamptoni Curia* vern. *Hampton Cour* Regius recreationis locus regnante Henrico VIII. ædificatus, & à Jacobo I. reparatus. *Essexiæ* Comitatus alter (in quo traditur è Danorum sanguine nasci plantam sanguineis baccis luxuriantem, vern. *Danes Blood* quasi *Danicus Sanguis* dictam) numerat 1. *Colcestriam* à Rege Coilo A. C. 224. extructam: Lucii, Helenæ, & Constantini M. patria. Incolæ conficiendo panno ac bysso dant operam. Ex ea obsessa A. 1648. Regii extremùm huc confugientes fame expulsi. 2. *Harvicum* portum commodum, infrequentem. Aër bonus hic nisi in maritimis locis: rari incolæ; divites tamen croco, & ostreis Angliæ celeberrimis.

III. *Sussexia* Heptarchiæ tempore meridionalium Saxonum, ubi comitatus *Surria* & *Sussexia*. In Susse-

xia (quæ aëre crasso, & ob litus brevibus, scopulisque atrox nullo commodo portu fruitur) urbes sunt: 1. *Ciceſtria* vern. *Chicheſter* Episcopalis & mercimoniis frequens. 2. *Aruntina* vern. *Arundel*. 3. *Rium* portus ad ostium fl. *Rither*: immunitatibus gaudet iis, quibus 5. præcipui portus. In *Surria* nîl præter sitûs peramœni arcem ad *Thamesim*.

IV. *VVestſexia*, in qua 7. minores comitatus: 1. *Hantonia*, vern. *Southampton* vel *Hanshire* regio totius Angliæ jucundissima aurâ temperatâ, pascuis optimis, frumentô, sylvis, ac melle abundans: mercimonia pannô potissimùm ac lanâ definiuntur: urbes habet: 1. *Vintoniam* vern. *VVincheſter* Episcopalem, aliis *Veneta Belgara* dicitur, in valle sitam, & Romanorum tempore ob pictos acu pannos clarissimam. Variis hæc bellis civilibus vastata, Palatium ostendit (ubi Regis Arthuri mensa) de quo Equitum Ordini nomen. Constantinus Tyrannus à militibus in Imperatorem hìc electus. 2. *Southantonia Southampton* civitas quondam ac portus populis frequens, benéque munitus, Eduardô III. regnante à Gallis combustus: sub Richardo I. pristinæ fortitudini ac pulchritudini restitutus est. 3. *Portum magnum*, vern. *Portſmouth*, qui peramplus forti castellô ac munitione penè insuperabili, curante Rege Carolo II. defenditur. Urbis armamentarium inter 4. præcipua Regni refertur. 4. *Vectim* vern. *VVicht* insulam naturâ juxta, ac arte munitam, fortìque munimento *portus novus* dictô instructam. 2. *Bercheria* vern. *Barcheshire* titulô comitatûs donata An. 1625. urbem habet *Vindeſorium* vlem, at arce egregiâ ab Eduardo III. munitam, à quo A. 1350. institutus dicitur Ordo Equitum *D. Geogii*, seu *Periſcelidis* vulgò *von den Blaven Hoſenbant*, cujus originem Polydorus Vergilius ex saltu deducit, in quo perditam à Comite quodam Salisburiensi periscelidem cæruleam, Rex Eduardus elevavit, & pro ornatu gestavit,

ſtavit : alii veriùs memorant Eduardum Ordinem Regis Arthuri reſtauraſſe, ac dum æmularetur Rex Galliæ Philippus Valeſius juſſiſſe, ut Equites hi periſcelidem hanc in diſcrimen aſſumerent. Caput hujus ordinis Rex Angliæ, Equites numerat 25. qui cæruleum gemmis, ac margaritis dives ligamen ſemper ſiniſtro in pede deferre coguntur: ſiniſtro in humero ſcutum D. Georgii gerunt, quod rubra cruce, ligamine cæruleo, ac ſtella ornatur. 3. Comitatus *Viltoniæ* vern. *VViltshire* ubi 1. *Salisburia* urbs Epiſcopalis & amœna cum curia, & templo, in quo 12. turres, & 365. feneſtræ. 2. *Malmesburia*, à celebri Hiſtorico Angliæ williamo, & An. 705. Concilio celebrato memoranda. 4. Comitatus *Dorſetiæ* vern. *Dorſetshire*, ſeu *Dorcheſter* avibus maximè affluens, ſalubríque aëre, ibi 1. *Dorceſtria*. 2. Portus *Vimutium* vern. *VVeymuth*, qui inter tres optimos Canalis portus habetur. 3. Peninſula *Vindelis* vern. *Portland* 7. mill. protenſa, undique prope cincta rupibus: ob ligni inopiam fimus vaccarum accenditur. Lapides hìc cæduntur optimi. 5. *Sommerſetia* æſtatis tempore ob paſcua, & campos floridiſſima. ſeptentrionem versùs plumbô dives: in montibus lapis *Calamicaris* invenitur: medicamentis, & cupro in auricalcum vertendo inſerviens. Urbium caput eſt *Briſtolium* urbs Epiſcopalis eximiæ magnitudinis, & munitionis, commercjis tractandis percommoda. Minores ſunt *VVellæ*, & *Bathonia* uno gaudentes Epiſcopô: poſtremam ſalubres thermæ illuſtrant. 6. *Devonia* Comitatus ſtanni, plumbíque fodinis celebris, argenti quondam ferax, & magnete in rupe *Dartmore*. Urbes habet 1. *Exoniam* vern. *Exceſter* à flu. *Ex* nominatam, portu, Præſule, panni mercatu celebrem, varjis etiam obſidionibus, quas à Saxonibus, Danis, aliiſque ſuſtinuit. 2. *Plimuthum* portum inter totius regni celeberrimos, quà munitione, quà commoditate & magnitudine. Hinc oriundus

juxtà,

juxtà, ac solvisse dicitur A. 1577. navi *Pelicanò* dicta Franciscus Dracus Pyrata celebris, intra triennium ac 3. dies totum orbem circumnavigans: immani præda onustus redjit. Est é regione sinus *Torbay*, securissimam à Noto Lybico stationem exhibens 7. *Cornubia* vern. *Cornvval*, extremus Angliæ occidentem versùs comitatus, in modum cornu in mare porrigitur, stanni probatissimi dives, quô Richardus Cornubiæ comes ditissimus sui temporis redditus: fossores dein Eduardo III. regnante ex una in 4. societates divisi: ab hoc comitatu *Cornubiæ Dominus* audit Regni hæres. In eo: 1. *Falmuthum* urbs cum portu 100. navium capaci, magnitudine cum Brundusio certans. 2. *Promontorium Antivestæum*, vern. *The lands ende*. Huc referuntur oppositæ Insulæ *Silures* vern. *Silley*, ex quibus sola, quæ *S. Mariæ* est memoria digna.

V. Provincia *Anglia orientalis*, divisa in comitatum *Cantabrigiam*, *Nortfolciam*, & *Suffolciam*. In *Cantabrigia* urbs est, *Cambridge* Academiâ celebris, ab Eduardo I. fundata: in Collegio Regio ab Henrico IV. erectum sacellum inter pulcherrima orbis ædificia numerari potest. 2. Episcopatus *Elcensis*. In *Nortfolcia*, quæ cicures lepores profert, urbs est *Nordovicum* Episcopalis, inter primas Angliæ ob magnitudinem, situm, frequentiam & pannorum levidensium opificium Sub Eduardo Confessore floruit; peste, igne, bellis civilibus ac externis sæpiùs est afflicta. 2. *Jarmuthum*, quinque portuum Angliæ membrum antiquissimum, totius hujus oræ maritimæ clavis. In *Suffolcia*, quæ aura salubri, solo arenoso, oryzâ, linô ac ovibus abundat, est *Gippevvicum* vern. *Ipsvvick* portus frequens, & commodus, qui à Danis unà cum urbe propè funditùs deletus; itèm *Clarentia* ob solam Genealogiam notanda.

VI. *Mercia* Heptarchiæ tempore separatum regnum, sic dicta *Meore*, quæ quasi confinia significat, eò quod

eò quod regnum in meditullio Angliæ ſitum. Hìc comitatus ſunt 19. 1. *Bukinghamenſis*, à fagis dictus. 2. *Hartfordienſis*, qui hortus Angliæ dicitur; à mercatorum maximè copia nobilis. 3. *Betfordienſis*. 4. *Hundingtonenſis*: quivis cum urbe cognomine, parum notâ, niſi quod *Betfordia* inter antiquiſſimas Angliæ, & ſæpiùs funditùs deleta. 5. *Northantonienſis* frequens incolis, ac ſplendidis ædificjis, ubi urbs *Northantonia* A. 1675. in cineres redacta, dein pulchriùs reſtituta, & *Petroburgum* Epiſcopalis. 6. *Oxonienſis* vern. *Oxford* fertilis & ſylva *VVichſvvodenſi* celebris, in quo *Oxonium* magnitudine juxtà, ac pulchritudine cum primis Angliæ certans; Epiſcopatus ab Henrico VII. fundatus eſt. Urbs, Britannorum Athenæ, 17. Collegjis, Aulis 8. præcipuis claret: opimis Profeſſorum redditibus, & inſtructiſſimis Bibliothecis, quæ ſoli Vaticanæ cedunt, celebratur. Vigebant hìc ſtudia jam Saxonum tempore, ſed Danorum irruptione interrupta ab Alfredo Rege Saxone ad A. 872. reſtituta ſunt: dicuntur hìc aliquando numerata 30000. ſtudioſorum. 7. *Gloceſtrienſis* diverſis rebus abundans, ubi priſcis temporibus vini colebatur copia, utì & tabacæ, à Parlamento dein prohibitæ. Quercus hìc celebres, ferrum, & chalybs; Optimus quoque pannus conficitur, ſeu colorem, ſeu lanam ſpectes, quæ optima in *Lootvvaldenſibus* monticulis colligitur. Urbs præcipua eſt *Gloceſtria*, antiquis *Ilevum*, templis culta, in cujus primariæ Eccleſiæ choro fornix eo artificio conſtructus, ut auris uni parti applicata, vocem etiam ſubmiſſam altera ex parte emiſſam percipiat. 8. *Monumetenſis*, ubi *Monumethia* Regis Arthuri reſidentia, à vittis, hìc quondam confici ſolitis, celeberrima. 9. *Herfordienſis* lanâ ſubtiliſſimâ *Lereſterore* dictâ gaudens. 10. *VVigornienſis*. 11. *Varvicenſis* tribus prælijs notiſſimus. 12. *Liceſtrienſis* cum civitate cognomine. 13. *Ruthlandia* minimus Angliæ Comitatus, nomen

habet

habet à rubra terra: urbs ei *Ochamum* vern. *Oukam*; cujus arcis diſtrictum nullus nobilis eques ſubire audet, nî aut equi ſoleam perdere, aut eam redimere velit. 14. *Lincolnienſis*, in quo ferarum, ac volucrum ſubinde 3000. capiuntur: alabaſtrum profert. Regionis templa, quibus gaudet pulcherrimis, utì & viliſſimis domibus, polito lapide extructa ſunt. Hìc ſub Henrico VIII. aratro effoſſa eſt aurea galea gemmis ornata, quæ Reginæ Catharinæ oblata. Urbs *Lincolnia* Epiſcopo claret. Celebris eſt gemino prælio: uno, in quo Mathildis Regem Stephanum cepit A. 1140. altero, quod Henricus III. A. 1217. adversùs regni ſtatus obtinuit. 15. *Nottinghamenſis* dulcî ligno abundans, cujus caput *Nottinghamia*, ubi arx cryptis, & cameris ad bis mille paſſus in vivo ſaxo exciſis ſpectabilis; adjacent multæ domus, quæ unà cum tectis & caminis ex ſaxo exciſæ. 16. *Darbienſis* cum urbe *Darbia*. 17. *Staffordienſis* Alabaſtro optimo, ferrifodinis, carbonibus lapideis, ſale, piſcibus, cervis, ac perdicibus abundans. 18. *Salopienſis* vern. *Shrops*. Et 19. *Ceſtrienſis* ad fl. *Dæam* ſitus, cujus Comes natu maximus Angliæ hæres naſcitur. Primus præter urbem *Staffordiam* Epiſcopatum habet *Liechtfeldienſem* Epiſcopatui Conventrienſi, in Warvicenſi Comitatu ſito junctum. Nomen habere dicitur à cadaveribus Chriſtianorum, quæ campum hìc Diocletiani tempore oppleverant: alter urbem *Salopiam* vern. *Shrovvsbury* ædificjis ac munimentis inſtructam: Poſtremus *Ceſtriam* urbem præclaram, ac divitem, quæ Eadgarum Regem de octo Britanniæ, & Inſularum Regibus vidit triumphantem in navicula, cujus ipſe clavum regebat, Regibus ſubditis remos moventibus.

VII. Provincia *Northumbria* Septentrionem versùs Scotiæ proxima, formam pyramidis exhibet; ſolo gaudet aſpero, & foſſilibus carbonibus abundat. In hac 1. Ducatus *Eboracenſis*, & *Lancaſtrienſis*. In Ducatu

catu Eboracenſi venationibus, ac piſcationibus commodo, equis itèm optimis, & achate nigro abundante urbes ſunt 1. *Eboracum* vern. *Yorck*, poſt Londinum maxima, ac celeberrima cum Archiepiſcopatu omnium Angliæ antiquiſſimo: Cantuarienſis præcedit; hic titulo Primatis gaudet. Hìc mortuus fertur Imper. Severus, & Conſtantinus Conſtantini Chlori filius in Imper. electus. 2. *Hullum* Emporium munitione, armamentario; & portu inſigne. Ob Carolum I. urbis hujus poſſeſſionem capere volentem excluſum, ortum eſt bellum inter illum & parlamentum. 3. *Richmundia*, in qua optimi gladii fiunt. Ex *Lancaſtrienſi* Ducatu, Reges 4. Angliæ coronam geſſerunt, Henricus nempe IV, V, VI, VII; qui poſtremus contractis cum Eliſabetha Eduardi IV. ex Eboracenſi ſtirpe filia nuptjis bello finem impoſuit, has inter familias magno ardore geſto. Eſt Lancaſtria Romanorum, ùt Cambdenus putat, *Longovicum* ad ripam Lunæ ſita. Præter hos Ducatus ſunt Comitatus: 1. *Cumbria*, ubi *Carleolum* vern. *Carlile* Epiſcopo nobilis, quæ Ptolomæi *Leucopitia* putatur; itèm mons *VVro Noſe*: cupro gaudet. 2. *VVeſtmaria* ubi *Applebia*. 3. Comitatus *Dunelmenſis* ubi *Dunelmum* vern. *Durham* cum Epiſcopo, ubi Ven. Bedæ monumentum eſſe fertur. 4. *Northumbria* Angliæ totius, qua Scotiæ cohæret, limes, in qua *Barvicum* primum, ac munitiſſimum Angliæ ad fines Scotiæ munimentum, ac *Caſtrum novum* vern. *Nevvcaſtle*, ubi carbonum foſſilium vis ingens ex foſſis 30. aut etiam 50. Orgyarum profundis eruitur.

Ducatus *VValliæ* (cujus nomen ab *Idvvallo Cadvvalladeri* ultimi Brittonum Regis filio derivant) altera Angliæ pars, à quo etiam Coronæ hæres *Dux* cognominatur, lingua utitur veterum Brittonum. Saxonibus ſub hæc montana nunquam penetrantibus. incorruptas uſque hodie perſtitit: terra ob montes, & ſylvas ferè ſterilis eſt, quæ in *Auſtralem & Borealem*

sem dividitur. *Australis* frumento, rebúsque cæteris affluens continet 1. *Clamorganiam* cum urbe Episcopali *Landava*; ad cujus litus *Sulli & Barri* insulæ, in cujus posterioris rupe marina per rimas fabrilis operæ strepitus percipiuntur. 2. *Brechiniam*, vern. *Brecknock*. 3. Comitatum *Maridunensem* vern. *Caermardan*. 4. *Penbrochiensem* ubi præter urbem ejusdem nominis forti munitam castello portus *Milfordia* Angliæ tutissimus, ac nobilissimus, & urbs Episcopalis *S. Davidis* ùt ædificjis, ita incolis destituta. 5. *Ceretica* vern. *Cardigan*. 6. *Radnoria*.

Borealis pars habet 1. *Mongomeriensem* comitatum. 2. *Merviniam* vern. *Merioneth* divitem ovibus, qui in altissimis, ac in acûs modum erectis errant montibus. 3. *Arvoniam* vern. *Caernarvam* cum urbe cognomine, quæ ex ruinis *Segontii* crevisse putatur, & urbe Episcopali *Bangoria*. 4. *Denbighensem*. 5. *Flintensem*, cum *Flinto*, & *Fano S. Asaphi*, ubi referunt ad A. 560. numeratos monachos 663. quorum 300. agriculturæ, reliqui divinis continua successione vacabant. Huc quoque pertinent *Mona* vern. *Anglesey* Insula, sedes antiqua *Druidum*, tritico, re pecuaria, alumine, & cupro opulenta, & *Monæda* vern. *Mon* lino, canabe, & pascuis læta: hujus incolæ lites prope ignorant, 12. Judicibus, quos *claves regionis* vocant, cuncta illicò decidentibus.

Q. Quæ antiqua Angliæ divisio? *R.* Romanorum tempore dividebatur in *Britanniam primam*, quæ partem *meridionalem complectebatur*, & *maximam Cæsariensem*, quæ etiam *Britannia secunda* dicebatur. Hæ rursus complectebantur *Atrebatios* populos in Bercheria: *Belgas* in Sommersetia; *Brigantes* in Anglia septentrionali, *Cantios* in Cantio: circa Herfordiensem Comitatum *Catieuchlanos*, *Coritanos* circa Lincolniam, *Silures* circa Sabrinam.

Q. Quæ Regionis dotes? *R.* Terra plana, nec invia sylvis, aut noxjis & venenatis animalibus formidan-

nidanda. Incommodo utitur aëre, ventis, pluvjis ac tempestatibus subjecto; abundat frumento, pascuis, feris itèm (si lupos excipias, ab incolis extirpatos) & fructibus: vini loco nobilem habet cerevisiam, lanam pretiosam, pannos selectos, linum itèm pro vestibus. Equos ac canes alit nobiles; cupri, stanni, plumbi, ferri, ac argenti fodinis dives.

Q. Qui inquilini, & quæ Religio? *R.* Originem ex Saxonibus, Danis, & Normannis ducunt, excitatæ sunt indolis, agiles, & forma egregii, maximè veteres Brittones septentrionem versùs, scientiarum notitia præditi, plurimùm Philosophiæ experimentalis. Idololatriæ deditis Josephus ab Arimathia primus fidem catholicam prædicavit; latuit ea tamen usque ad tempora Lucii Primi Catholici Regis Britannorum, inde floruit usque ad adventum Saxonum, ubi rursus gentilitia sacra reducta sunt, ad A. 596. adveniente S. Augustino, rursus religio Catholica ad Henricum VIII. usque, qui facto cum Catharina Ferdinandi Regis Arragonum filia divortio, obedientiam summi Pontificis excussit, Réxque ipse Parlamenti decreto A. 1534. Ecclesiæ Anglicanæ caput constitutus est. Nihilominus variæ Sectæ vigent, *Puritanorum* præcipuè, *Non-Conformistarum*, *Independentium*, *Presbyterianorum*, *Anabaptistarum*, *Quackorum &c.*

Q. Quis regni status Politicus? *R.* Totum imperium partim penes Regem (qui hodie est Georgius II. filius Georgii I. Anno 1714. post mortem Annæ Reginæ ad Thronum Angliæ vocati) partim penes Parlamentum est, quod in *domum superiorem, & inferiorem* dividitur. *Superioris* membra sunt præcipuæ statûs & conditionis personæ, ùt Episcopi, Prælati, & Principes, qui vulgò *Milord* dicti subinde 188. numerantur. *Inferior* verò ex deputatis Provinciarum, & urbium, quibus ad id per privilegia potestas est, consurgit. His omnibus Rex præsidet in

suggestu coronâ, ac veste talari instructus, & no nisi de regni statu, expeditionibus, legibúsque ve ferendis, vel abrogandis decernitur; secundùm ta men pluralitatem votorum, præter Parlamentum plu res alii judiciales consessus sunt.

CAPUT XIII.

DE SCOTIA.

Q. QUæ nominis origo, qui situs. *R.* Alii à Scy this, alii à Britonnibus, alii ab Hispani deducunt nomen. Ubi Angliæ jungitur, per fl. *Tvvi dam* & sinum *Solvvay*, seu *Itunæ* dividitur, mar cincta est ad dextram Germanicô, ad sinistram Hi bernicô, Septentrionem versùs Oceano *Deucaledoni* ab antiquo Scotiæ nomine *Caledonia* dicto. Long. 50. lata 30. germ. mill.

Q. Quibus aquis irrigatur? *R.* Fluviô unô *Tav* vern. *Tay* dictô, & 4. æstuarjis vern. *Tyrtk*, *Bodo triæ* nimirum, *Varræ*, *Itunæ*, *Glottæ*. In primi in sula *Bassa* rupes eminet: mense Augusto ingenti an serum copiâ repleta, pro quorum nidis congesta ab jis ligna, incolis in annum sufficiunt.

Q. Quæ Scotiæ divisio? *R.* Antiquitùs in 7. par tes, hodie potissimùm secernitur in *Scotiam Meridio nalem*, *Septentrionalem*, *& Insulas Scoticas*.

Q. Quid de parte Meridionali? *R.* 21. Comitatus numerat, suntque 1. *Lothiana*, seu *Laudiana* ad fl. *Fortheam*, in qua celebris *Caledonia* sylva per mon tem *Grampium* immensum difusa incipit; in hoc monte vaccæ candidæ, & tauri albi Leonum instar jubati errabant tantæ feritatis, ut quidquid homi num halitu afflatum sentirent, abhorrerent; hodie cum sylva extirpati. Urbes hic *Edimburgum*, anti-

quis

quis *Castrum puellarum*, regni caput Parlamentô, Academiâ, & sede quondam Episcopali clarum. Frequentes numerat incolas & domos, quarum plurimæ 7. contignationes adæquant; arce munitissima defenditur, ob montis, cuî insidet, altitudinem, ac asperitatem prope invincibilis, pro varia tamen urbis fortuna illa quoque capta est; aliæ sunt *Letha* vern. *Lyth* portus percommodus. *Dumbarum* ubi A. 1659. primùm Oliverius Cronwelus Carolum I. cæcîdit 5000. fusis; 11000. captis, & *Duglassium* arx, cujus sola extant rudera. *Tifa* inter *Fortheam & Tavum*: ejus terra viscosa est & sterilis, nisi ad littus ubi bonum profert frumentum, piscibus etiam, carbone fossili, & sale abundat: in littore eminet *Andreopolis* Academiâ, & Archiepiscopô regni Primate nobilis. 3. *Merchia* cum civitate mediocri *Coloniâ* vern. *Coldingham*. 4. *Divotia* vern. *Tivedal*. 5. *Escia*, *Eskal*. 6. *Tvvedia*, *Tvvededal*. 7. *Annandia* cum urbe cognomine ad æstuarium *Itunæ*, ubi accolæ salmones jucundô spectaculô hastîs venantur. 8. *Nithia* cum urbe modica *Dumfreja*, forti tamen castello instructa. 9. *Gallovidia* olim *Brcgantià* ob subtilem lanam, & rem pecuariam celebris; hìc præter urbem *Casam Candidam* vern. *VVithern*, portu instructam terræ tractus in mare protenditur, antiquis Chersonesus Novaatum. 10. *Carricta*. 11. *Coila*, seu *Covalia*, ubi urbs *Aera* vern. *Ayr*, portus frequens; ac ædificijs splendidus. 12. *Cuninghamia* cum urbe *Renfroana* ad fluv. Glottam. 13. *Cantyra*. 14. *Knapdalia* penitus ignota. 15. *Argathelia* vern. *Argyle*, cujus Dominus primus Comes est: 7. Sinubus ex æstuario *Glottæ* infusis discinditur; Episcopô gaudet. 16. *Lorna* ad sinistram regio plana, ubi rudera castelli *Evonii*, in quo prisci Reges habitârunt; ex ejus ruinis excitatum putatur *Stephanodunum* vern. *Dunstafag* urbs munita, & portu instructa. 17. *Menthitia*, vern. *Mentheid*, in quo urbs Episcopalis

Dumblanum. 18. *Strathernia*, ubi *Abernethum* urb quondam celebris vetus Pictorum regia, hodie exi gui momenti. 19. *Levinia*, vern. *Lennox* ad æstua rium *Glottæ*, ubi *Dumbritonium* arx insuperabili credita, *Alcluthæ* bicipiti rupi imponitur, per quam ægrè hominibus singulis patet ascensus; pro fossis *Levino* lacu, *Glottâ* fl. & planitiæ cingitur, quæ con tinuo Oceani æstu irrigatur. 20 *Sterlinga* cum arce cognomine ad *Fortheam* fluv. splendidâ, ac prob munitâ. Hinc moneta Anglica *Sterling* dicitur, quòd primùm hìc cusa sit. Hìc murus Imperat. Severi 21. *Glotiana* vern. *Clysdal*, urbe principe gaude *Glascovio* vern. *Glasquo* totius regni secundâ, Archi episcopatu, Academia, & Emporio clara; sitû ac pulchritudine Edimburgo superior est. 2. Exhibet *Hamiltonüm* arcem fortem ac Ducatûs titulo insignem

Q. Quid in parte Scotiæ *Boreali*? *R.* Comitatu 15. 1. *Angusia* ad ripam Tavi comitatus *Doceglassio rum*, qui in comitjis coronam præferunt Regi. Hìc *Brechinium* sedes Episcopalis. Urbs *Donum DEI*. vern. *Dundee* navibus & lanificio clara: itèm *Mons Rosarum* vern. *Montrose* locus exiguus. 2. *Mernisia*. 3. *Marnia* in quo *Aberdonia* vetus & nova; illa scholis publicis, & Episcopo clara, hæc Salmonum captura dives, quibus Galliam ditat. 4. *Buchania* cujus Littus electro abundat. 5. *Moravia* cum sede Episcopali *Elgin*, & propugnaculo *Innerniô*. 6. *Perthia* ubi urbs *Perthum*, seu *S. Johnston*, sitûs amœnitate, & Regum olim inauguratione celebris. Itèm *Dunckeld*, seu castrum *Caledonium*, urbs vetus & Episcopalis, quæ mare *Deucaledonium* cognominavit. 7. *Gorea* regio fertilis, ubi lapis, quem in omnem partem vertas, nunquam loco movebis. 8. *Albania* vern. *Braid-Alban* (quo nomine universa quondam Scotia & primogeniti Regum filii insigniebantur) montibus aspera, latronibus latibula præbet. 9. *Atholia* referta paludibus. 10. *Loquabria*. 11. *Rossia*

ampla

mpla Provincia, à qua Epiſcopus in urbe *Chano-*
co vern. *Chanonry* reſidens nomen habet. Sinus an-
quis *Portus ſalutis*, hodie *Cromartium* dicitur. 12.
ſinthum vern. *Aſſinth* ſterilis regio, & quæ à pluri-
is Roſſiæ adjicitur. 13. *Sutherlandia* montibus ple-
, & glirium impatiens, portu *Dornocô* claret. 14.
rath-Navernia, ubi nîl præter feras, marmor can-
dum, alabaſtrum, variáque trophæa à cæſis Da-
rum Regibus reliqua. 15. *Catheneſia* ubi promon-
rium Veruvium ad Orcades inſulas vern. *Dungysby*
Eccleſia Epiſcopalis.

Q. Quæ inſulæ adjacentes? *R.* 1. *Hebrides*, ſeu
budæ, & *Occidentales* vern. *The VVeſternes Iles*, 44.
umero, ſeu 300. ex quibus notiores: *Leogus* vern.
evvis, *Viſtus* vern. *Vuſt*, *Scia*, *Mula*, *Cola*, *Tyri-*
s, *Ula*, *Arania*, & inſula *S. Columbi* vern. *Cholm-*
il, in cujus oppido *Sodore* dictarum inſularum Epiſ-
pus reſidet. Incolæ traduntur inculti, ſemicrudis
arnibus, in convivjis lacte victitare, humi ſom-
um capere, & nullis aëris injurjis moveri. 2. *Or-*
des vern. *Orckney* 23. ſed 13. ſolùm habitantur.
Maxima eſt *Promonia* vern. *Mainland* Epiſcopi ſe-
es: abundat halecibus. Olim in Liflandiæ, Po-
eraniæ, & Gothiæ oris capiebantur, ubi tanta
atâbant copia, ut etiam remos nautis impedirent.
. *Hitlandicæ*, ſeu *Schetlandicæ* inſulæ 6. numero;
ræcipua horum *Mainlandia* eſt ejuſdem nominis cum
Orcadum maxima: hæc montibus aſpera, tauris,
accis albis, & piſcibus abundat. 4. Inſulæ *Far-*
enſes, ſeu 16. *Gleſſariæ* vern. *Ferro*. 5. *Islandia*,
e quibus in Dania memoratum.

Q. Quæ Scotiæ dotes? *R.* Angliam piſcium, ha-
ecum maximè, & ſalmonum negotiatione ſuperat.
Auri & argenti fodinis gaudet, marmore, ac mar-
aritis: aëre acri & ſereno.

Q. Quis ſtatus regni Politicus? *R.* Idem ferè qui
Angliæ, niſi quòd Parlamentum ſpeciali Privilegio

gaudeat; hodie eidem Regi subjacet, cui Anglia, Reges ex unica familia numerantur 112.

Q. Quis incola, ejusque religio? *R.* Nobiliores amantes doctrinæ, populus parùm cultus, militari tamen fortitudine cumprimis clarus. Religionem potissimùm reformatam colunt, Presbyterianis principatum tenentibus. Olim dum adhuc idola colebant, *Druides* sacrificia administrabant.

CAPUT XIV.

DE HIBERNIA.

Q. Quæ nominis Origo? *R.* Ortum habere à voce *Hibernia Hier*, quæ Occidentem significat, eò quòd Angliæ, versùs Occidentem contermina, unde à nonnullis *Occidentalis Britannia* dicta: vocatur etiam *Juverna*, *Jerna*, *Iris*.

Q. Quis Situs? *R.* Insula undique aquis cincta ad occidentem Oceano occidentali, ad Septentrionem mari Deucaledonio, ad orientem verò, ubi ab Anglia dividitur, mari Hibernico, seu *Canali S. Georgii*. Longa est fere 60. Germ. mill. lata 30.

Q. Qui fluvii Hiberniæ? *R.* Præter paludes, & lacus copiosos fluvii sunt: *Senus* vern. *Shennon*, qui Oceano occidentali. Et *Barrojus* vern. *Barrovv*, qui ad dextram mari Hibernico miscetur.

Q. Quæ Hiberniæ divisio? *R.* Olim in 5. provincias, seu regna dividebatur, hodie in *Ultoniam*, *Guilly Lageniam Lein*, *Connaciam Connaugty*, *Momoniam Moun*.

In Ultonia 9. comitatus sunt. 1. *Dunensis* vern. *Dovvne*, ubi *Dunum* urbs, quam Hiberni reclamantibus Scotis, Duns Scoti patriam dicunt. 2. *Antrimensis*, in quo *Antrimum* melioris notæ Emporium & *Ru-*

: *Rupes Fergusii* vern. *Knokfergus* monasterium quon-
am celebre, nunc urbs portu commodo, castello
èm rupi imposito instructa. 3. *Colranensis* ad fl.
annum cum castello *Colrano*. In Insula *S. Eugenii*
ern. *Inis Ovven* est *Londino-Deria* vern. *Londondery*
rbs sic dicta ab Anglorum Colonjis, cùm anteà *De-*
ia diceretur. 4. *Dunghalensis* seu *Tyrconensis*, ubi
ortus *Dunghalia*, & urbs *Rapoa* exigui nominis.
. Comitatus *Tyronensis* in medio Hiberniæ situs,
lim amplior, ac in *superiorem & inferiorem* divisus;
odie cum pars superior ditioni Londinoderiensis ac-
esserit, præter urbem *Charlemont* nihil habet. 6.
Fermanaghensis frequentiores lacus, pauciores civita-
es numerans; præcipuus *Ernus* est, olim fons in a-
ro amœnissimo, superfusis tamen aquis dein in la-
um evasit, quod apparentes sereno cœlo turres pro-
are videntur; in hoc lacu plures insulæ, quas inter
a, quæ *Purgatorium S. Patritii* dicitur, spectris abun-
lat: huic adjacet urbs *Inskilling* superiori bello nota.
7. *Monaghanus*. 8. *Cavanensis* ubi præter arcem *Ca-*
vanum urbs parva *Chilmoria*. 9. *Armachanus*, in
cujus urbe principe *Armachia* Archiepiscopus regni
totius Primas.

In *Lagenia* est 1. Comitatus *Luthensis* vern. *Lo-*
uth, in quo præter urbem *Lutum* gemini valdè com-
modi portus: *Calingfordia*, & *Drogheda*. 2. *Dubli-*
nensis ubi *Dublinum* urbs totius regni prima, castello,
fossis, mœnibus, armamentario instructa, & Portu ob
Grillium arenæ pulvillum non sat commodo. Archie-
piscopo, templo S. Patritii, & Academiâ Reginæ
Elisabethæ munificentiâ erecta celebris. In hoc co-
mitatu lacus *Eongue* salmonum ferax, in cujus fundo
defixum lignum in ferrum, in aqua verò in saxum
mutatur. 3. *VVexfordiensis* ubi urbs *VVexfordia* am-
plo portu, fortíque castellô munita. Ceteri sunt: *Kil-*
dariensis, *Viclöensis*, *Caterlagensis*, *Longofordiensis*,
Comitatus *Midiæ occidentalis* vern. *VVest-Meath*, *Mi-*

diæ orientalis seu *East-Meath*, comitatus *Regis* vern. *Kinges*, *Reginæ* vern. *Quenes*, *Kilchenensis* ad fl. *Barrojum*.

In *Connacia* Regione, est 1. Comitatus *Slegensis* vern. *Slego* cum urbe cognomine. 2. *Letrimensis*, in quo *Letrimum* forte Castellum ad *Sennum* fl. 3. *Mayensis* ad mare situs, cæterà ignobilis. 4. *Roscomensis*, in quo urbs *Atlona* comitatûs titulo insignis, quæ nitrati pulveris vi A. 1597. repentè succensi, magna sui parte imminuta est, & *Agrimum* ad quam Galli postremò insignem cladem tulerant. 5. *Gallivensis* vern. *Gallovvay*, ubi urbs *Galliva* emporium nobile, & tuta statio tribus insulis *Araa* dictis clausa, in quibus nulla corpora putrescunt. 6. *Clarensis* ad mare; in quo *Clara* exigua, & *Tuama* pagus insignis Archiepiscopô.


In *Mommonia* est 1. Comitatus *Limmericensis*, ubi *Limmericum* urbs quà munitione, quod ultimo bello comprobatum, quà splendore, ac magnitudine secunda Hiberniæ. 2. *Tiperariensis* cum urbe Archiepiscopali *Cassilia*. 3. *VVaterfordiensis* ad dextram, in quo *VVaterfordia* immunitatibus juxta, & commercjis Limmerico ac Dublino par; portum habet percommodum ad fl. *Barrojum*. 4. *Corcaviensis*, in quo tres portus: *Corcavia*, *Kinsalia* & *Jogalia* commodi, ac sat ampli. 5. Comitatus *Desmoniæ*, in quo magnus sinus *Balatimora*, unde celeberrimo illi Hiberniæ portui *Balatimore* nomen. 6. *Kerriensis* cum urbe *Ardato* nullius momenti.

Q. Quæ Regionis dotes? *R.* Humido ad occidentem fruitur aëre, ob frequentes tamen ventos & crebros montes salubris. Cæterùm nec frigore, nec nimio æstu incola infestatur. Terra ferax, magis rei pecuariæ, quàm agrariæ inservit, unde etiam opes regni potissimùm sunt, armenta, greges ovium, quas bis quot annis tondent, apes etiam in cavernis petrarum: nulla venenata aut gignit, aut nutrit animalia.

malia. Lupos, quibus abundabat, diligens incolarum venatio excidit.

Q. Quis incola, ejusque Religio? *R.* Moribus olim fuêre barbari, quód occisorum cruor, quem tum haustui, tum faciei lavandæ adhibebant, ostendit. Hodie nonnihil cultiores, bellóque idonei; ità religionem Catholicam coluerunt, ut postquam eam circa A.C. 432. à D. Patritio edocti essent. Hibernia Sanctorum dici meruit: post fugatos ex Gallia Hugonotos, qui huc se receperant, missásque ex Anglia Colonias, fides hæc prope tota oppressa est.

Q. Quis status regni Politicus? *R.* Olim proprjis parebant regulis, quibus civili inter se bello commissis Henricus II. Angliæ Rex nobili exercitu ad An. 1172. ùt P. Fournier vult, adfuit, & ordinibus insulæ desiderantibus ejus possessionem sub Dominî titulo adjit; donec Henricus VIII. primùm Regis titulo A. 1555. insignitus sit. Hodie per Pro-Regem gubernantur modò Monarchjis proprio; quippe Parlamentum ex integro Regi subjacet.



PARS SECUNDA.

De Europa Reliqua.

CAPUT I.

DE HUNGARIA.

Q.  Uæ nominis origo? *R.* Appianus vult *Pannonem* Regem primùm Hungariæ nomen dedisse *Pannoniæ*: Robertus Stephanus in thes. ling. lat. *Pæonem* Endymionis fil. *Pæoniæ*: alius *Hunnos* eam de suo nomine *Hungariam* appellâsse: recentior mavult *Ugros*, seu *Jubaros* (gentem è *Jubra* regione Duci Moscoviæ vectigali) hanc tellurem petjisse, unde *Ugria*, seu *Jubaria*, pòst *Hungaria* enata.

Q. Quis Hungariæ situs? *R.* 80. mill. germ. in longum, in latum 70. excurrit: ad Occasum Austriæ, Moraviæque, à Septentrione per montes *Carpathicos*, olim *Sarmaticos*, Poloniæ; Transylvaniæ cum Valachia ab ortu, ad austrum Sclavoniæ, ac Serviæ objicitur.

Q. Qui fluvii eam alluunt? *R.* 1. *Danubius*, qui 60. ferè amnium undas excipiens, in pontum Euxinum eâ vi per 6. aut 7. majora ostia se evolvit, ut oceani aquis per 10. mill. germ. non misceatur. 2. *Tibiscus*, Plinio *Patissus*, *die Teiss*, cujus tertiam

par-

partem à Piscium copia fieri multis creditur. 3. *Dravus* Sclavoniæ objectus. 4. *Arrabo*, vulgò *Raab*. 5. *Granus* &c.

Q. Quæ antiqua, ac moderna Hungariæ divisio? *R.* Pannoniam à *Cæcio* monte Belgradum usque porrectam veteres distinxêre in *Superiorem*, seu *Primam*, quæ majorem Austriæ partem, Carinthiam, Carnioliam, Styriam, Croatiam: & in *Inferiorem*, sive *Secundam*, quæ Bosniam, Sclavoniam, partem Serviæ, Hungariámque *Cis-Danubianam* complectebatur: Hungaria *Trans-Danubiana*, Brietio Teste, *Dacia* audjit. Hodie Hungariæ nomine veniunt 50. vel 60. *Comitatus*, autsi mavis, *Palatinatus*, *Gespanschafften*. Si fluvjis insistere lubet, commodùm dividitur in Cis-Danubianam, Meridionalem, seu Inferiorem, & in Superiorem, Trans-Danubianam, aut Septentrionalem.

Q. Quid in *Superiori* notandum? *R.* 1. *Posonium*, urbs externis operibus minimè imbecillis, & regni caput, dum Buda Turcorum jugo premeretur; arcem in clivo habet conspicuam. Ædis S. Martino sacræ, quadrato lapide à Ladislao R. A. 1090. structæ pretium auget corpus S. Joan. Eleemosynarii. Vicibus ternis nempe An. 1027. Henrico III. Imp. An. 1075. D. Ladislao, ac A. 1621. Gabrieli Bethlem robore invicto restitit.

2. Urbes *Submontanæ*, regiæ, liberæque: *S. Georgii*, *Modera*, seu *Modra*, & *Bazinium*, aut *Basinium*. 3. *Vallis Mariana* ob iconem B. V. Thaumaturgæ celebris. 4. *Arx Rubra*, Germ. *Bibersburg*, *Divinum Teben*, *Stompha*, & *Kiraly Falva*, arces Palfyanæ familiæ subjectæ. 5. *Tyrnavia*, Hung. *Nagy-Szombat*, *à Tyrna* amne nuncupata, murô vetustô, & lata planitie cingitur. Collegio Societatis JESU Tyrnaviam ex mandato Cæsaris Mathiæ A. 1615. Sellyâ translato adjuncta, sunt 5. Collegia Clericorum, aliorúmque nobilium educationi destinata,

nata, è quibus Collegium *Rubrorum* eminet. Universitas ab A. 1635. originem suam Emm. Cardinali Pazmany Strigon. Archiep. debet. 6. *Leopoldopolis* ad palmæ novæ æmulationem munitione hexogonâ à Leopoldo I. Rom. Imp A. 1664. donata: à fortalitio nobili *Vagus* fl. *VVaag*, hostem arcet. 7. *Trenchinium* urbs regia, liberáque à *Terentio* Romano Cive, seu *Terentiano*, ætate Juliani Apostatæ, nomen traxit: encomii plurimùm sibi vendicat ob templum Patrum S. J. cujus elegantiæ par vix in Hungaria: arx, murus, aggéreque vim omnem elusit Ragozii. Non multùm inde discédit *Abbatia de rupibus*, Sclavon. *Szkalka*, condita A. 1223. à SS. Andrea, & Benedicto Eremitis olim habitata; in vicinia acidularum fontes copiosi, & Thermæ *Pesteniæ*, Limpidæ, ac plurimorum valetudini idoneæ. 8. *Szakolza* à voce Sclav. *Szkala*, quòd Saxo incumbat, dicta: Moraviæ fines respicit, ac Basilicam D. Michaëlis A. 1021. structam exhibet. 9. *Solna*, Germ. *Silein*, oppidum à cocta Cerere, pannô, tritici copia, aliísque id genus celebris. 10. *Illava*, aut *Illavia* (oppidum in paucis cultum) & *Bistriza* arces habent *Vago* fl. imminentes. 11. *Nitria*, *Neütra* urbs, quam arce multùm firmâ illustrem *Nitra* fl. exambit. A. 1663. Turcis dedita, at insequenti mox sibi Cæsar vindicavit. Episcopatus hic cum *Olomucensi* (olim *Juliomontano*) fundatus legitur à Frigedilda Rosmundi Morav. R. conjuge A. 396. additum à Geysa R. 12. Canonicorum Collegium. 12. *Uyvarinum*, *Neuhäusl*, fortalitium propugnaculis pulchro ordine locatis, ac palude 108. pedes lata circumseptum, non semel obsidentium lusit industriam. Id A. 1663. Ottomanus occupavit, cui Caprara Gen. 1685. Heisterus verò Ragoczio An. 1710. extorsit. 13. *Galgoczium*, *Freystad*, sub tertium Hungarorum adventum unius è 7. Ducibus, nomine *Lebel*, sedes. 14. Geminum *Tapolzan*, quorum posterius arcem habet,

bet, ùtcunque munitam : *Uyhelinum* juxtà *Vagum* fl. ob amplitudinem & præposituram nominandum. 15. *Thuroczium*, hodie *Znio* arx comitatum, & Præposituram cognominans, olim amplissima, donec continuata Ferdinandum I. inter & Joannem Szapolyam lite ad has angustias redacta esset. 15. *Varallyæ* (germanis ob insigne olim monasterium, *Closter* dicta) & *Stubna* Thermis celebris, loca sunt Magnatum, Nobiliúmque conventui designata. 17. *Liptovia*, nunc *Lipsa* secundùm *Vagum* fl. medio vallis incubat: civitas, olim Ducatûs insignibus illustris, divésque est ferri fodinarum, ac auri, quarum una recèns detecta fertur.

18. Ex septem urbibus, à situ *Montanis*, præcipuæ: *Neosolium*, *Neusol*, seu *Bistricia*, *Veterosolium*, *Schemnizium* & *Cremnizium*. *Neosolium* Basilica B. V. gloriatur, arcis instar fossâ ac propugnaculis munita: conditam ferunt A. 1499. E finitima *Valle Dominorum* cuprum copiosius eruitur: aqua ibidem, cui immersum ferrum in cuprum abit. In montis *à Junipereto* dicti, Veterosolio proximi superficie deprehendi à messoribus sata aurifera, seu filamenta auri, testatum facit Marsillius. *Schemnizium* argenti fodinis potissimam partem cincta, tempore belli superioris in Turcos facilè 9. millionibus ærarium Cæsaris auxit: *Biberiana* fodina, vulgò *Oberbiberstollern* in annos singulos 228800. Marcas, ùt ajunt, effundere consuevit. *Cremniczii* è vitibus claviculos, & folia ex auro defæcato subinde enata esse; imò puero cuidam dentem succrevisse aureum, auctor est P. Fournier S. J. aurum, quod hìc in nummos tota Europa celeberrimos cuditur, ab annis amplius 900. effoditur, aliáque Metalla pretiosa: fodina urbi propior 2. mill. germ. excurrit, cujus sedilia lignea cortice ità obduxerunt *aquæ Roseline*, ut vix à lapide discernas. 19. *Baracan*, aliàs *Parkany Gockern*, non procul Strigoniô, ubi An. 1683. Turcæ à Christianis

nis magna ſtrage afflicti. 20. *Verebély* oppidum ab amplitudine celebre, cui tribunal proprium: incolæ *Prædiales* audiunt. 21. *Novigradum* ſeu *Neograd* præſidium inſigne, è quo An. 1594. Turca ejectus, ac iteratò A. 1685. quum id A. 1663. recepiſſet. 22. *Füllekinum* Arx à Turca ferè ſolo æquata. Specus hic, ubi, ceu ſtatuæ, conſiſtunt ſaxa ex unda (quæ ut primùm defluit, indureſcit) deſtillante conflata. 23. *VVacia VVaitzen*, urbs Epiſcopalis, olim Muſarum, dein Martis domicilium; ſtructa traditur cum arce, à Geyſa I. R. Hungar. A. 1076. in honorem Vacii cujuſdam Eremitæ, & loci incolæ. Turci poſtremùm eam militi Cæſareo dedere coacti fuêre A. 1684. adſita eſt inſula *S. Andreæ* à Raſcianis inſeſſa, quæ A. 1712. multùm diſcriminis ſubjit aquis exundantibus. 24. *Hatvainum* urbs cum arce ponè *Zagyvvam fl.* belli calamitatibus obnoxia: An. 1685. ſubjicientibus ignem Cæſareis, in buſtum abjit. 25. *Peſtinum*, ſeu *Peſtum*, libera urbs, Romanis, quòd Budæ objiciatur, *Trans-Acincum* dicta. Anno 1541. reſiſtente nemine, eam occupavit Solymannus; at recuperata eſt An. 1602 & rurſus An. 1684. à Duce Lotharingo demum A. 1686. In campo vicino *Rákos* ſub tentorjis quondam generales totius regni conventus fiebant 26. *Göngyöſinum* oppidum propter *Göngyös* fl. vern. *Gemmeum*, in ſolo fertili, frumentô, vitibúſque locuplete. Secundùm montem *Matra*, qui auri venas haud pridem foſſoribus obtulit, viſitur fons prodigiô à D. Ladislao è petra elicitus. 27. *Agria*, Hung. *Eger*, germ. *Erlau*, civitas ab ipſis Romanæ fidei incunabulis Præſule clara. Ad Auſtrum ob Thermas oppidò ſalubres eſt inſignis, in vanum obſidione petita à Solymanno; à Mahomete III. An. 1596. capta, milite præſidiario contra fidem datam enſi ſubjecto; ad Leopoldum Imp. redjit A. 1687. *Miſkocz* locus Agriæ vicinus, à vini generoſitate celebratur. 28. *Roſnavia*, *Roſenau*, Hung. *Roſno-*

Rosnobanya urbs minimè augusta, & fodinis ferri dives. Luthero plurimùm olim devota, Synodos subinde, accitis undique Ministellis, celebravit. Hodie Gymnasiô Patrum S. J. donata, Catholica est. 29. *Scepusium* germ. *Zips* seu *Zipser-haus*, Hung. *Szepes* Arx Poloniæ contermina, ac in rupe eminens, cui faciliorem aditum ex uno solùm latere natura concessit. Tractui non modico nomen tribuit à Saxonibus maximam partem habitato: dum Tartari in Hungariam effunderentur, hæc invicta perstitit. Infra est *Varallya* nobile oppidum, quod cum aliis 12. Polonis in pignus cessit. 30. *Leutschovia* regia urbs, liberáque, à Germanis *Leutschau* vocata. Hujus districtus est valde amplus. 31. *Kesmarkinum*, seu *Cæsareopolis*, *Kayserś-Marck* urbs Regia & libera ad radices montis in Hungaria facilè altissimi; solô gaudet tritici, ac lini divite: ab Hussitis crebrò acerbiùs vexata, dein in libertatem vindicata; ære Tökölianis oblato. 32. *Eperiesinum*, Bonfinio *Aperiasium*, Regiis, liberísque urbibus merito accensenda: dicitur *Eperies* à fragorum, Hung. *Eper*, frequentia). *Torissa*, seu *Tarcza* fl. affunditur muro duplici, cui nova annîs hîsce addita opera. Urbs quia cum Polonis tractat commercia, cùm opulenta, tum incolis frequens, variis bellorum discriminibus objecta fuit. A. 1710. exactô urbe Ragocziô, libertatem recepit. Ad vicinos colles fons acidularum oritur gratus odore, & unda saluber. Pone *Sosvarinum*, *Sóvár* salsæ aquæ venas ac lacus suspicias, è quibus in capacissimis aheneis cadis sal excoquitur. 33. *Bartpha*, *Bardfeld*, regia & libera urbs, à Carolo I. R. Condita, alluitur *Tepla*, *Leika*, & *Brise* amnibus. 34. *Cassovia*, *Caschau*, quasi *pultium locus* ab agro milii ex quo *Kasa* fit *Hungarica*: Bonfinius *Gormanum Jazygum* nominat. *Hernado* fl. germ. *Kunnert* accumbit, muro triplici cincta, ac (ùtùt denuò à Ragoczio munita) oblatis pacis conditionibus A. 1711.

Cæsa-

Cæsari se subdidit. Domus hìc non incultæ, & Camera Regia Hungariæ superioris: Universitas, ac Generalis Præfecti militiæ sedes. An. 1712. urbis partem miserùm ignis corripuit. 35. *Unguarinum* arx ad *Ungum* fl. quæ fors Hungariæ toti nomen fecit; Nec Gymnasium nec Thermæ proficuæ id loci desiderantur. 36. *Oroszvég* pagus Ruthenorum præcipuus trans *Saborczam* fl. cum nationis ejusdem Episcopo. 37. *Patakinum* juxta *Bodrogum* fl. arx à furente Ragoczio, exuta munimentis: Ibidem primum Ord. S. Pauli Eremitæ Primi, Cœnobium structum An. 1225. à Bartholomæo Quinque-Ecclesiensi Antistite: accessit residentia Patrum S. J. Calvini erroribus opposita. 38. *Tokainum*, muris, arce insigni ac *Bodrogo* fl. ubi Tibisco miscetur, munitum: crebrò à Christianis amissum, recuperatum semper; pòst cuniculis rebellium Botskay, Tököly, & Ragoczii propè est eversum. Vinum tota Europa celebre in ejus collibus, in quibus aurea vitis prognata etiamnum in Cæsareo Gazophylacio conspicitur. Hos inter colles sunt *Tarczallenses*, *Tallienses*, & *Madenses*. 39. *Echedinum majus*, (*minus* quippe ab A. 1701. ruinis suis incumbit) seu *Etjedium*, non accessum hostibus propugnaculum, ob aquas à *Krasna* fl. quaquaversum emissas. Huic & *Varadino minori*, *Kis-VVard* paludibus cincto affunduntur oppida, *Haydonica* dicta ab Hungaricis peditibus, ut: *Szobozzlo*, *Nánás*, *Vámospéris*, *Hathasz*. 40. *Zolnokinum* urbs vallis terreis robusta ponè *Zagyvvæ* fl. ostium. Hanc cum arce A. 1552. diripuit Ottomannus; at Cæsareorum virtus sibi A. 1685. vindicavit. Mox trans *Tibiscum* sese explicant campi *Cumanorum majorum Tartarinorum*, seu *Ismaëlitarum* ab Ismaële ex Agar genito: eorum sedes præcipua *Kolbász-Szék*, si latinè efferas: *Sedes Farciminis*. *Minorum* quoque *Cumanorum* locus est cis *Tibiscum Keskemét*, ob annuas nundinas memorandus. Fuit & hìc, ùt multis placet, vetus *Partiscum*,

iſcum, inſigne oppidum *Jazygum Metanaſtarum*, quos
lii *Philiſteorum* nomine inſigniunt. Regio in longum
rope 6. mill. excurrit, pecorum gregibus affluens.
Locus princeps fertur *Jasbéreny*, ubi ædes *S. Salva-
ori* ſacra, unde Provinciæ *S. Salvatori* nomen, 41.
Colocza urbs admodum vetuſta, Danubium fl. coro-
nat: Lazius *ad Statuas* ſeu *Colloſſos* nominat. Archie-
piſcopalem ejuſdem inſulam hodie Emin. Card. E-
mericus *Csáki* geſtat. Repetitis vicibus in eam fer-
rum, ignîſque Ottomannicus ſævjit: Auſtriorum verò
jura excipit ab A. 1686. 42. *Zentha*, ad quam in-
ſignem de Turcis victoriam retulit Seren. Princeps
Eugenius An. 1697. cæſis 20000. in Tibiſcum de-
merſis 10000. præter numerum captorum ingentem.
43. *Czanadinum*, ſeu *Chanadinum* urbs arce munita,
claret ab A. 1036. dignitate Epiſcopi: vigori pri-
ſtino ferè eſt reddita, à quo Temeſvarinum Turcis
in prædam obtigit. 44. *Szegedinum* urbs regia &
libera (Emporium, dum Turcis paruit, celeberri-
mum) vetuſtati debet præſidium peramplum cum bi-
nis Propugnaculis, in Tibiſci aquas excurrentibus.
Fortalitium recens poſt factam An. 1686. à Turcis
Mercio Duci deditionem, robur inſigne jactat. E
20. Ædibus ſacris duæ ſuperant, in quarum una, ſci-
licet *B. V. ad Nives* comitia celebraſſe fertur Ma-
thias Corvinus R. Annexum huic diſtrictui *Vásár-
helynum* 600. facilè domibus habitatur, quas inter
ſcatens Calvini erroribus gymnaſium: paludes undi-
que affunduntur. 45. *Arad* urbs cum arce mercimo-
njis intenta, novis à pace Carlovicenſi munitioni-
bus aucta, irritos fecit A. 1707. Ragoczii affultus.
46. *Gyula*, ſeu *Julia*, quibuſdam vetus *Ziridava*,
juxta *Criſium* fl. Hung. *Fekete*, id eſt *nigrum* ad di-
ſcrimen inter *Feyer*, *Album*, & *Sebes-Körös velocem*:
præſidium hoc non ignobile Turcus ab A. 1566. in-
coluerat, deſerere id coactus A. 1698. 47. *Varadi-
num majus*, *Groſſ-VVardein* ponè *Criſium velocem* he-

xagona munitio, ab incolis *aureum propugnaculum* audit. Sede Episcopali, & Basilica B. V. illustrem reddidit D. Ladislaus, adjectô pro juventute Gymnasiô. Tricennalî Turcorum jugô eam exemit Heisterus Dux An. 1692. in vicinia Thermæ proficuæ: *Szent-Job* locum vicinum, sudibus, vallísque munitum obtinuit A. 1686. Comes Caraffa; globô incendiariô in Turrim pulvere pyrio refertam jactô. 48. *Debrecinum*, *Debritz* præ reliquis Hungariæ urbibus amplum, ambitur fl. *Samosiô*, ac 15. ferè mill. planitie, quam vis pecorum innumera oberrat. Juventus sat frequens isthìc à Calvini asseclis eruditur: A. 1707. Cæsarei militis furorem ægrè urbs sustinuit; pòst A. 1710. Ragoczio erepta, liberæ regiæque titulis potitur. 49. *Szattmarinum in Samosii* fl. insula vastum, ac munitum, urbem *Nemethi* regiam, liberámque conflans, in qua Collegium generale studiorum Calvinianis. 50. *Nagybania*, germ. *Ungarische Neustadt*, Istuanffio *Rivulus Dominorum*, amni *Zazurd* imminet cum arce: vicinia ab auri, argentíque venis, si Koleserio fides, locuples; at neglecta, Marte crebrò nimiùm in eam desæviente. 51. *Hustium* propè *Tibisci* fontes; in arcis robur ars æquè, ac natura conspirat. A. 1566. hostem rejecit quàm fortissimè; dehinc A. 1605. Transylvano Principi Botskay, fame urgente, se dedere coactum. Sal præstans lapidis instar cæsus, in exteras regiones copiosus avehitur. 52. *Mungatschium* munitio rupi arduæ innixa, olim Ducatûs insignibus illustris, ternas ferè arces complexa, quæ pontibus committuntur; excisâ è lapide fossâ accessum prohibente. A. 1688. post triennalem obsidionem tradita est Cæsari à conjuge Tököly. A. 1360. Monachis Græcis Ecclesiæ unitis struxit *Dux Mungatschiensis* Cœnobium, dein Episcopali Insula donatum: Commodùm subnectendus venit *Comitatus*, seu *Bannatus Temesiensis*, Tibisco, Danubio, Transylvaniæ affusus, atque dexterita-

eritate Seren. Principis Eugenii Augustissimo Nò-
rò subjectus A. 1716. eô scilicet, quô occupata *Te-*
nesia. Hung. *Temesvár* à *Temeso* fl. nominata. Hanç
um Mahometes Bassa A. 1552. tertio assultu sube-
it, in annum usque prædictum Ottomannus tenuit.
Moles tota munitione suburbanâ, vulgò *Palankâ*,
rbe interiori; arce, ac sic dicta insula constans in
alustri loco à frequentibus, ac opulentis civibus co-
ebatur; Bannatus quippe 1500000. fl. pendebat quot-
nnis, grandes eam muri, structura vetus, ac turres
mbiunt: hodie Strategorum Cæsareorum operâ vix
xpugnabilis reddita. Anno eodem juris Cæsarei in
oc comitatu facta sunt: *Panzova* munitio egregia,
enta, *Vipalanka*, *Meadia*, & *Lippa*, quæ olim 4.
ropugnaculis valida, ac profundâ fossâ, postremò
n Turcorum manus devenerat A. 1695.

Q. Quæ in *Hungaria inferiori?* *R.* 1. *Sopronium*
egia, liberáque urbs: propugnaculis ac forti muro
ingitur, à *Sempronio* forsitan, quodam Pannonum
omitore, seu *Aproniano* Præfecto nuncupata: Ger-
nani *Oedenburg* dicunt, quòd seu à Carolo M. seu
b Henrico III. prope ad solitudinem redacta sit.
Gymnasiô gaudet orthodoxô, è vicino (ubi vineæ
nsignes) *Kismartonium*, *Eysenstadt*, paribus cum So-
ronio titulis nobile, spectandum objicit Palatium,
pus dignum conditore suo Paulo Esterhasio S. R. I.
Principe, & Hungariæ Palatino. In turrium una
es campanum librarum 17500. cum aliis minoribus
n turri altera, digito ceu organum pulsis, suavem
oncentum edit. A. 1706. Bothianum coclitem cum
ua & Orskaii turmâ muros jamjam subeuntem depu-
it. 2. *Ovarinum*, germ. *Altenburg*, urbs prærogа-
ivas vetustatis ostentans in sigillo, cui insculptum:
Sigillum reipublicæ Ovariensis. Munimenta à Turcis
An. 1529., & 1683. diruta. Est in ejus dominio
Neusidel Hung. *Fertö* cum lacu cognomine (multi
Peisonem, seu *Pelsonem* compellant) in longum 6.

vel 7. in letum 3. mill. abeunte. 3. *Castrum Ferreum* Hung. *Vasvár*, nomen tribuens comitatui, in quo *Ginsium* à fl. præterlabente dictum; Regia hæc, liberáque urbs in agro fructus insolitæ molis proferente sita. A. 1710. Ragoczius eam igne fœdavit. A. 1720. rursùs Gymnasium Vulcano dicatum; arx etsi primùm A. 1664. mœnibus cingeretur, Solymanno A. 1532. mirùm restitit. 4. *Fanum S. Gotthardi*, olim Abbatia nobilis à Bela III. A. 1183. condita, dein in arcis formam conversa. A. 1664. à Gen. Montecuccoli 16000. Turcarum hìc trucidata. Milliari discedit *Németuivarinum*, alias Gissinga, cui arx è rupe imminet, novem propugnaculis munita, omníque apparatui bellico idonea. 5. *Sabaria*, hodie *Szombathely* Claudii Imper. tempore *Claudia Augusta*, ac quondam residentia Præpositi Thesaurorum: ibidem Septimius Severus Imperatoris assumpsit insignia. Præter alia vetustatis argumenta repertus A. 1508. Ovidii Nas. tumulus, epitaphio ornatus. 6. *Jaurinum* seu *Javarinum*, *Raab*, Hung. *Nagygyör*, in ipso *Arrabonis* fl. confluente munitio ad omnem Bellonæ motum instructissima, quam A. 1598. post triennale Turcorum jugum victor subjit miles Cæsareus ope Machinæ (*Betardam*, seu *Piloclastrum* vocant) à Vaubecurtio Nobili Gallo tum recèns inventæ. Arx in morem Palatii assurgit A. 1566. tota prope conflagravit, & A. 1718. tertia pars ædium. A. 1716. Serenifs. Princeps Eugenius id loci solenni ad aras ritu accepit gladium, ac pileum, sibi à Romano Pontifice, ùt strenuo Ecclesiæ vindici transmissum. Loci Præsules olim Gewrienses, seu *Györienses* nuncupati fuêre, è quibus Georgius Draskovitius A. 1579. ibi synodum coëgit. Præter Gymnasium visitur nobilium convictus, piéque servatum D. Ladislai R. caput: hìc A. 1704. clades insignis ab Heistero illata seditiosorum Duci Forgatschio, licèt singulis Cæsareis contra denos ho-

stium

tium præliandum foret. 7. Insula *Schüttia*, *Scuta*, seu *Cituorum*, *Schütt*, 20. ferè in ambitu censens milliaria, frequentem alit Inquilinum. Hortis, ac vivarjis eam instruxit Rex Corvinus: vim piscium innumeram Danubius sufficit. In Insulæ angulum recedit *Comaromium*, *Comorn*, castrum à *Comaris* Scythiæ populis dictum, frequenti Gymnasio illustre: Matthias R. Hung. id instauravit. A. 1474. munitionem trigonam adjecit Ferdinandus I. A. 1550. par priori propugnaculum Leopoldus I. conspicitur in propugnaculo incisa, ac serto cincta virgo, admissi nunquam hostis symbolum. 8. Arx *Totis*, *Tata*, aljis *Theodatâ* eò, quòd D. Stephanus Patrem seu Tatam compellârit Theodatum Bohem. Comitem, arcis Dominum, per quem sacro admotus lavacro fuerat. Huic montes *Bakonii* imminent à clypeis nuncupati. 9. *Strigonium*, *Grän*, ponè fluvium cognominem, arce munita gloriatur in rupe, ad cujus pedem fons tepidus, turri inclusus, arcíque perennes aquas sufficiens. Liberalium artium Gymnasium A. 1687. à Barbarorum discessu denuò ornatum, urbem illustrat. Hanc direptam à Solymanno A. 1542. Rudolphus II. A. 1595. recuperavit. Post decennium tamen Turcis paruit annis 131. Archiepiscopus Urbis consilio præsidet. 10. *Vicegradum*, Germ. *Plendenburg*, urbs cum incumbente sibi arce, olim libertate, ædibus auro, ac marmore cultis insigni. 11. *Vesprimium* *VVesbrin* aut *VVeisbrunn*, id est, *Fons albus*, ob frequentes quondam fontium scaturigines. Urbem Episcopali infulâ, & positâ in elatiori loco arce conspicuam bis Ottomannus amisit, ac ultimùm quidem A. 1591. tum Ragoczius A. 1709. E vicino *Palotta* assurgit, arx formæ quadratæ cum 4. turribus & fossa duplici, quam A. 1688. miles Cæsareus suâ duntaxat præsentià sibi subjecit. Porrigitur hìc per 12. prope mill. Sylva *Baconia*, Sylva pariter *Vérteſt* à profluvio sanguinis dicta, quô A. 1050. Henrici Imp.

miles id loci laborabat, item *Palus Volcea*: Germ *Platensee*, Hung. *Balaton* longa 13. mill. 16. lata inter ejus arundines pisces optimi. Incumbit ei ar *Tibány*, unde salubres acidulæ *Tibanenses*. Vicin montes *Bodacsoa*, & *Somlyo* à vitium excellentia commendantur. 12. *Canisa* propugnaculum ævo prior nobile, à Turcis A. 1600. occupatum, ægrè receptum A. 1690. ob noxiam militi auram munimenti exutum est. 13. Occidentem versùs insula per amnes *Dravum* & *Muram* describitur, quàm fertilissima, & à vini præstantia cumprimis extollenda, definítque illam pretiô 500000. fl. Joan. Hübner, qui eam Styriæ Ducatui inserit, fors quia Styriæ cameræ fuerat attributa, ut sarcirentur sumptus pro tutandis Croatiæ limitibus faciendi: eandem Princeps de Althann ab Imp. obtinuit A. 1719. Excellit *Czaktornium*, arx quam nec munitio, nec aquæ cuniculos arcentes, destituunt. Succedit urbs *Ormosdinum* Ottomannico ferro, flammæque objecta, aliàs ùt olim fortissima juxta, ac amplissima futura supplicationibus nobilis. 14. *Mogentia* olim, nunc *Albanum*, aut *Alba regalis*: germ. *Stuhl-VVeissenburg*, binis paludibus innatans, inde nec equiti, nec pediti pervia. Hungariæ Regibus coronam & tumulum præbuit, quousque non incendiô (dum eam Mercurianus Dux An. 1601. Turcis subduceret) fœdata; à pristina desciisceret amplitudine, ob quam à geminis Magistratibus jus dici fuerat necessum: An. 1688. iteratò Imperatori vindicata. 15. *Buda*, quibusdam *vetus Sicambria* (germ. *Offen* à calcis olim hìc coctæ furnis) urbs regni totius Princeps, insigne Christianorum præsidium: vel à Budinis gente Scythica, vel à Buda Attilæ fratre nomen nacta fertur. *Budæ veteri* adjecêre Germani animadversa loci oportunitate, eam; quam hodie cernimus, urbem, ad id à Bela IV. R. exciti. De ejus colle Poëta quidam: *Buda jugo, Venetæ pelago, Florentia campo eminet.*

Hanc

Hanc ædificjis cultissimam & in 4. minores urbes distinctam Solymannus A. 1526 orbi Christiano eripiens, miserùm fœdavit, Bibliothecâ insigni à Corvino R. positâ, varié disjectâ. Octo vicibus eam incassum cinxit Christianus miles; at A. 1686. manu armata spectante cum 60000. Vezirio, in libertatem asserta. Tum erectum Patribus S. J. Collegium geminô adolescentum adjectô domiciliô, urbs ipsa labente tempore sibi reddita videbatur. A. 1715. è veteri muro in operis Pentagoni figuram transiit. *Pestinum* ponte Danubio fl. injectô civitati aquaticæ jungitur, in qua, uti & in Rasciaнica septeni ferè Thermarum meatus. Districtum Budensem uvarum generositas commendat. Objiciuntur ei quaternæ insulæ: *Insula leporum*, seu *S. Margarethæ*, cujus ævô claruit regiô palatiô, Archiepiscopali, ac Nobilium quàm plurimis. Altera *Czepel*, nunc *Eugeniana*, quòd Seren. Princ. Eugenius in eam excolendam multùm argenti elocet. De Tertia *S. Andreæ*, supra dictum: Quarta cernendam se duntaxat exhibet. 16. *Simeghia* arx in rupe præalta, in hanc diem tenetur à milite Cæsareo; qui ex ea A. 1709. Ragoczium deturbavit. 17. *Sigethum*, seu *Sigethinum*, (quidam *Salinas veterum* putant) ob paludes ab *Almo* fl. affusas Hungaris *Zigeth*, seu *Insula* dicitur. Urbs arce, fossa triplici, & quinis propugnaculis præstat. An. 1688. rursus Cæsari dedita cum 85. tormentis. 18. *Quinque Ecclesiæ*, Germ. *Fünffkirchen*, Hung. *Pécs* arce probè munita: nomen ei fecêre vel 5. Ecclesiæ, vel quòd quintô locô à S. Stephano posita sit in Episcopalem A. 1009. Gymnasium à Ludovico I. R. erectum vix usque Calvini tempora nomen generalis studii retinuit. A. 1543. dum Turcis deditur, omnis eam nitor destituit. His A. 1664. erepta, flammis absumitur. Tandem iteratò A. 1686. barbarorum jugo se subduxit: D. Petri Hung. R. tumulum exhibet. 19. *Mohatzium* olim *Anamantia*, seu *Amantia*,

Savum inter & Danubium in diffuſa latè planitie ab amne *Caraſſo* interſecatur. Locus nomini Pannonico fatalis, dum A. 1526. Ludovicus II. R. Hung. cum Præſulum, ac Hungaricæ Nobilitatis flore interjit Solymanno ſtragem inferente: abducta tum feruntur Chriſtianorum 300000. Lenimen attulit Vezirius clade internecina deletus à Leopoldo I. Imp. A. 1687.

Q. Quis Status Politicus? *R. Hunni* Attila duce ad annum Chriſti 372. ac his à Carolo M. A. 788. deletis, alii rurſus è Scythia An. 900. egreſſi conſtanter tenuêre Ungariam, primùm ſub Capitaneis, dein ſub Ducibus, quos Reges ſubſecuti. Poſt varias bellorum vices tandem à Sigiſmundi obitu Auſtriæ juncta eſt Hungaria ſub Alberto Rudolphi filio, quo vivere deſinente regnum Ladislaus fil. obtinuit, Joanne Huniade Tutore. Succeſsêre tum Reges Veneti, tum Bavari, ac Hungari, donec rerum potiretur Ferdinandus I. Imp. ob Annam conjugem Ludovici II. juxta Mohatzium decedentis Sororem: dehinc ſub Auſtriorum fuit poteſtate ad noſtrum uſque ſæculum: Joannes Szapolya, Maccon Calaber, Sigiſmundus Batorius, Michael Vaivoda, Moyſes Siculus. Stephanus Botskajus, Gabriel Bethelem, tandémque Franciſcus Ragoczius, noviſſimæ revolutionis primipilus, aljíque gubernium Hungarorum Auſtrjis ſubducere parentes, faſtu ſuppreſsô ejecti ſunt, aut ad obſequium reducti. A. demum 1711. è fatis reſpiravit Hungaria, revolutione ſcilicet prope decenni. Nunc tota quà latè patet, ſub felici, potentíque Auſtriæ dominatu, à Turcarum tyrannide tuta quieſcit; ac demum hoc anno 1732. Sereniſſimum Franciſcum Lotharingiæ Ducem, Principem nempè optimè meriti de Hungaria Sanguinis, Proregem eſt nacta. Status regni ex Prælatis, Nobilibus & urbium Deputatis conſtat. Archipræſul Strigonienſis Seren. Regi coronam imponit, tum Palatinus regni denuò electus confirmatur. Talpazii Hungarorum peditatum,

tum, Hussari, levis armaturæ equites, robur militiæ constituunt, quibus non parum laudis accessit, dum An. 1702. 60. eorum Mediolanum, inimicô Cæsari populô refertum, illapsi, per mediam urbem, prolixam Cæsari vitam precati sunt, nullô Mediolanensium resistere ausô.

Q. Quæ Regionis fertilitas? *R.* Regioni huic minimè se novercam natura exhibuit, seu Metallorum varietatem, vini generosi (quod Cretico aut suppar, aut æmulum) copiam, seu animalium fœcunditatem suspicias. Per Viennam unicam 80000. boum transferuntur quotannis. Semen terræ mandatum, tres intra annos in melius frumenti genus abit, aliàs gleba parùm, seu omnino non culta triticum protrudit. At dolendum omnibus prope naturæ dotibus ornatam ab inquilinis majori non excoli industriâ, terrâmque jacere inertem, cum insigni cæterùm, quæstu fruges daturam.

Q. Quæ incolæ Religio? *R.* Geysa Hungarorum Dux postremus Orthodoxæ Fidei primus suscepit dogmata: tum Geysæ filius S. Stephanus à Sylvestro II. Rom. Pont. Rex audjit & Apostolus Hungariæ, quòd ejus ope à Paganis erroribus ad Romanæ fidei sacra regnum amplissimum sit traductum. Inde in plura sæcula viguit intemerata Religio, cui ùt ùt labente tempore promiscuum Lutheri & Calvini virus labem asperserit, magna tamen ex parte ab ætate Magni Cæsaris Leopoldi primi pristinæ puritati, & Catholicæ Ecclesiæ obsequio indefessâ Virorum Apostolicorum operâ est restituta.

CAPUT II.

DE TRANSYLVANIA.

Q. QUæ nominis Origo, regionis ſitus, fertilitas, Diviſio? *R.* Pulcherrima veteris *Daciæ* pars *Tranſylvania*, *Erdely*, ſeu *Erli* (quæ vox *Sylvam* denotat) *Ultraſylvania*, *Tranſylvania*, quaſi *Tranſylvas* compellatur, Germ. *Sibenbürgen*, à 7. caſtris, quæ exercitus Hungaricus, in tot legiones diſtinctus ſtruxerat. Incolæ *Jazyges Metanaſtæ* dicti. Hungariâ, Ruſſiâ minore, Valachiâ, Molvadiâ, ac potiſſimam partem montium jugis ambitur: 30. mill. longa æquè, ac lata; Argenti, auri, pecoris, piſcium, urorum, ac vini adeò ferax, ut eam ſine piaculo Hungariæ theſaurum compellas; fidem facit celebris Trajani moneta, cui inſculpta ceres, cornu copiæ dextrâ geſtans, cum adjectâ epigraphe *Abundantia Daciæ*. Optimè in *Hungaricam*, *Saxonicam*, & *Siculam* diſtinguitur.

Q. Quæ loca præcipua? *R.* In *Hungarica* occurrit 1. *Alba Julia*, Germ. *VVeiſſenburg*, nunc *Carolina*, *Carlsburg* à Reſtauratore ſuo Carolo VI. appellata. Condita ferè A. Chriſti 754. Tempore Georgii Ragoczii Baſilica, Gymnaſium, Bibliotheca Corvini R. aliàque urbis perierunt decora, loci Antiſtes ad Valchici diſcrimen *Latinus* nuncupatur. Hodiernum, quo pollet, robur, majeſtatémque ſi ſpectes, urbem veterem migrâſſe credas. In planitie vicina, vineíſque referta memoriam meretur *Abrugbania*, Romano idiomate *Auraria*, Germ. *Grofſſchlatten* (*Auraria* quippe *minor*, auri, mercurjíque dives arci *Totfalu* accumbit) intra alpes aditu difficillimas, ubi diutinæ aurum effodiendi induſtriæ veſtigia affatim extant. Non multùm locus inferior eſt *Enyedinum*, vulgò *parvum Debrecinum* igne à Cæſareis contra Ragoczii

aſſeclas

asseclas injecto violatum; Calvinianam habet Scholam, ex qua errores Calvini in totam Transylvaniam derivantur. 2. *Hunyad* arx olim fortissima, tum à Joannis Hunniadis natalibus, tum à fodinis ferri celebranda. Propè conspiciuntur rudera Dacorum Metropolis *Sarmizagethusæ*, quæ dein à conditore suo *Ulpia Trajana*, seu *Augusta Daciæ* audjit. In hoc comitatu ad *Devam* arcem victus à Trajano Decebalus R. Dacorum, qui nè in triumphum duceretur vivus, violentas sibi manus injecit 3. *Claudiopolis*, Germ. *Clausenburg*, Hung. *Colosvár* Secundùm *Samosum* fl. in plano A. 1178. condita, domum gentilitiam Mathiæ Corvini exhibet, ac seriem ædificiorum, dictam *Ovar*, id est *veterem arcem*. Erat hæreseos præprimis Arrianæ ducum domicilium, at pestem utcunque evomuit, recèns Arrianorum templo principe, Latino Præsuli attributo. Collegium PP. S. J. inibi fundatum cum Convictu & Seminario potitur juribus Universitatum. 5. *Torda*, ad *Auratum fl. Aranyas*, oppidum Romanum, antiquis *Salinæ* à copioso Sale: in proximo campo *Kerestes-Messo* Trajanus cum Decebalo acerrimè congressus.

In *Transylvania Saxonum* (qui à Geysa II. R. A. 1145. accersiti, dein An. 1154. privilegjis donati amplissimis, regionem suam in *districtus* & *sedes* distinguunt) cernitur 1. *Cibinium Szeben* Germ. *Hermanstadt*, cujus conditor Hemanus Norimbergensis ei An. 1160. nomen fecit, prout est conjicere ex sigillo publico, cui insertum: *Sigillum civium de villa Hermani*. *Rubra civitas* Turcis dicitur, quòd privatorum quoque ædes rubris laterculis tectæ. Est Transylvano-Saxonicorum urbs Princeps, paludibus, muro gemino, ac fossis munita, quamquam aliqua murorum pars cum 36. ædibus à pulvere nitrio, per fulmen in turrim A. 1711. illapsum, succenso disjecta sit. An. 1691. Patres S. J. ædem sacram, ac literariam palæstram aperuêre. Mathiæ R. Tempore

pore Turci per *Rubram Turrim*, *rothen Thurn*, arcem duobus hinc milliaribus avulſam, tranſitum in Tranſylvaniam parantes. partim ſaxis contriti, partim in *Alutam* fl. fuere acti. 2. *Biſtricia*, Sax. *Nöſſen-Stadt*, ponè amnem *Biſtricium* An. 1206. ſtructa in planitie, quam decora ambiunt nemora; domos profanas elegantes, quinas olim ſacras numeravit. Nunc Hæreticorum adeſt gymnaſium. Spectat huc meminiſſe oppidi *Rudnæ*, ſeu *Rodnæ*, à quo aurifodinæ nomen ſortitæ. 3. *Media*, aut *Megyeſinum*, *Midvviſch*, urbs elegantis ſtructuræ, in tellure vino, fructibúſque ad quæſtum affluente. Paræciæ templum arcis ſpeciem refert. 4. *Szaſzſebes* civitas muro oblongo firmata, Saxonum quondam præcipua, ac domibus ſplendidis culta, ubi hodiedum in templi inſignis ara effigiem Deiparæ tolerant Acatholici. Ortum ſuum ab A. 1150. debet Saxonibus, qui eam ab amne *müllt*, *millenbach*, cognominarunt. *VVinz*, oppidum vicinum inclaruit ab A. 1700. quo diplomate Cæſareo indultum: Secederent illuc Mercatores Bulgari, Romanæ ſedi addicti, ac Emporium ſibi erigerent. 5. *Sáaſvvaroſſ*, ſeu *Broos*, aljis *Saxopolis* urbs templo gaudens arci conformato, quod Luthero addicti adminiſtrant. In adſito *Campo Panis* Hungaros inter, ac Turcas certatum adeò, ut rivulus campum interſecans cruore tingeretur. 6. *Saxoburgum*, aliàs *Szegeſvár* divitas A. 1196. ſtructa partim in editiori ſaxo (ubi gymnaſium & nobilis arx cum locuplete templo S. Nicolai) partim ſub rupe: hujus judex à Regio, ſeu Cibinienſi primus. 7. *Corona*, *Cronſtadt*, Hungaris *Braſſovia*, Emporium Tranſilvaniæ totius nobiliſſimum, ubi perpetuas celebri nundinas ob confluentes Turcas, alióſque dixeris priuſquam Lutheri virus ſorbuiſſet, pluribus ornabatur ædibus ſacris: Bibliotheca à Budenſi celeberrima An. 1689. cum maxima urbis parte conflagravit, civitas murô, vallíſque cingitur, ſed ob mon-

tium

tium coronam (à qua nominata fertur) minimè tuta plurimùm præsidii in arce monti D. Martini An. 1553. superstructa collocat. 8. Arx *Fogaras* juxtà *Alutam* fl. paludibus immersa despicit oppidum, Valachici Episcopi residentiam, in quo optimum parari panem vulgi fert parœmia, in vicino oppido *Porumbak* fornax visitur vitris excoquendis designata.

In *Transylvania siculorum*, seu *Székelorum* (à *Szêckhel* comitiorum loco) habetur 1. *Varfalva*, castellum in monte eminens, cui annectenda castella: 1. *Zent-Mihály*, *Harasztos*, *Gerend &c.* item *Campus Crucum*, incolis *Keresztes Mezeje*, qui dicitur à spicarum triticearum fasciculis, seu acervis, quos Hungari *cruces* nominant. 2. *Maros-Vásárhelinum*, cujus pars una in rupe tam murô cincta, quàm domibus elegans; altera in valle subjecta porrigitur: in hanc viciniam nè Catholicus pedem inferat, lege cautum; Patres S. J. tamen A. 1705. admissi. 3. *Udvarhelinum* supremi siculicarum sedium Capitanei residentia. Tractus vicinus, *Almas* dictus, meatus subterraneos continet, quos aqua stillatim subiens in lapidem durescit. *Gyergensis sedis* montibus Uri, seu Tauri silvestres magnâ copiâ succedunt. 4. Pagus *Somlyo* ad sedem Csikiensem revocandus cum cœnobio P. P. Franciscanorum & Gymnasio frequenti, cujus Scholares A. 1694. contra Tartaros locum strenuè defendêre. Adde arces: *Szent lelek*, seu arcem *S. Spiritus* rupi insidentem, & decoram, *Micklos-Vara*, *Bodolam &c.*

Q. Quis Status Politicus, incolæ Indoles, & Religio? *R.* Sub regno Daniæ comprehensa Transylvania Regem ultimum habuit Decebalum, quô devictô in Provinciam à Romanis redacta: dein sub ultimum Hunnorum ingressum Hungariæ est unita: à S. Stephano R. Hung. (dum Gyula, ejus nepos, Religioni orthodoxæ armîs insultaret) *Gubernatores*, seu *Vaivodæ* ei dati. A. 1694. Michaël Abaffi II.

Princi-

Principis Tranſylvaniæ titulos (quos ſibi primus arrogavit Joannes Szapolya, in Ferdinandum I. Imp. rebellis) ex æquo reſignavit Leopoldo I. Imper. à quo A. 1695. gubernium regium erectum, confirmatis inquilini privilegjis, vi quorum ariſtocraticè gubernat quævis ſeorſim natio, nulli præterquam Cæſari ſubjecta. Dum alicui regionis totius causâ ſubſcribendum, ſingulæ ſua ſigilla conferunt: *Saxones & Siculi* ſedes & diſtrictus, *Hungari* comitatus habent: Prima natio *Civium*, Secunda *Militum*, Tertia *Nobilium* nomen profitetur: *Saxones* labori admodum dedit, propriâ utuntur linguâ: *Siculi* à bellica virtute laudati (quorum nemo, eſto aratro duntaxat præſit, ignobilis) regionem ſtipendiis proprjis defendere coguntur. Valachi hìc non pauci, Raſciani &c. Subditi ſatiùs, quàm cives, ùt primùm A. 1705. Herbevillæus Ragoczium & Berczenium è Tranſylvania ejecit, cæſis 6000. vexillis inſuper, tormentis, belli apparatu, ac Gallicô Mareſch: Bellegardô victoriam ornante, mox redivére ad obſequium Tranſylvani miſſis, qui à Cæſare rogarent veniam, Legatis. Calvini aſſeclæ Lutheranos, Arrianóſque ſuperant numero: Judæi minimè excluduntur: at rarus Catholicorum manipulus, propediem haud dubiè incrementum ingens ſumpturus.

CAPUT III.

DE MOLDAVIA, ET VALACHIA.

Q. QUid in memoratis regionibus obſervandum? *R.* Quidquid Tranſylvaniâ, Tyrâ fl. Iſtro, ac Ponto clauditur, olim *Ripenſis*, *& Alpeſtris Dacia*, dein à varjis gentibus *Gepidia*, *Gothia*, ab Hungaris *Cumania* audjit. Pars Borealis à *Molda* fl. *Moldaviæ*

davia, seu ab *Hoemo* monte, qui ab hac parte *Au-stralem* dividit, *Cisalpinæ Valachiæ* nomen obtinuit: altera *Valachia Transalpina*, *Montana* (olim *Blac-chia*) dicitur. Prima usque ad 1611. soli Polono ve-ctigalis, hodie Turco paret, pendens quotannis 58000. aureos Italicos; equos 500. 300. falcones. *Valachia* ab A. 1408. quo ab Hungaria ad Maho-metem abjit, in vectigal dat 120000. flor. Uterque Principatus *Vaivodas*, seu *Hospodaros* ad Cæsaris Tur-cici nutum è gubernio dejiciendos habet. A. 1726. cùm Vaivodam Valachiæ Constantinopolim cum filio majore deductum Tyrannis Ottomannica laqueo suffocasset, conjux cum 2. filjis reliquis ægrè Vien-nam dilapsa, à Cæsare Rom. subsidium flagitavit; eíque se fidem cum tota Provincia obstricturam pol-licita; modò à barbarie tuta foret: id quod anno eodem præstitêre legati Moldaviæ; uti quoque factum A. 1688. *Moldavia* promontorjis vitiferis, solo præ-pingui, piscinis, Bubalis ac montibus auri & argenti divitibus affluit: *Valachia*, sylvis, frugibus copio-sis, omníque re pecuaria: ambo mele admodum co-pioso, equis Turcicis, ac Valachicis. Novitatis & Martis studiosus fertur incolarum genius, qui Codino teste à Græcis *Maurolachi* compellati, quasi *Nigri Latini* ob terram nigro frumento locupletem D. Pauli fidem se colere asserunt erroribus diversis imbuti; immiscentur Rascianis; Armenis, Bulgaris, Tar-taríssque. Ritum cæterà sequuntur Græcum, parént-que Constantinopolitano Archipræsuli. Loca in *Mol-davia* memorantur: 1. *Jassyum*, seu *Jazium*, aljis *Stepanovecia*, ad *Pruthum* fl. olim *Hierasum*, Prin-cipis residentia: acto à Polonis in fugam Stephano A. 1611. flammis correpta, ad 600. domos redacta est, cùm aliàs plures 20000. numeraret. 2. *Socava*, aut *Soczova* juxta *Serethum*, seu *Sthretum* fl. ubi po-tissimùm Moldavus Vaivoda residet.

Valachorum, qui se *Rumenos* seu *Romanos* appellant; est

est 1. *Tergoviſtum Tervis* ponè *Jalonizam* fl. Valachiæ caput, vallis ac lacubus munitum: Vaivodæ hìc sedes, quædam clauſtra Baſilianorum cœnobitarum Schiſmat, & frequentia negotiatorum. 2. *Bucoreſta* abſque muris, ſedes Metropolitæ Græcorum Schiſmat, & Vaivodarum, quorùm ultimum Maurum Cordatum A. 1716. Cibinium in vinculis, cum aula tota, abduxêre Cæſarei. Cœnobium ibi PP. Franciſcanorum Græci ritûs, & Pontifici ſubjectorum. 3. *Campus longus*, *Langenau*, urbs nec frequentia, nec decore aljis inferior; inſigni planitie coronatur. Baſiliani Monachi eam copioſi habitant. 4. *Bratzkovia* Epiſcopatu à Clemente VIII. erecto illuſtris: fontibus *Jaloniczæ* fl. accumbit in ſolo fertili. 5. *Rednitz*, aut *Remnik* multorum Bulgarorum palàm orthodoxorum, & Græci Antiſtitis ſedes, juxta quam Salinæ ampliſſimæ. In pace Poſſarovicii icta reſtituti ſunt Hungariæ 5. comitatus cum *Rednitz*, & *Salinis*.

CAPUT IV.

DE BULGARIA.

BUlgaria olim *Mœſia*, aut *Myſia inferior*, ab amne *Bulga*, ſeu *Völga* nomen nacta, terminatur Moldaviâ, Valachia, Pontô Euxinô, Servia, & Macedonia. Regnum 20. mill. latum, longum 40. Græcos diu Reges ſuſtinuit: A. 1448. (cùm incaſſum Reges Hungari ſibi retinere Bulgaros triumphatos ſatagerent) in Turcorum venit poteſtatem. Incolæ (Bizantini *Onogunduros*, Nicephorus *Contriguos* nominat) An. ferè 970. inſtante Theodoſia Imp. Chriſto nomen dedêre. Tellus, ùtùt montibus aſpera, fruges redderet, ſi coleretur: loca præcipua:

1. *Achri-*

. *Achrida* , quondam *Prebellis & Justiniana* dicta, uia Justiniani Caes. natale solum: sedes regia fuit, Archiepiscopatu , seu Exarchatu nobilis aetate Vi-ilii Pont. Ædes sacra à Leone Isaurico eversa. Irbs haec Buldariae metropolis fuit, donaec sub Ba-ilio Imp. Bulgaris ejectis macedoniae inserta fuit. :. *Vidinum*, aut *Vodenum* , Lazio *Viminazium* An. 390. à Bajazethe I. ad deditionem compulsum, & vectum unâ in Metropolim Provinciae, seu sangia-atûs à vexillo *Sanzac* , quo praefecti donabantur, licti . 3. *Axiopolis* Danubio affusa : hujus vix no-nen superat , utì & *Istropolis* , Bulgaris *Chiustenge* potentissimae olim urbis; *Dionysiopolis* pariter vix op-pidi hodie speciem refert. 4. *Marcianopolis*, *Pres-lau*, quasi *civitas illustris*, à Marciana Trajani so-rore nuncupata: ad hanc regionem cum *Messembria* referri potest. 5. *Nicopolis* ad Istrum Turcis *Nige-boli*, juxta quam Sigismundus Imp. A. 1396. ingenti clade affectus à Bajazethe I. 6. *Romatiana*, seu *Re-mesfiana:* S. Nicetam veteris ac novae Daciae habuit Apostolum. 7. *Silistria* urbs cum arce ad Danubium, quam expugnatam Bajazethes delegit in Praefecti sui residentiam. 8. *Sophia*, aliter *Triaditza*, Bulgariae Princeps, muris licèt careat. A. 347. sub Julio I. Pont. Max. hìc Synodus celebrata , & à Patribus 300. innocens declaratus S. Athanasius contra Ar-rianos . Celeberrimae civitatis *Sardicensis* rudera in hac vicinia inquirenda. A. 1688. templis ab Otto-manno dirutis Religio orthodoxa ad lacum Albae Ca-rolinae proximum, Leopoldô I. designante, secessit. 9. *Ternobum*, aut *Ternobia* quondam metropolis, mi-noris nunc momenti. 10. *Tomi* vulgò *Tomisvar* no-bili antiquitus ad Pontem Euxinum portu instructa, quò relegatus Ovidius, cujus mortui cineres aut Sa-bariam Hungariae inferioris urbem delati, aut ipse eò excurrens ibidem tumulô illatus. 11. *Tiberiopo-lis* nunc *Varna* urbs portu gaudens opportuno , quò

O crebrò

crebrò frequens mercatorum manus Constantinopoli solvit. A. 1444. id loci copias Uladislai I. Hung. R. Amurathes propè internecione delevit. A quo Belgradum Turcis ereptum est. Passarovicii pro limite germanici, Turcicíque Imperii statutus est pons *Trajanus*, cujus rudera etiamnum sunt reliqua; at Marsilio inspectanti molem, non tanti operis argumenta, ut Dioni id mirùm extollenti fides haberi possit.

CAPUT V.

DE SERVIA.

SErviæ, seu *Moesiæ Superiori* Valachia, Bulgaria, Græcia, Dalmatia, Bosnia, Sclavonia & Hungaria sunt finitimæ. Modò Coloni non desideraretur industria, multam Cererem tellus effunderet: non minor auri fuit quondam fertilitas, unde etiamnum *Mons aureus* Hœmum usque protenditur. Præter vim damarum, cervorum, omnisque generis ferarum, exquisitæ nascuntur herbæ, seu odorem, seu venustatem spectes. Id mirum, plagam adeò amœnam tam Barbaris objici incolis, iisque Rascianis, quibus nec vestitûs, nec ædium splendoris cura. Fidem veram à SS. Cyrillo & Methodio feruntur edocti: eam hodie paucis gesticulationibus, multis erroribus obnoxii definiunt, nec ulli saniora consulenti aurem præbent. *Neemanias* regionis Dominus, sicut antecessores ejus, *Magnus Comes* dictus, regios titulos recepit primus à Friderico Imp. Rom. A. 1187. Regio in *Serviam & Rasciam* distincta Turco constânter paruit, potissimùm ab A. 1388. quo Amurathes ad *Cassoviam* Rasciæ urbem delevit 50000. incolarum, hodie præter Nissam solùm possidet *tractum meridionalem*, seu *Rasciam* à *Rasca* fl. dictam, vindicante sibi

reli-

reliquum Carolo VI. Imp. postquam victorjis illustris Belgradô Barbarum dejecerat. In *Servia* occurrit 1. *Bellgradum*, *Taurunum*, aut *Alba Græca*, germ. *Griechisch-VVeissenburg*. Urbs Serviæ Princeps, ad ostium *Savi*, in Danubium influentis, cui copioso jam sanguine litatum A. 1442. oppugnante Amurathe II. A. 1456. Mahomete II. prosperé repulso, ac A. 1521. dum ex Præfecti ignavia, ac proditione Solimanno II. cessit. Dehinc A. 1688. à Leopoldo I. recuperata, duobus pôst annis amissa est. Tandem A. 1717. à Cæsareis occupatur cæso insuper Turcorum exercitu, in subsidium urbis advolante. Arx rupi incubat, mœnibus ac turribus præaltis non decora minus, ac tuta. Præsidium muro duplici, fossâ & munitione externa roboratum, operâ item recens à 4000. militum, & copioso inquilino adjecta. Nunc verò regjis impensis Urbs hæc adeò validè à Cæsare munita, ut Propugnaculi Christiani Imperii dignè nomen gerat. Ex adverso Danubii à binis insulis defenditur, urbi aquaticæ portus est mercatui quàm maximè idoneus. 2. *Nissa* ad fluvium cognominem opus, ac Patria Constantini M. 3. *Orsova* navigjis provehendis, aut retinendis accomoda: terna munitione constat, quarum una Danubio cincta, cæteræ ex utraque Danubii ripa. A. 1717. ab Hussaris, postquam Turci post captum Cæsareis Bellgradum metu dilapsi sunt, direpta. 4. *Possarovicium* propè Danubium urbs amœni sitûs, ubi A. 1718. fœdus sancitum inter gloriosissimum Carolum VI. Rom. Imp. & Achmetem III. Turcarum Sultanum. 5. *Semendria*, Græcis *Sphenderovia*, nobile veteris *Singeduni* aut *Sengidoni* vestigium, muris præaltis; turribúsque gloriatur quadratis: ædes censet cultas, ac commercia cum Bellgrado communia. A. 1717. Austriæ cessit cum tricenis belli machinis, ac apparatu non modico. 6. *Sabacium Szabatz* in ejusdem nominis insula, ad *Savum* munitio egregia, quæ à Corvino R.

 A. 1475.

A. 1475. famam nacta. 7. Caftella, & aggeres: *Bookor*, *Fetislan*, *Rama*, *Haffan-Baffa-Palanka* ab Haffane Bofnenfi Baffa nominata &c.

In *Rafcia* memorandum 1. *Novobardum*, *Novibazar* veteris Rafciæ caput propè confluentes *Rafci*, & *Pingi* fl. 2. *Merulæ*, feu *Caffovviæ-Campus*, juxta quem Lazarus Bulcovitzius Defpota A. 1489. occubuit. 3. *Giuftandil*, velut *Giuftan-ili*, id eft, *Juftiniana Regio* à Juftiniano Cæf. loci reftauratore. 4. *Kliskovatium* fecundùm *Veternitzum* fluv. illuftri, quo pollebat, ornatu exũta ob bellorum injuriam. Fato eidem fuccubuit *Crattova*, à Bajazethe ægrè occupata: non paucis olim è Defpotarum progenie tumulos præbuit. 5. *Priftina* civitas Epifcopo Græci ritus, & Mofchea à Neemania ftructa nobilis; radices illyricarum rupium occupat. 6. *Scopia* ad Macedoniæ limites urbs non munita, at amplitudine Pragæ par, id quod teftatum fecit miles Germanus, qui Piccolomineo Duce eam A. 1689. Cæfari fubjecit, nobiles inde tollens manubias: olim Epifcopalis, hodie Archi-Antiftitem alit.

CAPUT VI.

DE BOSNIA.

BOfniæ regnum per *Bofnam* fl. à quo nomen tellus accepit bifariàm divifum à Sclavonia *Savus* dirimit, *Verbafius*, *Uyrbas*, à Croatia, à Servia *Drinus* amnis, *Bebii* montes à Dalmatia. Regio montibus rigida affluit auri, argentíque mineris, ac ovibus, quas duntaxat *Athefis* mons pingues reddit. *Principes*, feu *Defpotas* habuit, qui *Reges Illyrici* dicti: hi dum jam Hungariæ, jam Ottomanni tutelam implorant, in Turcorum demum venerunt pote-

teſtatem An. 1472. quo Mahometes II. Stephanum Boſniæ Regem corio exui juſſit, aut (ùt alii volunt) ipſemet interfecit. Incola ſe Chriſtianum profitetur, licèt in eo nîl Chriſtiani moris reperias, Barbaris Religionem contaminantibus, ac Epiſcopo, *Diakovarenſi* dicto, longiùs à Boſniæ finibus degente, loca à Barbarorum furore reliqua ſunt: 1. *Jaicia*, ſive *Jaicſa* regni caput quondam & Deſpotæ reſidentia, ſic Slavis nuncupata ab ovali tumulo, cui inſidet ſeu ab arce figuræ ovalis: opere antiquo firmatur, crebróque tum Chriſtianos, tum Turcas repulit. Hanc An. 1527. Turcæ eripuêre Mathiæ Hung. R. dein Stephano Boſniæ R. Mahometes II. non abſque perfidia. 2. *Banjaluca* ſedes Baſſæ 800. equitibus Præfecti ad *Verbanum* fl. quam egregiè muniret arx urbi imminens, nî A. 1527. ab Andrea Radatovitzio, ob Turcarum metum urbe excedente, incenſa fuiſſet. 3. *Serajum* juxtà Boſnam fl. urbs præcipua, ac Barbarorum monopolium. A. 1697. cum arce conflagravit, applicante ignem Cæſareo milite, poſtquam is cæſo ad Zentham Ottomanno divitem inde prædam ſuſtuliſſet. Media ab urbe leuca B. Virgo *Plumbenſis* viſitur, etiam à Turcis culta. 4. *Verboſania* muris deſtituta, olim peculiaris Baſſæ reſidentia. 5. *Zvvornik:* munimentnm ſoli *Jaiciæ* ſecundum, propè Drini fluenta.

CAPUT VII.

DE SCLAVONIA.

SClavonia, aut (ſi eam à voce vernacula *Zlau*, id eſt, *Gloria* derivare mavis) *Slavonia* nomen quondam tulit *Valeriæ*, *Pannoniæ interamnenſis* & à *Savo* fl. *Savoniæ*. Hungariæ, Serviæ, Boſniæ & Croatiæ

adjacet, vini non minùs ac pecorum, quin, ùt Marsillio placet, rerum omnium, quæ ad usum humanum attinent, ferax. Modò Hungaris, modò Germanis vectigalis à Solimanno jura excepit A. 1544. dein illata ad Mohatzium Turcis clade Romano Cæsari subjecta, accedente A. 1695. Gradisca. Inquilinus, ùt ab externo numinis cultu conjicias, apprimè pius, fidei Romanæ hausit dogmata SS. Cyrillo & Methodio, quorum primo venia obtigit Missam dicendi sermone Vernaculo plurimarum linguarum matre, in *characteres Ruthenicos*, *Cyrillianos*, seu *Dalmaticos*, ac *Hieronymianos* distinctâ. Memoriam meretur 1. *Possega* quondam *Recatina*, Sclavoniæ Metropolis sat elegans, & mercatu nobilis ad confluentes *Termani*, & *Oribæ* fl. in tellure majoris molis fructibus gravida; inter domos 1000. etiam Patrum S. J. ædem numerat. A. 1544. Ottomannus eam occupavit, miles Cæsareus A. 1687. 2. *Gradisca* propter *Savum* fl. munimen celebre, Turcis objectum: *Gradisca vetus* in veteris *Servitii* ruderibus condita fertur; è nova Ottomannus expulsus A. 1691. 3. *Buthsin*, seu *Busin* arx Turcis admodum opportuna, quibus A. 1688. erepta. 4. *Verovitiza*, aut *Verucia* arx ponè *Dravum* fl. gemino muro cincta, ac ob paludem circumfusam per pontes duntaxat aditum præbens. 5. *Valpo* locus munitione firmus, quem Turcus A. 1547. post trium mensium spatium, propugnante Amazone Hungara, Petri Perenyi conjuge edomuit. A. 1687. Cæsari deditus. 6. *Essekinum*, *Essek* Sclavoniæ emporium, civitas plurium Hungariæ urbium æmula, olim *Mursia* Antonini *major*, sita, ubi ferè *Dravus* in *Danubium* evolvitur: Episcopi Bosnensis plerumque residentia, ac quondam proprii *Mursiensis*, qui synodo Sardicensi A. 347. interfuisse perhibetur. A Turcis primùm, post à Leopoldo I. Imp. munimentis donata, tandem à Carolo VI. Imp. juxta exquisitioris artis legem fossis,

muris ac propugnaculis firmatur. Pons hic à Solimanno A. 1529. ſtructus, in longum excurrens paſſus 8565. in latum 17. eum in cineres redegit A. 1664. Comes Nicolaus Zrinius, Comes Leslie A. 1685. demum Dux Lotharingiæ A. 1687. quo urbem cum firmo caſtello Germani occuparunt. 7. *Ratzka* munitio juxtà *Kraſnitzam* fl. ad quam expugnandam miſſa Cæſareorum 3000. A. 1716. 8. *Brodium*, ad *Savum*, munitio mediocris, navibus in tutum locandis opportuna. 9. *Diakovar* Boſnienſis Præſulis nonnunquam ſedes.

Addendus *Comitatus Sirmienſis*, aliàs Ducatûs titulo jam ante Corvini ætatem illuſtris: à vino pretioſo, & ſoli fertilitate commendatur. A. 1686. potior pars Turco ſubducta eſt ſuppetias eunte Leopoldo I. inde Principi Livio Odeſchalchi vænjit ſub Principatûs nomine. Ab occupato A. 1717. Tauruno Turcis reliqua Sirmienſis comit. pars erepta. Loca ſunt: 1. *Sirmium* ponè *Bacuntium* fl. vernac. *Boſvvetham*, urbs dudum antiſtite ſacro inſignis, ac quæ Probo Imp. lucem primam, ſepulchrum Claudio impertivit; A. 339. contra Photinum Conſtantius Imp. id loci concilium coëgit. *Ager Sirmienſis*, Cellario olim *Pannonia Bubalia*, copioſum Martyrum cruorem excepit. 2. *Uilakum*, hodie *Illok* oppidum arce duplici; ac tumulo S. Joan. Capiſtrani celebre. 3. *Petrovaradinum*, *Petervvardein*, quibuſdam *Acuminum*, ſeu *Aciminicum*, urbs in vim omnem roborata tum cornutis operibus, tum arce in arduo ſitâ. An. 1687. maxima ex parte conflagrans ſe dedidit Leopoldo I. Cæſari. Ad hanc A. 1716. de occumbente Vezirio, ac Barbaris inſolitum pugnantibus, nobilem triumphum retulit Ser. Prin. Eugenius. 4. *Salankemen* urbs Danubio affuſa, nota à Ludovico Badenſi, inſigniter. A. 1691. Turcos triumphante. 4. *Carlovicium* arx, ubi ædes S. Mariæ de pace condita, eò, quòd ibidem A. 1699. inter Leopoldum I.

Imp. & Sultanum, mediantibus Anglo & Hollando pactæ 25. annorum induciæ.

CAPUT VIII.

DE CROATIA.

CRoatia minor hodie, ac olim terræ portio, Styriam, Carnioliam, Morlachiam, Sclavoniam Bosniam terminat. In montes partim, partim in Planitiem excurrens, vite in paucis generosâ, ac frugibus abundat; Incola Orthodoxus, cui si uniantur *Uskoki* è Dalmatiæ limitibus profugi, multum negotii Turcæ facessunt. Ladislaô R. An. 1095. vita functo Hungariæ est inserta, parétque Cæsari demptis quibusdam Castellis, ac fortalitio præcipuo *Bihatzio Bihach*, quod prius quàm Barbari A. 1592. expugnarent, anni 150. præterlapsi sunt. Est ea urbs cum arce à Bela IV. condita in *Unnæ* fl. insula: arcis opus validum, turres aliquot tricennis etiam tormentis instructæ distinguunt; his adde valla, sudésve A. 1697. à Christianis irritùm tentata.

Cæsari subjacet 1. *Varasdinum* urbs in loco amœno, ac ad munitionem opportuno, ab Andrea II. R. Hung. liberæ, regiæque urbis titulos recepit: dein residentia effecta Generalatûs, ac PP. S. J. cum Gymnasio, Thermas habet adsitas: *Constantianæ & aquæ Jasæ*, hodie *Varasdinenses*, seu à *Teplitz*, *Tepliczenses*, nominantur. 2. *Krapina* arx & oppidum, ubi Czechum, & Lechum natos Croatæ contendunt. 3. *Crisium Creütz*, civitas regia & libera ad montium radices: hanc Ratkajus ab amplitudine & comitiorum frequentia celebrat: unius è Generalibus Croatiæ sedes. 4. *Magnana* olim Rittero, nunc *Kraliova-VVelika* quasi *Regia magna* è vetustioribus Panno-

niæ

niæ urbibus. 5. *Zagrabia*, *Agram*, civitas haud multum à Savo fl. discedens, Regjis ac liberis inserta: à voce *Zagrabi*, id est *hauriendo*, ùt placet Ratkajo, seu à Soli ubertate, ùt vult Bonfinius, notionem sortita. Episcopum habet ab An. 1092. Fluviolo dividitur in *Régiam*, seu *superiorèm* ob regum quorundam residentiam (ubi Academia celebris cum Collegio Patrum S. J.) & in *inferiorem*, seu *Capitularem*, quòd Canonicorum ibi Capitulum. Semel duntaxat hostium vexilla in mœnibus suis attolli sustinuit: nundinis præprimis equorum frequentatus. E vicino sunt: arx celebris *Claudii* montis, Croat. *Moslavina*, vulgò *Kahlenberg*, Turcis eversa, *Ivanicium* castellum, quondam Sclavoniæ Banni residentia, & *Chasma*, aut *Tsasma* Colomanni R. tumulo illustris. 6. *Carolostadium* urbs ac præsidium Croatiæ præcipuum, fluvjis *Colapi & Coronâ* clausum: A. 1579. à Carolo Austrio conditum contra Ottomanum, cui cessit nunquam; Nunc ad artis bellicæ leges munitum, delectum est in sedem generalis castellis finitimis imperandis. 7. *Castanovicium*, *Kastaniza* fortalitium in insulæ morem ab amne *Unna* obsessum: A. 1586. Turcis deditum; A. 1688. verò à Cæsareo milite recuperatum. 8. *Hrastovizæ*, aut *Rastovicio* urbs turcico biennali jugo excusso A. 1594. Cæsarem venerata, dein munita firmiùs. 9. *Krupa* arx trans *Unnam* fl. quæ Barbaros strenuè An. 1524. deplusos, demum 1592. milite præsidii exuta, admisit. 10. *Petrinia* urbecula Sultani Amurathis jussu A. 1592. structa, ac duobus pòst annis à Chistianis eversa, quam desertam cùm muniret rursum barbarus, admotis A. 1595. bellicis Machinis Ottomanno exorta est. 11. *Siscia* olim, seu *Segesta*, *nunc Sissek* in extremitate Insulæ *Segestica*, (quam *Colapis* in Savum se effundens causat) munimen Augusti Cæs. oppidò insigne, ubi una inter sex monetarias Occidentis officinas visebatur, Temporis lapsu, cùm à Bar-

à Barbaris ad pauculas ædes redigeretur arx, Canonicis Zagrabienſibus obtigit. Epiſcopalem olim Siſciæ infulam geſſit S. Quirinus M. An. 1592. conatu irrito obſeſſa à Turcis, inſequenti dein obtenta; at A. 1594. à Cæſareis direpta. 12. In extrema Croatia Dalmatiam versùs *Corbavienſis* porrigitur *diſtrictus*, à *Corbavia* urbe dictus, cujus fata ac viciſſitudines in tanta ſcriptorum caligine quis eruat; Cæteras inter arces roboris plurimum oſtentat *Uduina* ſeu *Udbinya* A. 1527. Turcorum rabiem experta. *Curetes*, ſeu *Corybantes* hanc regionem habitaſſe Ritterus contendit, indéque nomen *Corbatiæ*, tum *Croatiæ* promanaſſe. Proximus comitatus *Likenſis* A. 1685. Barbarorum ignibus patuit: Superat in eo *Oſtrovitza* arx muro ac foſſa cincta, ubi alius militiæ tribunus reſidet.

CAPUT IX.

DE DALMATIA.

Q. QUid circa *Dalmatiam* notandum? *R. Dalmatia* plus olim terræ complexa, hodie pro limite cenſet Iſtriam, Croatiam, Boſniam, Serviam, Albaniam, & Oram maris Adriatici, quam urbibus præclarè ornatam primùm Auguſtus, pòſt Gothi, dehinc Turcæ afflixêre. Straboni hìc maxima vitium frugúmque ubertas, ac metalli. Incola bellis & aptus & aſſuetus, ab Eccleſiæ primordjis veram fidei lucem aſpexit. Dividitur in *Auſtriaçam*, *Venetam*, *Turcicam*, & *Rempublicam Raguſanam*: In *Auſtriaca* (omiſsâ liburniâ, de cujus metropoli actum p. 1. c. 8.) ſe offert: 1 *Portus Regius* 500. navium capax; & quia à ventorum injurjis, procellíſque tutiſſimus, fabricandis navibus deſtinatur; hunc in finem plures, quam 500. operæ continuò inſudant, ut ſitus

rupibus

rupibus horridus in planitiem extendatur, & locus novæ Civitatis capax præparetur. Rupes longius excurrentes, ac bina propugnacula non hunc modò, sed & *Buccarensem* portum communiunt, cui annexa urbs *Buccaris*. Notanda vallis, *Draga* dicta, quæ se Tersactum, versùs exporrigit, vinô nobilis. 2. *Segnia*, *Zeng*, civitas regia, liberáque, Præsule nobilis ad sinum *Liburnicum*, seu *Flanaticum* vulgò *Carnero*; ad portum opportunum *Turris S. Sabæ* in mare excurrit. Urbem arx nova & vetus, rupes præaltæ, sylvæque densissimæ roborant; quin si in monte impendente ignem excites, continuo fumus ventorum procellas ciet, classi hostili disjiciendæ idoneas. Segnienses porrò ad prælia nati, sæpè hactenus magnò vicinarum partium emolumentô, non modò Turcarum, sed & Venetorum, ac Gallorum incursus tempore belli strenuè propulsabant, non raró insigni de hostibus victoriâ reportatâ. Pyratas autem, qui iis in partibus multum damni navigantibus inferebant, jam A. 1616. Archi-Dux Austriæ penitùs delevit. Ex ea parte, quà Segnia Flumen respicit, est *Vallis vinosa* à copia vini sic dicta, vulgò *Vinodol*, in qua visuntur oppida: *Novi*, *Czriquenicza*, *Bribirium*, *Grisanæ*, *Drivenicum*, *Belligradum*, & *Hrilinium*. Ex latere alio oppidum *S. Georgii*, dein *Jablanacz*, & *Carlobagum*, ubi miles Cæsareus excubat ad arcendos à terris Austriacis hostiles impetus. Porrigitur hinc tractus ad 15. vel 20. mill. rupibus asper, cui *Morlachi* incolæ seu *Maurolachi*, quasi *nigri latini* nomen *Morlachiæ* imposuêre.

In *Veneta* 1. *Clima*, aliis *Tinninum*, in rupis vertice ad *Morlachiæ* fines, sedes olim Episcopi, è qua Turcos Veneti A. 1649. & 88. ejecêre. 2. *Nona*, seu *Enona* lacui *Nonensi* ferè innatans: Præsule ornatur, quòd hosti pervia sit, nonnunquam à possessoribus sponte deserta. 3. *Jadera*, *Zara* in maris Adriatici ora, Archi-Antistitis & Veneti Prætoris residen-

residentia, urbs Princeps in humili Chersoneso: (est instructa propugnaculis, portúque gemina mun tione robusto. Veneti eâ jam A. 1200. potiti: nc procul inde cernitur *Zara Vecchia*, Lucio *Blandona* *Alba maris*, seu *Belgradum*, vetus Romanorum m nicipium, è quo rudera duntaxat superant. 4. *Seb nicum*, Ptolomæo *Sicum*, castrum ad fl. *Titium*, vu gò *Kerka*, in Saxeo clivo probe munitum: à fron mare; vineas ac oliveta à tergo objicit. Urbs v nustis ædibus, Antistite, portúque binis castell munito, est nobilis. 5. *Spalatrum* urbs valida A chiepiscopi, & olim Diocletiani Imp. sedes, portu insignem in loco peramœno exhibens. 6. *Salon* celeberrima Illyricorum Regia, sub Romanorum a ventum *Martia Julia* dicta: hanc dum obsideret (ctavianus, mulieres comas in usum civium dedêre mox facta eruptione validâ obsidio sublata: è v stissimo ambitu vix quidquam præter ædem sacram & quæpiam molendina est reliquum. 7. *Traguriu* *Trau* à continenti modico Euripo avulsum, Episco & Prætoris Veneti sedes, inter urbes elegantior censetur: deleta fere A. 1125. à Saracenis. 8. *Cliß* à *Kleisa* seu *Clausura* nuncupata, propter arce rupibus undique cinctam, & insuper ab arte mu nitam. Expugnata à Venetis anno 1684. 9. *Sfin ga*, vulgò *Sign* vel *Scin*, fortalitium ob cautes adsi tas, munitionémque cornutam nonnisi fame edoman dum. Venetus id obtinuit A. 1686. & egregiè depu lit obsidentem Barbarum A. 1715. 10. *Almissa*, se *Alminium*, *Peguntium* quibusdam, à Mathia R. Hung munita: castellum rupi duo inter promontoria insi det. 11. *Duara* vetustis turribus forte præsidium 12. *Narenza*, *Naro*, seu *Narenta* juxtà nominis e jusdem fluvium: urbs Dalmatiæ quondam Princeps 1716. eversa: munitionibus propediem à Veneti donaretur, modò aura magis foret salubris. 13. *Ci- clut* tetragona munitio, quam A. 1694. occupatam,

repe-

repetiére annô eôdem ternis vicibus Turcæ, frustrà vim omnem admoventes. 14. *Castrum novum* ad Sinum *Cattarensem* urbs, cui arx petræ incumbens dominatur. A. 1538. à Cæsareo & Veneto milite subacta, annô sequentî Pyratæ Turcico Barbarossa cessit, quoad eam Veneti A. 1687. sibi vindicarent. 15. *Cattarum* propè Albaniam, Palladio Tusco *Ascrivium*; sæpius ob castellum rupi imminens Turcorum assultus sprevit. 16. *Butua* seu *Budoa* civitas Episcopô clara, à Venetis munita. An. 1667. multùm eam terræ motus concussit. Adjacent his diversæ insulæ, è quibus Veneto parent 1. *Absorus*, *Ossero*, plerísque Veterum *Absyrtides ab Absyrto* Medeæ fratre, portu egregio instructa, castellô geminô, incola frequenti, Episcopô & Venetô Prætore, qui *Comes* dicitur. 2. *Pagus*, aut *insula Paganorum* rupibus horrida, agni tamen & pascua hìc Dalmatis in pretio. 3. *Vegium*, *Veglia*, aljis *Cyractica*, & *Curicta*, frumentum, vinum, caseum, & vellera ubertim proferens; ab A. 1430. Venetus possidet. Urbs sat culta & Præsule nobilis, portu eximio gaudet. 4. *Brachia*, *Brazza*, Plinio *Batriosa*, ab Episcopo æquè, ac amplitudine laudanda; partim in sylvas, agrósque, partim in vicos effunditur. Prætor Venetus oppidum *D. Petri*, vulgò *Milna* inhabitat. 5. *Lesina* Ducatus, *Pharia* Sponio, rupibus ferè asper, & quà planior est, urbem exhibens, cujus incolæ sibi An. 1144. Antistitem delegêre: portus marmore induitur. 6. *Corzula* seu *Curzula*, aliàs *Corcyra nigra* navigjis struendis ligna sufficiens. Urbs celebris fertur, tum ob Diocletianum conditorem, tum quòd eam viris dilapsis fœminæ strenuè defenderint, hoste terga vertente. 7. *Lissa* aut *Issa*, de qua præter nomen nîl constat Authoribus. 8. *Arba*, cum ejusdem nominis urbe, Præsule, ac muro protecta, in longum 16. mill. excurrit, agris, pascuis nemoribus, Inquilinorum copiâ præstans. 9. *Crepsa Insula*, Ital.

Cherso

Cherso cum Civitate ejusdem nominis; titulum Comitatûs gerit, quare Prætor Venetus hujus Insulæ Comes appellatur. *Lantanum*, seu *S. Michaëlis*, *Isole Grosse* commendant quidam ab amplitudine: *Mortarium*, aljis *Colentum*, à vino & oleo: *Luibonem*, seu *Aloëpum* à portu.

In *Dalmatia Turcica* occurrunt: 1. Pars *Ducatus Herzegovinæ*, qui etiam *S. Sabæ*, à *Saba* Stephani Serv. R. fil. nuncupatur. In eo *Herzegovina* urbs Præfecti Turcici residentia, quâ A. 1595. à Sinano Bassa subactâ, corpus S. Sabæ igni est absumptum. 2. *Scardona*, *Scardonio* fl. nunc *Proclia* dicto, & *Titio* affusa; Præsulis infulâ claret. 3. *Novigradum* urbecula cum arce ad sinum cognominem, bellorum ac temporum injuriâ multùm labefactata. Ultimùm eam Turci diripuére A. 1648. 3. *Clinova*, aut *Clivano* in colle amœno sed modicùm culta 1538. Turcas ejecit à quibus rursùs infessa recedente Veneto. Oppositum licèt in tabula sua exhibeat Weigelius, à Joan. Hübner tamen & Budæo huc refertur. 1. *Antibarum* urbs in loco elatiori ac petroso sita, sic dicta, quòd *Bario* urbi Neapolitanæ sit objecta, Archipræsulem alit. 2. *Olcinium*, *Dulcigno* seu à *Colchis* conditoribus *Colchinium*, propugnaculis firmum cum portu Pyratis Turcicis subjecto: at hìc strui navim Pyraticam, Possarovicii A. 1718. interdictum. 3. *Medon* urbs, in cujus vicinia *Dioclea*, mediâ ætate *Rubeæ Croatiæ* caput stetisse fertur.

Ragusana Respublica Uladislai XIII. Dalmat. R. ævo ferè instituta, Ottomanno vectigal pendit, utì & Summo Pontifici. Imp. Rom. Regi Hispan. & Venetis: unde Neapolim missi A. 1710. 12. Falcones. Præter Peninsulam *Sabioncello*, civitatem *stagno*, portus ac Præsule illustrem, insulas *Agosto & Meleda*, habet urbem *Ragusam* opulentam æquè ac ædibûs nitidam, rupibûs & Castellô S. Laurentii munitam, cum Archiantistitis dignitate, portus omnium natio-

nationum navigjis frequentissimus, locupletes reddit indigenas, qui liberos suos ad omnem literarum apicem, commerciáque, cladem sustinuêre A. 1667. quô facilè 6000. mortalium terræ motu perivêre. Collegium consilii 60. numerat personas, quibus *Rector* præest, mense quolibet novus: libertatis tuendæ gratiâ vix in hyeme unâ & dimidia hora portæ patent, æstate tribus; imò noctu alienigenæ suis in ædibus clausi tenentur.

CAPUT X.

DE GRÆCIA.

Q. QUæ nominis origo? *R.* Primùm à Rege quodam *Græco*, *Græcia* appellata fertur: ab *Hellene* Deucalionis Thessaliæ R. fil. *Hellas*. tum ab *Achæo* Hellenis Nepote *Achaja*; à Turcis *Romelia*; quòd Italiæ ad ortum objiciatur, Venetis *Levante* dicitur.

Q. Quis Græciæ situs? *R.* ad Boream Dalmatiam, Serviam, Bulgariam, & Thraciam spectat: quà Sol oritur, mari Ægæo seu Archipelago adjacet; quà occidit, Jonio, Africam ad austrum habet oppositam; longa 100. mill. germ. 80. lata.

Q. Quæ antiqua Græciæ divisio, & moderna? *R.* Olim Græcia *Thessaliam* duntaxat, & *Helladem* seu *Græciam propè dictam* complectebatur, additis dehinc *Peloponeso*, *Epiro*, ac *Macedonia*. Romani eam postremò in *Macedoniam* & *Achajam* distinxêre. Hodie meliùs distribuitur in *Albaniam*, *Epirum*, *Macedoniam*, *Thessaliam*, *Livadiam* & peninsulam *Moream*. Quod inquilinos veteres concernit, ob libelli angustias suis locis adjungetur.

Q. Quid

Q. Quid de ſingulis notandum? *R.* 1. *Albania* fertilis ac populoſa regio, ad Adriatici maris littora poſt Dalmatiam, à poſſeſſore Ottomanno nomen *Arnaut* ſortita eſt; inde incolæ *Arnautæ* audiunt. Occurrit in ea 1. *Epidamnus*, ſeu *Dyrrhachium Durazzo* urbs Archiepiſcopalis cum portu egregio ad amnis *Argentoro* oſtium: Ciceroni exilii tempore ſe oppidò amicam exhibuit, Venetíſque à Bajazete Sæc. XV. erepta eſt. 2. *Aulon*, vulgò *Valona*, ſinus multarum navium capax, caſtrôque geminô munitus, at dirutô A. 1691. Ager vicinus vinum nobile effundit: montes ſalem mineralem. Portum olim *Oricum* dictum Colchi condidêre auctore P. Fournier S. J. 3. *Albanopolis* urbs juxta *Drilonem*, *Drino* fl. olim princeps: munitio ſolo æquata. 4. *Croja* (quondam *Antigonia*, ſeu *Eribœa*) Epiſcopô clara, urbs præcipua, quam Patri ſuo Joanni A. 1434. ereptam recuperavit Georgius Caſtriottus, ſeu Scanderbegus 1442. ab hujus obitu Mahometi II. ceſſit. Reclamante Joan. Hübner, & Budæô Albaniæ inſerit Weigelius Antibarum, Olcinium & Medonem, de quibus egimus cap. præc. 1. *Liſſum*, *Aleſſio*, celebris olim civitatis ruderibus referta, ubi tumulus Georgii Caſtriotti, cujus oſſa vel ipſi Turcæ thecis incluſa collo appendebant, ut ſibi robur conciliarent. 2. *Scodra*, Italis *Scutari* ad lacum cognominem, Albaniæ Baſſæ ac Epiſcopi ſedes, veteri inſtructa muro & arce, quam rupes *Scardi* montis, hodie *Marinat*, ſeu *Gliubatin Planina* dicti, muniunt. 3. *Zenta* comitatus latè porrectus, Serviæ diu Regi obtemperans, tum in ducum de *Monte nigro* poteſtatem abjit. *Montis nigri* (hujus comitatûs eſt dominium) incolæ partim in Venetorum tutelam conceſſerunt, partim ſe ſubduxêre Ottomannis.

II. *Epirus* ad mare Jonium protenſa, *terram ſolidam* denotat, ôlim *Moloſſia*, & à *Chaone* Heleni fratre *Chaonia* ac *Theſprotia* dicta, hodie etiam *Albaniâ*.

ia. Ab adſitis regionibus *Pindo* , & *Chimæræ* ſeu *Dæmonis* (aliter ob frequentia inibi fulmina *Acroce-rauneis*) montibus, fluvjis *Celidno* ac *Acheloo* dirimi-ur . Paulus Æmilius urbes hic olim 70. evertiſſe licitur, mancipiorum collegiſſe 150000. Tellus equas nſignes, boves, canéſque magnitudine egregios alit: Reges primùm, dein Deſpotas habuit; nunc tum Tur-co, tum Venetis eſt vectigalis. In ea: 1. *Chimæra*, ſeu *Acroceraunia* urbs Epiſcopalis, cum portu commodo. In-colæ *Cimarioti* dicuntur, ſeu *Chimarioti*. Vicini erant portus alii, veteribus celebres, *Panormus* & *Onchi-mus*. 2. *Buthrotum*, *Butrinto* Venetorum, ſolo piſcatu nobile, aliàs urbs *Theſprotiæ* præcipua. Infrà paulò e-rat portus *Glycis*, id eſt *dulcis*, in quem amnis *Acheron* ex palude *Acheruſia*, & *Cocytus* influit: ad *Cocytum* viſebatur *Cichyrus*, olim *Ephyra*, ubi Theſeus, & Pirithous in vincula dati, quòd Proſerpinam rapere tentârint: Ex adverſo Paxu & Antipaxu feraces Ve-netorum inſulæ panduntur. 3. *Nicopolis* Venetorum, nunc *Preveſa*, quam Auguſtus in Caſſiopæis poſuit, victoriæ de M. Antonio obtentæ causâ ad promon-torium *Actium*, hodie *capo Figolo*. An. 1684. eam Venetus occupavit. Contra loci Epiſcopum Joannem concilium fuiſſe coactum A. 510. author eſt Budæus. Ex altera Sinûs parte *Argos* ſteterat, ſed omnino perjit. 4. *Ambracia*, nunc *Larta*, Æacidarum, Pyr-rique regia, à qua Sinui nomen.

III. In *Macedonia*, veteribus *Emathia*, Albaniæ, & Epiro finitima, 50. olim nationibus diverſis re-ferta, hodiéque quadrifariàm, nempe in *Macedoniam propriè*, *Jannam*, *Jambolim*, & *Carmenolitari* diviſa numerantur. 1. *Theſſalonica* à Caſſandri R. conjuge nominata, *Salonichi*, olim *Therma*, emporium dives, & 4. caſtellis munitum. Græci Archipræſulem ha-bent, Judæi 30. fere Synagogas & 2. Collegia, in quibus propè 10000. Scholares. Theodoſius M. in-colarum 7000. ob tumultum necari fecit: A. 895.

à Saracenis ſpoliata urbs, Venetis ab Amurathe I. erepta, A. 1432. Mahometes IV. ædem *S. Mariæ* ſacram in Moſcheam convertit, in qua utrinque e Jaſpide 12. columnæ: quibus etiamnum cruces inſi ſtunt. A S. Pauli Apoſt. Epiſtolâ quoque innotuit ad Sinûs Theſſalonicenſis dexteram videre eſt montem *Athos*, Italis *Monte Santo*, incolis *Agion oros* quòd eum habitent ſoli Calogeri, ſeu D. Baſilii Monachi in 14. Monaſteria diſtributi: hunc in mari 75000. paſſ. excurrentem Xerxes Perſ. R. ob alliſam ibidem claſſem abſcidit. Tantæ fertur altitudinis, ut umbram per 300. ſtadia projiciat. 2. *Pella*, hodie *Jeniza*, ſeu *Zucbria* Philippi Patris Alexandri M. reſidentia. Euripidis hìc tumulus. & ſerpentes cicures viſebantur. 3. *Veria*, antiquitùs *Berrhoea*: adſita Regio Pieriæ nomen tulit. 4. *Achrida*, *Locrida* ſeu *Ocrida*, Ptolemæo *Lychnidos*, Turcis *Giuſtandil* (ob Juſtiniani Imp. ſolum natale *Juſtiniana prima*) ad lacum *Ocrida* monopolium inſigne, Albaniæ objectum: Archiepiſcopum habet. 5. *Libanova*, priùs *Stagyra*, Ariſtotelis, & Hipparchi natalibus inclyta; olim etiam *Strimonium* à *Strimone* fl. ab olorum, & onocrotalorum frequentia celebri. 6. *Philippi* urbs Romaniam versùs à Philippo Amyntæ fil. ſic dicta, ad *Pangæum* montem, ubi auri, argentíque fodinæ quotannis reddebant Talenta mille. Annô V. C. 706 Pompejus à Cæſare, Brutus & Caſſius A. 712. ab Auguſto & Antonio triumphati: hìc ab Hübner Archiepiſcopatus locatur. In ora maritima cernitur *Dium* cum vicino monte *Pimpla*, & fonte muſis ſacro, ad quem Orpheus à Thracibus mulieribus laceratus fertur: Itèm *Pydna* urbs, & *Methone* (ubi Philippus Macedo oculô privatus ſagittâ ab Aſtere emiſsà (uvis præſtantibus, pomis citrinis, aureis; ficubus perfœcunda.

IV. *Theſſalia* à *Theſſalo* Pelaſgi fil. nunc *Janna* Macedoniam terminat, Turcóque paret, ùtùt à Chri-

hriſtianis habitata. In ea 1. *Janna* ſeu *Jannina* ominibus frequens ac ampla. 2. *Lariſſa* urbs Theſaliæ prima ad *Peneum* fl. Archipræſule clara, ubi ultanorum quidam 20. fere annis reſedit. 3. *Pharſalia*, nunc *Farſa* Archiantiſtite nobilis, in cujus ampis binæ ingentium bellorum civilium procellæ; empe Cæſarem inter & Pompejum, pôſt inter Auuſtum, & Cæſaris percuſſores deferbuerunt. Telluem hanc urbibus olim 75. & regionibus: *Pelaſgiâ*, *Magneſiâ*, *Phthiotide* illuſtrem, cingunt amphiteatri iſtar, montes 34. quos inter præcipui *Pindus*, *Pierus* Muſarum ædes, *Oſſa & Pelion* nunc *Petras* (Incolæ, quia equos domuêre primùm, *centauri* dicti) ellô gigantum memorati. *Oſſa* Lapitharum quonam domicilium, & *Olympus* laurô conſitus, buxô, : omni lupô carens, terræ motu à ſe invicem diuntur receſſiſſe. Ad convallem nemoroſam *Tempe* uncupatam *Peneus* fl. oritur, cujus aquam oves ſi auriant, nigrum colorem induunt. Unica via in ra maritima per *Callidromum* montem eſt exercitui aducendo idonea, ea propter illam Græci *Pylas*, Latini *Portas*, ac ob fontes calidos *Thermopylas* nunc *Bocca di lupo*, ubi Leonidas 300. Lacedæmones toti Perſarum exercitui oppoſuit dexterrimè) diêre: inde abſcedit in mare *Demetrias* Magneſiæ aput, & Epiſcopô clara, Macedonum aliquando Regia, ac Antigoni navale ad ſinum *Golpho di vol-*, & *dell'Armiri* dictum. In his partibus ferunt deiſſe *Polydamantem Scotuſæum* Pancratiſtem prodigiosè rocerum & fortem, ut taurum ungulâ tenens non imiſerit, niſi eâ in manu ſua retentâ.

V. *Livadia*, *Hellas*, ſeu *Græcia*, aut *Achaja ſic propriè dicta* meditullium univerſæ regionis occupat, Venetis potiſſimùm bellô penultimo ſubjecta. Hìc . *Athenæ*, ſic à *Minerva* dictæ, *Atticæ* veteris Meropolis, ducatûſque Athenienſis, & quô illuſtrius lim nihil in Græcia; hodie è celeberrima hac Re-

 publi-

publica (cui primùm Draco, dein Solon Salamin
leges conſcripſit) Academiâ Platonis, Zenonis po
ticu, & Lycæo Ariſtotelis vix quidquam ſupera
Hìc tamen Archipræſul, *Acropolis* fortalitium a
ruptis undique ſaxis cinctum, turris marmorea
columnis fulta, cui Demoſthenes ſe incluſit. Tur
eam A. 1690. contra Venetos occupârunt. *Areopag*
integritate judicum, noctu de capitalibus cauſis pr
nuntiantium, illuſtrîs in Monaſterium abjit. Urb
nunc *Setines* nuncupatæ, partem ſupremam inco
Turcus, ubi ara *ignoto Deo* inſcripta: mediam Chr
ſtiani, reliquam ſors hominum promiſcua. Proxim
oliveta affatim oleum Conſtantinopoli ſufficiunt. D
metrio cenſum ineunte præter 21000. civium num
rata ſunt inſuper ſervorum 40000. advenarum 1000
Objicitur ei portus *Piræus* olim muro 40. ſtadioru
conjunctus. Prope eſt *Campus Marathonius*, ubi Da
tis cum 600000. Perſarum à 12000. Græcorum Duc
Miltiade cæſus. Accedit *Aulis* urbs cum portu 5
navium capace, ponte duûm jugerum *Chalcidi* Eu
bœæ urbi annexa. 2. *Megara*, olim Reſpublica
nunc locus exilis; at clarus natalibus Euclidis quin
Geometræ, de quo ſolo Proclus: *nuſquam deceptu
eſt:* in foro diu Oleaſter viruit, cortice ambient
arma à viris fortibus appenſa, unde eâ ſuccisâ, o
creæ, galeæ &c. prodiêre. 3. *Thebæ* pariter olim
Reſpublica, nunc *Stines*, Bæotiæ caput: aliter *Hep
tapylon* à 7. portis dicebatnr: Herculem, liberum
Patrem, Pelopidam, ac Epaminondam genuit. Non
procul inde conſpicias urbem *Plateas*, ſecundùm quam
Pauſanias & Ariſtides Mardonium cum 300000. Per-
ſarum delevêre. 4. *Delphi* veteri oraculô inſignes,
cujus templum ſæpiùs ſpoliatum: Nero inde 300.
æreas ſtatuas abſtuliſſe fertur. Vicinia *Phocis* au-
djit, cui Epirum versùs ſucceſſerunt *Doris*, & *A-
carnania*: Hæc poſtrema inclaruit *Acheloô*, modò
Pachicolmô fl. celebri ob herbam *Zaclon*, (quæ trita,
ſi vino

vino miſceatur, omnia præter odorem adimit) & *ialactitem* lapidem memoriæ vim perimentem, dum on ritus in os mittitur: Is è Pindo decurrens *Dodoam* præterlabitur oraculum in luco querneo, omnium Græciæ vetuſtiſſimum: fons ibidem, qui faces extinctas accendit, extinguit accenſas. Prope eſt veus *Ætolorum* regio à Macedonibus nunquam ſubata, quam mediam perluit *Evenus* fl. vern. *Ladifari*: nde ſinuatur littus in promontorium *Antirrhium* hoie *Elſtretto delli Caſtelli di Lepanto*, cui ſe opponit romontorium *Rhium*, ſeu à falcis figura dictum *Drepanum*. 5. *Naupactus Lepanto* Ætoliæ & Locridis erminus, à navibus Heraclidarum id loci ſtructis ominata: locus totius Græciæ præcipuus. Hunc A. 1687. occupatum cùm fœdere icto redderent Turis Veneti, munitiſſimum caſtellum *Romeliæ* eſt eerſum. A. 1571. inſignem hìc de Ottomanno victoiam retulêre Chriſtiani. 6. *Dardanellæ*, binæ ad Naupactum arces. Memorandus demum *Copais* celeerrimus Bœotiæ lacus, quem inter & ſinum Corinthiacum longo tractu montes *Cithæron*, & *Helicon* xcurrunt. Incumbit eidem urbs *Chæronea*; ubi Phiippus Macedo poſt acre prælium factus Græciæ Dominus, debellatæ à Romanis copiæ Mithridatis, c Plutarchus natus. Mox poſt oram Bœotiæ ſinus eſt *Opunticus* ab urbe primaria *Opunte* dictus. Ad Occidentem fons erat *Caſtalius*, *Hippocrene* & *Aganippe*: ipſæ Muſæ à *Pieribus* incolis *Pierides* nuncupatæ; tum mons *Parnaſſus* in duos vertices aſſurgens, aliàs *Larnaſſus*, quòd *Larnax*, ſeu arca Deucalionis ei inſederit.

VI. *Morea* regnum, olim *Peloponneſus*, ſeu *Pelopis* inſula à mari Jonio, Siculo, Cretico, Ægæo & Myrthoo inſtar folii *Mori* ſcinditur, 40. ſtadiorum Iſthmô (quem perfodere irritùm tentârunt Demetrius R. Dictator Cæſar. C. Princeps, & Domitius Nero) Græciæ annexa. A Mahomete II. primùm

 occu-

occupata , pulſo Thoma Palæologo peninſulæ De
potâ ; dein non abſque cruore copioſo à Venetis a
grè Turcis extorta : at A. 1715. totum fere regnum
Ottomanus iterato obtinet. Primas obtinuit *Corinthus*
Coranto veteribus *Ephyra*, & *Heliopolis*, id eſt *Sol*
urbs, ad Iſthmi anguſtias, *Acrocorintho* ſeu arce mon
incumbente præſtans. A. 1687. Venetis tradita, ru
ſus à Barbaris cruento aſſultu ſubacta eſt An. 171
Olim eam L. Mumius diruit cum infami Vener
fano, quod impuras ſacrorum famulas numeraba
1000. inde liqueſcente bellicis incendjis diverſo me
tallo *Æs Corinthiacum* prodjit. Ad utrumque Corin
thi latus geminum erat navale Corinthiorum, *Cen*
chrea nempe urbs, & *Lechæum*; illud ad negotiatio
nes Aſiaticas, hoc ad Italicas. 2. *Sicyon* (priùs *Æ*
gialia Sicyoniorum Regum ſedes, portu inſtructa
Haud procnl inde aſſurgit *Cyllene* mons Arcadiæ al
tiſſimus, in quo merulæ candicantes, & *Styx* fons
cujus aqua ob frigus ſolâ muli ungula contineri va
let, vas etiam aureum perforans; potantem mox e
necat. Sunt præter montem hunc in Peloponneſo
fere 75. inde fontes egregii, ùt *Clitoris* vini indu-
cens faſtidium, *Aliſon* ſanans à rabidis canibus mor-
ſos. Huc facit oppidum Sicyoniorum *Ægium*, ubi
Jupiter à capra fertur nutritus. 3. *Patræ*, *Patraſſo*
urbs caſtello inſigni prope ſinum cognominem mu-
nita. Judæi commerciorum magnam partem, ac 4.
Synagogas habent: Templum Archiepiſcopale Græ-
corum 1000. ferè alia ſub ſe continet. Hic D. An-
dreas Martyrii corollâ donatus. Milliari abſcedunt
horti in loco *Glycada*, quod *dulcedinem* ſonat, ob dul-
cium pomorum citrinorum, & aureorum copiam di-
cto. A. 1715. Venetis eripuit Barbarus. 4. *Belve-*
dere ad *Penei* amnis oſtium, quondam *Elis*, in qua
Delubrum Jovis *Olympii*, forum, Gymnaſium, ac os
eburneum Pelopis, infirmis ſalubre, ab antiquis ce-
lebrabantur. Nemini armato hanc regionem ingredi
lice-

ebat: Terra cibis mixta eos, authore Tehophra-
, ſapidos efficit: Venetis quidam hunc locum tri-
unt. Ad vicinum promontorium *Chelonites*, hodie
abo Tornaſſo fulmine ictus objit Rex Salmoneus,
vis tonitrua imitatus in oppido *Salmone*, juxta quod
t urbs *Olympia*, vulgò *Longavico* celebris ob ludos
lympicos ab Hercule Græco inſtitutos, ſtabilitos
Iphito Eleo, in quibus victor oleâ redimitus,
r murorum ruinas curru ſublimis in Patriam reve-
batur. 5. *Navarino*, olim *Pylus*, item *Abarinus*
bs gemina cum caſtello 6. propugnaculorum & portu
npliſſimo. Pulſi inde A. 1648. Turci: Veneti eun-
em rurſùs A. 1686. occupârunt. Non multùm inde
ſcedit *Phialia* urbs, cujus pueri comas ſuas conſe-
abant amni oppoſito *Neda*: ejus fons in *Lycæo*
onte à Rhea Jovem pariente, lavacrorum causà,
rtur apertus. Sequitur Sinus *Cypariſſæus* ab urbe
Eliæ, antiquis *Cypariſſa* ob frequentes Cupreſſos,
b qua fons *Dionyſias*, Bacchi thyrſo elicitus. 6.
ethone, *Modon* portus commodus ac tutus: ſedes E-
iſcopi, & Sangiaci, ſeu Gubernatoris totius Mo-
eæ. An. 1686. ad Venetos tranſiit, & rurſùs An.
716. quum A. 1715. perfidè Turcis eſſet recluſus.
. *Corone*, *ſeu Coronis* (ob repertam, dum concede-
etur, ſpiceam coronam) urbs Archiantiſtite nobi-
s, & tum à natura, tum arte munita cum portu
b *Thematia* monte ad Sinum *Meſſeniacum* ſitô.
Colonia fuit Thebanorum à delatis honoribus Jovi
Apollini, morborum Averuncis, memoranda A.
685. ultimùm Venetis ceſſit *Corone*. Regio hæc
lei, ſerici, boúmque dives, *Meſſeniaca* nuncupatur
b urbe *Meſſena*, vulgò *Moſſenigo*, Corintho ſimilli-
na, ſeu ob ſitum, ſeu ob incumbentem montem
thomam. 8. *Leuctrum* Boëtorum colonia, hodie
Maina, juxtà Sinum *Laconicum*, ſeu *Golpho di Colo-
hina*; ab incolis *Mainottis* habitatur, qui ſoli ex
omnibus Græciæ populis regimen Democraticum re-

tinuêre nulli vectigales : litus hoc opportunum j
qui tempestate correpti : portus *Coturnicum* dicitur a
earum frequentia. Inde excurrit promontorium *Ta*
narium Cabo Mataban, ubi urbs, ad quam delphinu
Arionem deportasse dicitur, & antrum, per quo
Cerberum ex inferis ab Hercule extractum volur
Poëtæ. 9. *Megalopolis* exile oppidum Polybii pa
tria, ad fl. *Alpheum* (nunc *Carbon*, seu *Orfea* dici
tur) quæ cùm ex Arcadiæ urbium præcipua in soli
tudinem abiret, adagiô fecit initium: *magna Civi*
tas, *magna solitudo*. 10. *Lacedæmon à Lacedæmon*
R. aliter *Sparta à Sparto* Phoronei fil. dicta, quan
Lycurgus optimis excoluit legibus : nunc *Misithra*
clarissima juventæ palæstra, urbs Episcopalis ad fl
Eurotam (*Basilipotamo*, seu *Regius* dicitur, quòd hìc
Despotæ Moreæ è Cæsareo sanguine quondam resi-
derent) cum arce in monte *Taygeto* sita. Inde *Paris*
Helenam furtô subduxit. A 50000. mortalium e-
tiamnum incolitur, Venetos amplexa A. 1687. ad
lævam ostii *Eurotæ* fl. *Helos* erat, è qua *Helotæ* La-
cedæmonum servi, quorum ebrietate filios suos edo-
cebant sobrietatem. 11. *Epidaurus*, seu ob portûs
commoditatem *Limeria*, nunc *Napoli di Malvasia*,
quam lacu cinctam, pontéque ligneô continenti jun-
ctam tandem A. 1690. Veneti sunt adepti. Vinum
hìc præ cæteris generosum. Adsitum litus prominens
Malea, *Capo Malio* perpetuis nivibus albens, mari
continuis penè tempestatibus furenti incumbit. 12.
Nauplia, *Napoli di Romania*, Argivorum navale;
regionis caput, terrâque apprimè munita, magna la-
terum parte ponto alluitur, civium propè 50000.
censens: Archipræsul se huc Corinthô transtulit: in
eam expugnandam multum sudoris posuêre Veneti A.
1686. at excussô infeliciter ab obsessis cuniculo Tur-
cis cessit A. 1715. urbis *Argos & Mycenarum* è vicino
extant rudera : Infra has *Lernæa palus* hydræ fa-
bulâ celebris : Itèm specus, ac in eis Labyrinthos
à Cy-

à Cyclopibus fabrefactas. Restant sinus ab *Asine*, & *Hermione* nuncupati, dein *Saronius*, seu *Golfo d' Engia*, unde Æsculapium Romani missa triremi evocârunt. Medium est promontorium *Scyllæum*, vern. *Sciglio*, sic dictum à Scylla Nisi filia, eò à fluctibus ejectâ. Objacet *Ægina* insula perdicibus affluens, cui imperavit Æacus, & Myrmidones, si laborem spectes, formicarum æmuli.

Q. Quæ Græciæ affunduntur insulæ? *R.* I. *Creta*, aut à *Curetibus* incolis *Cureta*, & à 100. urbibus *Hecatompolis* in mediterraneo prope Moream, regnum non aspernandum. In ea 1. *Candia* urbs præcipua seu amplitudo, seu munimenta requirantur, portu ad hæc egregio instructa, olim Archipræsulis sedes; cùm aliquot annis restitisset acerrime Turcis (quorum feruntur in obsidione perjisse 500000. vel 600000.) tandem succubuit A. 1669. 2. *Cydonia*, vulgò *Canea* munitio æquè celebris cùm portu admodum commodo, à Græcis *Mater urbium* dicta: Episcopum habet. Hanc à Turcis A. 1645. infessam, Veneti in vanum obsidione cinxêre An. 1692. 3. *Rithymum Retimo* Candiam inter ac Cydoniam arce, portúque gaudens. 4. *Rytæum*, *Setia* molis exiguitatem propugnaculis resarcit. Hæc cum cæteris arcibus ac portubus in Venetorum erat potestate usque A. 1669. quô post 24. annorum bellum Turcis cesserunt omnia præter *Garabusam*, *Sudam & Spinalongam*, at & hæ duæ A. 1715. & Garabusa A. 1692. deditæ Turcis. Non prætereundus *Ida*, nunc *Psiloriti* mons, cujus longitudo ab Apollodoro 2300. stadiorum traditur. Nulla in hac insula noctua, serpens nullus, aut noxium animal; Insula gubernatorem habet Turcam, Incolas Græcos vel Mahometanos.

II. *Eubœa*, aut ab Abantibus *Abantias*, à continente Livadiæ avulsa terræ motu (hodie regnum *Negroponte* audit) Turco ab An. 1499. est vectigalis. Præ cæteris eminet *Chalcis*, *Negroponte* urbs haud

vulgariter munita: elapso sæculo obsidentem Venetum retudit: portu gaudet, & residentiâ Archipræsulis. Urbem Judæi & Suburbia colunt Christiani. In Insula hac, etiam *Chalcis* à repertis hìc primùm officinis ærarjis dicta, Euripus septem de die, totidémque noctu vicibus recurrit, ex cujus vehementiori contemplatione Aristoteles febrili æstu correptus A. ætat. 63. objit, aut, ùt alii malunt, in eum se demersit. Nullum hìc pecori jecur, quædam felle carent teste P. Fournier è S. J. In *Carysti* montis, marmore excellentis, lapidicinis colliguntur lapidei glomi, qui molles in linum ducti telam conficiunt, quæ igne purgatur, non absummitur, ùt Strabo refert: cernitur Promontorium præterea *Artemisium*. Insula miram Gossipii copiam profert, & eorum, quæ ad victum necessaria.

III. Exiguæ insulæ Solis Venetis subjectæ in mari Jonio feruntur. 1. *Corcyra*, *Corfou* ad Epirum cum urbe cognomine à Corinthjis structa, magni sanè momenti, & à Sinaan Bassa *Archipelagi lucerna* dicta, tum ob portus securitatem, tum urbis amplitudinem, quæ à binis munitionibus defenditur: Archiepiscopum habet. Cæterùm salinis, armamentariô illustris, ac ad partem occiduam arce *S. Angeli*, quæ sæpè Turcorum impetum elusit, utì An. 1716. contigit, cæsis eorum 18000. Oleo, frumento, vino egregio, ac fructibus non caret, pendìtque quotannis 12000. ducatorum & 200000. modiorum salis. Primùm eam Veneti insedêre An. 1382. Jus quod ad hanc habuerant Neapolis Reges, vendidit Venetis Ladislaus R. Neapolis 30000. ducat. hìc olim *Alcinoi* horti. 2. *Leucas*, seu *Leucadia*, *S. Mauræ* cum urbe ejusdem nominis. Barbaros ejecit An. 1684. Salute desperata Venetus A. 1715. vi pulveris pyrii evertit, at ab eo rursùs A. 1716. munita, rejecit egregiè Turcas A. 1717. obsidentes. 3. *Cephalonia*, Episcopatus in ambit. 70. mil. in ea *Cephalonia* urbs,

& *Asso*

& *Asso* trigona munitio. Veneti insulam Turcis subduxerunt A. 1499. 4. *Ulyssis Ithaca* leporibus fatalis, at Caprarum fertilissima. 5. *Zacynthus*, *Zante*, olim *Hytie* in amb. 50. mill. unius cum Cephalonia Diæcesis. Urbs *Zante* Castello in rupe aspera ac portu commodo est celebris. Judæi in Insula 3. Synagogas habent; regio verò uvas Corinthiacas, ceram, oleum, salem. 6. Geminæ insulæ *Strophades*, *Strivali*, quousque *Calais*, & *Zethe* Harpyas persecuti; à Monachis Græcis habitatur. 7. *Echinades*, *Curzolari* ad Naupacti sinum, ubi An. 1571. Joannes Austriacus de Turcis insignem victoriam retulit, intereuntibus fere 75000. captis eorum 4000. & 180. triremibus in libertatem vindicatis Christianorum 14000. 8. *Cythera* armatæ Veneri sacra, nunc *Cerigo* nuncupatur, portu duplici, ac Episcopali urbe *Capsilo* petræ innitente nobilis. Onagrorum hìc copia; in quorum vertice lapis epilepticis, pleutricis, & puerperis saluber; hæc cum *Tinne* ins. cessit A. 1715. Turcis.

IV. In Archipelago Turcis parent, quarum aliæ vocantur *Cyclades*, quòd quasi in circulum coëant; *Sporades* aliæ, quòd distinctè sitæ, aliæ demum *neutrales*. Præcipuæ sunt 1. *Lemnus*, *Stalimene*, à terra Sigillata, vino, Archiepiscopo Græco, portubus celebris. 2. *Lesbus*, seu *Mitylene*, *Metelino*, urbem cognominem habens cum Archiepiscopo, & portu bono, teste Joan. Hübner. 3. *Scio*, seu *Chius* Turc. *Saquezoda*, seu insula *Mastygis* ob ejus copiam, à Turcis, Judæis, & Christianis, tum Latinis, tum Græcis habitata, & majoris notæ, quam subdidêre sibi Veneti An 1694. at rursùs amissa. 4. *Scyrus* *Sciro*, urbs Episcopalis, Gossypio, vino, & capris abundans, portum habet *Sckiro*. 5 *Salamis*, *Colouri*, *Sancta Brusia*, Plinio *Salamuniachus*, cum urbe cognomine, clara à victoria, quam 180. naves Græcorum de 1000. Persicis retulerunt. 6. *Samus*, veteri-

teribus nota. 7. *Icaria*, *Nicaria*, nomen nacta ab Icaro, prope hanc in mare delapso, piratarum excursionibus obnoxia, & vel ideo parum culta. 8. *Paros* vel *Paria*, nunc *Paxio* à marmore, & Lapide Lydio, aqua & defectu murium nota. Venetis à Turcis erepta A. 1470. 9. *Naxus*, *Nascia*, aut *Strongyle*, marmoris, vini dives, & lapidis *Emeril.* à Turcis obtenta An. 1537. incolæ tum latinæ, tum Græcæ Ecclesiæ suos habent Archiepiscopos. 10. *Melus*, *Mylo*. 11. *Aristipalæa*, *Stampalia* Ital. 12. *Palmosa* aut *Palmossa* Sophiano *Pathmus*, ubi S. Joannes Evang. exul aliæ ad asiam referuntur.

Q. Quis status Politicus? *R.* Antiquissima Europæ regna in Græcia fuêre constituta, nempe ante æram Christi An. 2153. *Sicyonium* authore Ægyalo, dein *Argivorum* ab Inacho, *Lacedæmonium* à Lelece, *Atheniense* à Cecrope, *Trojanum* à Dardano, *Chorinthium* à Sisypho, *Mycenarum* à Perseo. Pòst A. 3242. celeberrimum fuit *Macedonum* à Carano Heraclida, è qua serie Alexander M. regiones complures innumeris victorjis pererrans. An. ante Christum 144. incensa Corinthus, & Achaja tota in deditionem venit Mumio Cos. postquam Alexander eam domuisset; tum Imperatoribus Constantinopolitanis dehinc à Mahomete II. devicta Ottomannis cessit; per Vezirium administratur. Græci vectigal pendunt in singula capita, & quotannis filios, ut in Jannizaros efformentur. A. 1699. Carlovitii, regionem divisêre Veneti ac Turci: at illi A. 1714. & 15. tota Peloponeso exacti.

Q. Quæ regionis dotes? *R.* nihil hodie Athenarum Odæo, nîl Pieridum domui simile, nè dicam adumbratum cerneres. Regio deserta pene jacet locis in plurimis, & inculta, tot quondam urbes, quot populos, scilicet 150 censens; regibus ad hæc 40. illustris: quæ fertilitatem spectant, suis in locis sunt recensita.

Q. Quis

Q. Quis populi genius & religio: *R.* 70. prope numerat Dialectos, vocibûsque Latinis, Turcicis, Italicis, ac Arabicis suas miscent incolæ; populus non modò virtute bellica, ùt fuêre Lacedæmonii & Athenienses, sed indole ad omnem literarum apicem adipiscendum idonea notus, utpote, è cujus prosapia & sapientes 7. & Philosophorum præcipui prodiêre: hodie Ægyptjis prope tenebris obrutum videas, liberalibus minimè artibus intentum. Diversa à nobis quoad Numinis cultum observant: nec ignota est Latinos inter ac Græcos controversia de Spiritûs sancti ex patre Filióque processione. Origo fuit submissio Bonifacio III. Summo Pontifici à Patriarcha Constantinopolitano negata; inde tanquam Vicarius Christi non agnoscitur, licèt Unio sæpius, ùt ab Innocentio III. IV. & Gregorio IX. tentata sit in concilio Lateranensi IV. Lugdunensi II. &c. Græcorum alii sunt *Maronitæ*, *Armeni &c.* Vide p. 3. c. II. ex solis Calogeris Monachis Patriarchæ, quorum universim 4. ac Antistites seliguntur.

CAPUT XI.

DE THRACIA.

Q. QUid de *Thracia* notandum? *R.* *Thracia* initiò à *Thrace* Martis fil. seu à *Trako* (quod *Asperum* sonat) ob soli sterilitatem, & *Bistonia* appellata, pòst à Byzantio seu nova Roma *Romania* audjit. Pontus Euxinus & Propontis eam terminat ab oriente, Archipelagus à meridie, Macedonia ab occidente, Bulgaria à Septentrione; fertilis quà mari propior, cæterà vix seminis patiens, ùt ùt olim vitem frequentem tulerit, maturámque, ubi cultores frigus objectis frondibus prohibuêre. Amnibus *Strimone Nessa*

& Hebro

& Hebro ſeu *Mariſa*, auri granulis onuſto, perluitur; montéſque habet *Rhodopen*, *Hæmum & Orbelum*. Gens quondam hìc Europæ vâlidiſſima, & à cunis ad labores indurata; in 50. *Strategias*, ſeu *Præfecturas* diſtincta, complures olim, dum ad *Zamolxim* Deum ſuum ſe poſt mortem abituros, crederent, ſatius ducebant mori, quam vivere. Philippus Maced. ceu arbiter à duobus regulis diſcordibus accitus magnam Thraciæ partem obtinuit, Alexander Magnus reliquam. Tandem ſub Claudio in Provinciam redacta, continebat Orientalis Imperii Chriſtiani ſedem uſque Anno 1458. quô Mahometes II. Bizantium ſibi ſubjecit: ab eò tempore Turcis paret. Ex urbibus ſe offert 1. *Bizantium* à *Byſe* Megarenſium claſſis Præfecto ex Apollinis, ùt traditus, conſilio conditum, mox à Conſtantino inſtauratore A. 330. *Nova Roma* dicta, eóque dein non invito *Conſtantinopolis*, Turc. *Stambol*. 7. Colles complectitur: duplicî murô Sæc. VIII. munita cernebatur, qui murus ſat craſſus, tenuíſque adeò juncturæ, ut perpetuum lapidem diceres: in ambitu ſupra 10. mill. numerat. Templa inibi fuiſſe feruntur 5337. præcipuum S. Sophiæ Juſtiniani Imp. opus: 300. loca peregrinos excipiendos capaciſſima, Xenodochia 90. Synagogæ Judæorum 38. Sultani palatium *Seraglio* dicitur. Bibliotheca 33000. voluminum tenebat cum inteſtino draconis 120. pedes longo, cui Homeri Ilias & Odyſſea auro inſcripta. Sita eſt ad *Os Ponti*, ſeu *Boſphorum Thracicum*, cujus freti anguſtiæ per horæ dimidium trajici poſſunt: quum eas Mandrocles Samius ponte jungeret, aureâ à Dario coronâ donatus eſt. Sinus hìc maris ampliſſimi, fluvii diverſi ſe oceano miſcentes, ſtatio navium tuta æquè ac ampla; ut non abs merito urbs hæc in maris Dominam, commune orbis Emporium, potentiſſimorum Imperiorum ſedem, ſit evecta. Pro illa Athenienſes, Lacedæmonii, Severus Imper. contra

Nigrum

Nigrum decertârunt acerrimè : dum victo tertium Licinio Constantinus M. ab hostibus liber eam A. Christi 330. Imperii sedem constituit, adductis orbis totius manubjis, maximo Nobilitatis flore, senatúque. Hìc (ubi præter concilia particularia complura etiam coacta œcumenica 4. nempe A. 381. 553. 680. & 869.) Græcus Patriarcha & Archipræsul residet; quotannis prope seu Epidemiâ, seu terræ motu fœdatur, aut incendjis, quibus A. 1708. 80. palatia cum aljis ædibus 1000. An. 1715. domus 11000. & 1718. 51000. cessêre in spolium. 2. *Adrianopolis* ponè *Hebrum* fl. Hadriani Imp. opus ac urbs opulenta, muro solùm & turribus cincta, ampliórque reddita, dum ibi occupato nondum Byzantio Amurathes resideret; media prope A. 1701. conflagravit 3. *Philippopolis*, aljis *Poneropolis & Termontium* à Philippo Cæs. condita, Archiantistite, & conventu Arrianorum A. 347. celebris. 4. *Bergulæ*, nunc *Berga* nobilis nosocomiô divite à Mustapha fundato. 5. *Abdera*, hodie *Asperósa* Archipelago objecta: Præsulem habet, propè visitur *Bistonis lacus*. 6. *Ænos* urbs ad *Hebri* fl. ostium, licèt inculta, Archiepiscopo clara, ad quam se campus *Doriscus* explicat, & planities 120000. hominum capax, ubi cùm aliter numerum inire non posset, militem numeravit Xerxes. 7. *Chersonesus Thracica* juxta sinum *Melanum*, à *Melano* fl. (cujus aquæ Xerxis copjis non suffecerant) nuncupatum, Hexamilo muro per Miltiadem à propontide in sinum prædictum ducto à reliqua Thracia separata; in ea olim *Cœlos* locus à Lacædemoniæ classis excidio notandus: *Cynossema* Helenæ in canem mutatæ, & à Græcis ob convicia lapidibus obrutæ tumulus. *Esseus* ad caput *Mastusium* Hellesponti terminus. *Gallipolis* 6. fere mill. in ambitu continens, etsi antiquitatis monimenta hodie pauca sint reliqua. Fretum proximum ab *Helle* Puella in eo submersa *Hellespontus* dictum, muniunt

muniunt binæ Dardanellæ *Abydos*, & *Sestos*: *Sestos* trigonum in Chersoneso situm, ab amoribus Leandri notum: inde bini à Xerxe Pers. R. ducti pontes, quorum unus 664. triremibus fultus, anchoris & rudentibus firmatus: alterum cum vis pelagi disjiceret, Xerxes, copias tracturus, 300. oceano infligi verbera compedésque injici jussit. Utrinque 40. sunt tormenta. *Abydos* in Asia castellum tetragonæ formæ naves triduò detinet, nè fors non salutato hospite abjissent, aut merces mancipiáve furto subduxissent. 8. *Peristasis* urbs, ubi etiamnum Ecclesia D. Georgio Sacra ad *Propontidem*, seu *Mare di Marmora* à marmore eximio ex Insf. *Cyzico* adferri solito; hinc & *Pelamides* piscium genus. 9. *Heraclea*, veteribus *Perinthus*: olim amphitheatro (quod orbis miraculis annumeres) nobilis, ac Thraciæ urbs præcipua, nunc portum solùm navibus tutum ostentat, & sedem Archiepiscopalem. 10. *Selybria* urbs cum portu, ad quem merces innumeræ confluunt, avehendæ Constantinopolim: superant hìc vestigia alvei & muri, quem Anastasius à Danubio in Propontidem ducere meditabatur, sistendi Barbarorum incursiones ergò: Ad Pontum Euxinum veteres notant *Dionysiopolim*, *Bizontem*, terræ hiatu absorptam, *Apolloniam*, ex qua sublatum Apollinis colossum Lucullus in capitolio dedicavit, *Tomos*, *Istropolim*. In interiori verò regione *Geraniam*, ubi Pigmæorum gens à gruibus in fugam acta traditur: sed horum quædam Bulgariæ regno inserta. Memoranda restat *Messa*, olim, nunc *Anchiali* urbs Archiepiscopalis, celebris ob naves & triremes Turcicas, quæ ex trabibus per Pontum allatis hìc fabricantur.

CAPUT XII.

DE TARTARIA MINORI ET COSACIS.

?. QUid circa *Tartariam minorem* notandum? *R.* *Tartaria minor*, *Europæa*, seu *Scythia parva* nter Borysthenem, Tanaim, & Pontum excurrit, Tartaria majori A. 1404. separata. Proprium haet Principem, qui *Chamus* dicitur, & Turcæ cers conditionibus subjectus A. 1584. pascuis gaudet otissimùm, quia incola præljis assuetus, terram vix olit: is plaustrîs utitur ædium locò, & carnem equiam reponit inter delicias: Mahometi deliria protetur, velox est, & ideò sagittîs, dum fugit, sæpè nfestus. Occurrit primùm memoranda *Chersonesus* onga 50. 20. leucas lata, *Mæotis* nuncupata à palude *Mæotide*, *Taurica*, quòd Osiris bobus aratro junctis erram colere docuerat incolas; inde illi *Taurici*, & *Georgii* dicti: tellus frumentô, sale, cera, struhionibus abundat: in hac visitur *Caffa*, seu *Theodosia* urbs celeberrima institoribus, 4000. domibus constans, binis castellis, & portu insigni nobilis ad *Bosphorum Cimmerium*, qui ibidem *Mæotidem*, seu *Mar delle Zabache* Ponto Euxino jungit. Præfecti Turcici est residentia, è qua ab Ottomanno A. 1475. Genuenses expulsi. 2. *Crimæa*, *Cimmerium* olim, juxtà Gernkesu fl. toti regioni nomen tribuens: illustre Chami Gynæceum alit. 3. *Bacasara* vern. *Baciesaray* urbs princeps, sedes, & sepultura Chamorum. In ipsis Isthmi angustjis cernitur *Præcopia*, seu *Taphræ*, aut *Or*, urbs non ampla, at munita. Inde ad ripam Mæotidis campi fertiles excrescunt, ubi animal *Colos* aquam naribus haustam, in

capite diu conservans. Tanais fluvii ostio Tana, Tanais vulgò *Azac*, seu *Azovv* accumbit, Empori celebre, & civitas munimentis valida, quam à M sco A. 1696. occupatam, Turcus rursum recepit 1712. percusso ad Pruthum fl. A. 1711. fœdere.

Verùm quia hìc se non continuêre Tartari, censenda: 1. *Circassia* regio *Circassorum* Tanai subjecta, ceræ & calami aromatici dives: cùm m tibus aspera, tum palustris. Solam urbem *Terchiu* Russiæ clavim, & ternis vicibus egregiè munit habent incolæ in bello strenui, etiam *Coraxii* à m te *Corax*, *Achæi*, *Zigi*, *Heniochi*, *Cercatæ*, *Mos* *Colchi*, compellati; ritûs sunt Græci, & eorum p maxima rempublicam *à S. Montibus* dictam cons tuunt, Moscoviæ Duci plurimùm obnoxii. Cham dum A. 1708. vectigal duplicatum ab jis exigere partim vî, partim astutiâ bellicâ deletus fertur.

2. Tartaria *Kalmuckorum*, *Naganensium*, *Cerem sorum*, de quibus c. præc. & p. III. c. V. dictum. *Getharum solitudo* secundùm Tyram fl. seu *Istra Mo daviæ*, hodie *Bessarabia*, quam Tartari *Bialogr denses*, & *Budziacenses* incolunt. Huic Polonia versùs objicitur districtus Tartarorum *Oczakoviensium* Bulgariam versùs *Dobrucinensium*, in Ucrania *Li koviensium*.

Q. Quid de *Cosacis*? *R.* Cosaci, seu, quod idem *Militesvagi* Tartaris, Turcisque infesti: *Zaproviensi ses* Polono sunt ab obsequjis & Volhyniam superio rem, Ucraniam, ac ripas Borysthenis habitant: qu Ottomanno militant, Tartaris Oczacoviensibus sun finitimi. Omnes olim Polonorum tuebantur limite ad arcendos Tartaros; sed ab jis An. 1658. offens secessêre ad Moscum, unde perfectâ Moscum inter & Polonos pace, prioribus Ucrania cessit, aliique *Polonici*, alii *Moscovitici* Cosaci compellati. Vide Ucraniam p. II. c. XIV.

CA-

CAPUT XIII.

DE MOSCOVIA.

. QUæ nominis origo, & regionis ſitus? *R. Moſcoviæ* Ducatus, *Sarmatiæ Europææ* pars, & etus Roxolanorum Sedes, à *Moſco* amne nomen accpit, aljis *Ruſſia nigra*, *alba* aljis (quia 8. ferè mens nivibus candida) nuncupatur. Ab Occidente in ſiam 300. mill. ab Auſtro in Boream 380. percur: quà ſol occidit, Poloniam ac Sueciam; quà otur, Tartariam majorem reſpicit: ad Aquilonem etô waigatziô, mari Croniô, ſeu Moſcovitico, t Glaciali, ad meridiem Tartariâ minori clautur.

Q. Quæ diviſio, & qui in ea fluvii? *R.* Diſtingui in *Orientalem*, *Occidentalem*, *Tartariam Moſcoviam*, & *Lappiam Moſcoviticam*. E Fluvjis præcipui Amnis Ptolomæo *Rha*, Tartaris *Edel*, qui ubi *Volga* lacu emergit, *Volga* dicitur, & Caſpio mari r 72. oſtia ſe miſcet. 2. *Obius* Aſiam dirimens Europa, qui in mare glaciale 6. oſtjis effundi, juxta oppidum *Obii* eſt adeò latus, ut vix biduô jiciatur Auctore P. Fournier S. J. 3. *Tanais* vulgò *n* Mœotidem paludem petens. 4. *Duina* in mare oum ſe exonerans.

Q. Quæ in Moſcovia *Occidentali* obſervanda? *R.* Ducatus *Pleſcovienſis* ubi præter *Petzur*, ſeu *Pitr* urbem, mercatu nobilem, & A. 1700. igni Sueco fœdatam viſitur *Pleſcovia* urbs præcipua & ad *liki* fl. ampla, ſecundùm quam A. 1500. Magnus quitum Livoniæ Magiſter 12000. militum ſtipatus cîdit Czarum cum 130000. 2. Duc. *Novogardiæ* eciæ conterminus, in quo vaſta æquè ac valida os *Novogardia Magna*, *Neugart*, Archipræſule &

mercimonjis nobilis, cùm amnem *VVolchovvam*
ronet, qui hinc usque ad oceanum navigiorum
tiens, lacus celeberrimos *Ladogam & Ilmenum* c
jungit. Dum hanc Joannes Dux A. 1477. Lith
niæ Duci eriperet 300. currus aurô, ceu manubj
oneratos abduxit, Vitholda Lithuaniæ dux prin
eam ad vectigal 200000. coronat: adegisse tradit
De hac & urbe Smolenscio vide in Russia Lith
nica cap. seq. 3. Regiones: *Tvveria* cum urbe Tv
ria Episcopali, cujus Dux sistere Czaro cogitur
bello 40. mille equites, *Rescovia*, *Bielkia*. 4.
catus: *Severiæ*, cujus urbs princeps *Novogardia*
veriæ; Czernichoviensis ad Deznam fl. cum urbe
busta cognomine: *VVorotinensis*, *& Rezanensis* E
copô clarus. 5. Provinciæ *Pola & Mordua*, ubi
tiores pagi, sed Mahometis perfidiâ infecti: Inc
Ducem sibi deligunt Czaro nîl tributi pendente
6. Ducatus: *Novogardiensis inferior* cum urbe N
Novogradeck, quæ arce rupi præaltæ incumbente
signis; *Susdalia* Præsule nobilis, & *Volodimeria*, di
à *Volodimere* Duce, urbis *Volodimeriæ* A. 1015. c
ditore, quæ Imperii sedes fuerat, quoad Moscu
non transferebatur, nempe usque A. ferè 1240.
Ducatus *Moscoviæ*, in quo Daniel Dux juxta *Mosc*
fl. *Moscuam* condidit, regionis totius caput, Cz
ac Patriarchæ sedem; suburbia in 7. alicubi proc
runt: urbs ædes numerat profanas 40500 (200
An. 1712. ignis absumpsit) è ligno fabrefactas,
cras 500. è quibus eminet B. Virginis, 9. turri
ære inaurato tectis nitida: turrium uni crux ex a
solido incumbit, alteram æs campanum ornat 660
libr. Arx Czarum recipiens, velut urbs, muris cin
Kremelini dicitur.

Vicinæ sunt regiones: *Rhostovia* Archiepiscopat
Biela Ozora vern. *Biele jezora* regio amplissima à l
albo compellata, cui arx imminet naturâ loci
busta, ac ad custodiendum Russiæ thesaurum po
simùn

nùm delecta. In Propinquo videas *Jeroslaviam*
rovinciam cum urbe cognomine: est è Moscoviæ
ræcipuis & mercimonjis aptissima, quòd inde levi
gotio mel, cera, pisces, pecora &c. transmittan-
r in reliquam Moscoviam: pars thesauri Mosco-
itici in ejus arce asservatur. 8. *Vologda* Duc. La-
ui *Onega* affusus; lacui albo provincia *Cargapolia*.
Provincia *Duina* prope *Duinam* fl. cujus ostio im-
inet *Fanum S. Michaëlis Archang.* priùs *Colmagro*,
ortu instructa, & castello A. 1506. condito. Urbs
. 1669. prope in cineres redacta perierat, nî Hol-
ndorum commercia vigori pristino eam restituis-
nt: in vicino *Slude* rupes assurgit, è qua folia con-
unt vitrô magis pellucida, & nec igni, nec disru-
ioni obnoxia.

Q. Quid in *Orientali*: *R.* 1. Duc. *Jugria* seu *Iubra*
lacialí Oceano contermina; ad ejus dextram ex-
urrit *Petzora* regio cum urbe cognomine, ponè quam
lpes *Sarmaticæ* seu *Riphæi montes*, qui nivibus can-
idi, cedros proceras alunt, & Gyro-Falcones au-
upio admodum idoneos. Sinui *Petzoræ* prætenditur
nsula *Calogoya* anseribus, (æstate implumes sunt) re-
erta. 2. Regiones *Condinski*, & *Permia magna* palu-
ibus distincta (cujus incolæ equorum locò canibus ve-
enda onera committunt) & *Ustiuga*. 3. *Viatka* Duc.
 regio à Ceremissis habitata, qui trans Volgam fl.
Logori, seu *Logovvoy* à fœni struibus; cis illum *Na-
orni* nuncupantur, quòd montes copiosos incolant.

Q. Quæ in *Tartaria Moscovitica*? *R.* Regnum *A-
stracanum* prope *Volgam* fl. ubi urbs *Astracanum*, Em-
porium nobile, quo Persæ, Armeni &c. uniones,
margaritas & aromata, pro pellibus; sale (qui è
vicinis montibus *Busin*, copiosus adfertur) confe-
unt. Urbem A. 1554. Joann. Basilides Tartaris mi-
noribus eripuit, invasit dein Selimus desideratis ut
ajunt, in expeditione illa equitum 225000. Janiza-
rorum 3000. 150. navibus bellicis.

 Q. Quid

Q. Quid in *Lappia* seu *Lapponia Moscovitica?* R. Ad Sueciæ terminos hæ nobis innotuêre Provinci 1. *Leporia maritima* vern. *Muremanskoy Leporie*, ul ad *Kola* fl. locus ab Institoribus Anglis, & Hollar dis notus. 2. *Leporia Tersa*. 3. *Grandvicensis L poria*, *Bella Moreskoy Leporie*.

Q. Quis Status Politicus? *R.* Ab anno Chri 861. varii (non tamen omnes summo jure) Princip tellurem occuparunt, qui vastata A. 1237. à Tart ris Russia Chamum Tartariæ tributô coluêre, done post annos 20. *Knez*, seu Dux Joannes Basilide Tartaros rursus abigeret. *Czarus* seu *Cæsar & ma gnus Dux* prolibus olim imperium dividendum a obitu reliquit, hodie ob ortas inde lites jus primo genituræ invectum. *Alexio* Duci A. 1675. vivere de sinenti successit *Theodorus* fil. at huic A. 1682. venen sublato Fratres *Joannes & Petrus* Alexowitzius Tandem A. 1688. *Petrus* solus rerum potitus, Joann privatam degere vitam jusso, Sophia sorore Joanni soli Imperii molem tradere cum revolutione paran te, in cœnobio inclusa. Petrus cùm varias lustrasse Europæ regiones, mercimonia, literas, artem nava lem, ac generis omnis opifices induxit. militian ipsam (quam intra 40. dies ad 300000. militum au gere valet) ad leges Germanorum composuit. Ab A. 1700. cum Sueco cruentis præljis, & sinistro Mar te dimicavit, quoad relatô ad Pultavam A. 1709. triumphô Livonia, ac A. 1715. ope Saxonum, & Prussorum Pomerania interior tota à Russis subige retur. Aulam ei magnificam adstruit P. Fournier S. J. aitque pro foribus excubare militum 10000. conve nire in aula nobiles 300. Rejectô palam à successione ob varia delicta Alexiô Petrowitziô alter Filius Pe trus Petrowitzius in successorem A. 1715. declaratus est; sed objit A. 1719. Nunc toti Moscoviæ impe rat Anna Ivanouna filia Czari Joannis fratris Petri Primi, Vidua Ducis Curlandiæ.

Q. Quæ

Q. Quæ terræ fertilitas? *R.* Aspera aëris tempe- s fructus reddit minùs suaves, mellis tamen, ce- & Lini messis certissima. Pars superior sylvis ita, in quibus uri, alces, cervi, ursi, lupi niger- i, animalia itèm, quorum pretiosæ pelles, vulgò *bel* toti Europæ expetuntur. Ad Volgæ ostium plan- crescit, carne & pellibus agno simillima, âc vel o lupis in pretio.

Q. Quis incolarum genius, ac Religio? *R.* Re- nte Petro Primo multùm ab asperitate remisêre; validi sunt, veloces, & staturæ mediocris, o- os cæsios, crura plerumque brevia habent, tuni- n oblongam sinè plicis. Tabacam haurire A. 1634. e cautum, nisi virgis cædi, aut narium forami- us mutilari velit legis violator. S. Andream ve- n fidem incolis seminâsse traditur. Religio Græca , varjis superstitionibus implexa, cui præest Pa- rcha Constantinopolitano non ampliùs subjectus, quotannis amni *Mosco* solemni ritu benè preca- ; alii Episcopi suarum diœceseon fluminibus.

CAPUT XIV.

DE POLONIA, BORUSSIA, ET CURLANDIA.

QUæ Poloniæ nominis origo? *R.* A Slavonica voce *Pole* derivatur, quod planitiem, seu re- onem campestrem indigitat; alii à *Bolanis* natione adam Venetorum deductum volunt. Latè sumpta russiæ Regnum etiam comprehendit; strictè verò lam terram, quæ maximam partem inter Silesiam Vistulam sita est.

Q. Quis situs ? *R.* Ad meridiem Transylvania & Hungariæ; ad Occidentem Germaniæ; ad Se tentrionem, si unà Borussiam accipias, mari Ba thico, Livoniæ, & Moscoviæ: ad Orientem par Moscoviæ & Tartariæ minori adjacet.

Q. Quibus fluvjis irrigatur ? *R.* Quatuor potiss mum, & sunt 1. *Vistula*, *VVeixel* Poloniæ maximus qui in montibus Carpathicis ortus tribus ostjis ma Balthicum petit. 2. *Tyras*, *Niester*, qui Valachia à Polonia dividens, mari nigro miscetur. 3. *B rysthenes*, *Dniepper* in Moscovia exortus; versùs me ridiem Euxino jungitur. 4. *Duna*, *Dzvvina* Cu landiam, inter & Livoniam in mare Balthicun influit.

Q. Quæ antiqua regni Poloniæ divisio ? *R.* Polo niam unà & Moscoviam, veteribus *Sarmatiam Euro pæam* dictam fuisse; circa Vistulam, quà mari pro pior est, *Veneti* fuêre, ubi Prussia, *Borussi*; ubi Li thuania, ferè *Alani*, pars Poloniæ, quæ Pomera niam contingit, *Vandalis* habitabatur.

Q. Quæ moderna divisio? *R.* Dividitur in regnum *Poloniæ propriè* dictum, & magnum Ducatum *Lithuaniæ*, quæ hodie uni Regi subjacent; mortuo quippe A. 1383. Ludovicô Poloniæ & Hungariæ R. nullo superstite hærede Masculô, Hedwigis Jagelloni Lithuaniæ Duci gentili his conditionibus desponsatur, ut Christo cum suis nomen daret, suámque Lithuaniam æternùm Poloniæ uniret, quô præstitô Uladislai nomine Rex initiatus est, & Lithuania Poloniæ juncta.

Propria Polonia comprehendit *Poloniam Minorem*, *Majorem & Rubram Russiam*, hæ rursus varios *Palatinatus*.

Polonia minor inter majorem Poloniam, Russiam, Hungariam & Silesiam sita 50. facilè mill. extenditur. Tres habet Palatinatus: 1. *Cracoviensem* ubi Vistula Poloniam ingreditur; in hoc *Cracovia* urbs

Episco-

Episcopalis, minoris Poloniæ, & regni totius caput; olim sedes regia; quæ Warsoviam translata; nomen obtinuit ab authore suo, Craco Sæc. VIII. regnante. Duplici muro, vallóque ambitur, & ab arce in scopulo eminenti sita defenditur. Universitas fundata A. 1364. à Casimiro I. perfecta A. 1400. à Jagellone. Dividitur in *Cracoviam*, *Clephard*, *Stradomiam*, quam Vistula permeat, & *Casimiriam*; ubi Judæi Synagogâ gaudent. In territorio celeberrimæ habentur Salis fodinæ; urbem ornat Basilica S. Stanislai thesauro suo inclyta, in qua ab A. 1320. Reges inaugurantur, & tumulantur. 2. *Landscron* munimentum inter optima Poloniæ. Non procul Cracoviâ est *Slanko*, ubi argenti fodinas esse volunt. 2. *Palatinatum Sandomiriensem*; in hoc: *Sandomiria*, *Racovia & Pitschovv*, seu *Clissovv*: prior colli insidet arce, & mœnibus tuta. Altera celebratur à Catechismo Plotiniano hìc confecto; postremam Suecorum A. 1702. Victoria notam fecit. 3. *Lublinensem*, cujus urbs *Lublinum* munita paludibus, dives, populóque referta, mercimoniis claret.

Polonia major seu *inferior*, Borussiæ contermina, in tres Provincias dividitur, in *Poloniam majorem* propriè dictam, *Masoviam & Cujaviam*. In *Polonia majori* est 1. Palatinatus *Posnaniensis Posen*, cui nomen dedit *Posnania* urbs Episcopalis ad Wartham fl. duplici muro, fossâ, arce, universitate, & privilegio de exponendis venum mercibus, uti apud Revaliam dicetur, gaudet; postremo in bello jam Saxone, jam Sueco præsidiario defendebatur. 2. Palatinatus *Calissiensis Kalisch*; in quo urbs *Gnesna* à Lecho primo Polonorum Rege exstructa, & Regum sedes constituta fertur; nomen habet à nido aquilarum hìc reperto, quod incolæ *Gnesdo* vocant. Hodie ab Archiepiscopo Regni Primate, & Sedis Apostolicæ Legato Nato celebratur, qui interregni tempore regno præest, comitia convocat; Regem, Reginámque

que coronat, 3. Palatinatus *Siradiensis*, in quo *Siradia* urbs mediocris, & *Petricovia*, ubi quondam Reges eligebantur. 4. *Lencizienfis*, cum urbe & arce *Lencizio*. 5. *Ravensis*, ubi *Rava* vilis ac exiguus locus.

Provincia *Masoviæ* trans Vistulam in finibus Borussiæ sita continet *Masoviam propriam*, in qua. 1. *Varsovia*, hodie sedes Regum, & destinatus comitjis locus; medio inde milliari regio in campum effusa locum præbet Regum electioni: sæpius bellorum petita turbinibus maximè quando triduo ad hanc urbem cum Suecis certatum: peste etiam ac incendjis infestata est. 2. *Villa Nova* locus recreationis à Joanne III. ubi etiam A. 1695. occubuit, in proprium commodum exstructus, frustra contendentibus nobilibus Regis Poloniæ proprium esse nil posse. 3. *Ploscum* Episcopatus. 4. *Dobrinum*, *Dobrzin* locus mediocris, Altera *Masoviæ* pars est *Podlachia*, quam etiam Palatinatum *Bielsensen*, *Bielsk* dicunt. Est in eo *Bielca magna*, sed ligno duntaxat exstructa. *Drogiocinum Drogieczyn* pariter domibus ligneis referta, nec nisi venationibus clara.

Provincia *Cujavia* duos habet Palatinatus *Brestiensem Brzesty*, & *Inoloczensem* seu *Junjuladislaviensem Inovvolcz*: in priori est *Brestia* parva, sed munita urbs, *Uladislavia* Episcopi Cujaviensis sedes: arce gaudet, Item *Crusvicia*, *Krusvvik* ad lacum; fertur hanc *Djastus* tot Regum Poloniæ, & omnium Ducum Silesiæ parens tanquam civis inhabitâsse; celebratur item ab adsita in propinquo arce Regis Popieli, qui à muribus consumptus dicitur.

Russia rubra, seu *Russia minor* ad fines Hungariæ, & Transylvaniæ 4. in partes secernitur. 1. In *Russiam rubram* propriè talem Veterum Ruthenorum, ut quidam volunt patriam, eò quòd eos à Roxolanis ortos putent, Gaudebat olim Duce proprio, quorum unus Lesco dictus in Palatinatus *Lembergensi* sitam ur-

bem

bem *Lemberg Leopolim* ædificavit; hæc Russiæ Metropolis, Archiepiscopalis, præter quem etiam Archiepiscopum Armenum, & Episcopum Græcum recenset; omnibus referta nationibus. mercimoniorum dives, duplicíque Castello, quorum unum intra, alterum extra urbem cernitur, instructa. Præter hanc urbem in hoc Palatinatu est: *Premislia Przemisl* Episcopalis, ampla, pulchrisque ædificjis clara, *Halitia* quondam celebris, *Javorovv*, & *Zolchievv*, amœni ambo sitûs Regias non rarò curas diverterunt. 2. Palatinatus *Belzensis* urbe gaudet *Belezio* ligneis ædificjis refertâ, & *Zamoiscio* munimento hodiernum in morem evecto. 3. Palatinatus *Chelmensis* cum urbe Episcopali *Chelmo*.

Secunda pars *Volhynia* solius Palatinatûs nomine comprehenditur, Tartarorum & Cosacorum irruptionibus obnoxia: nullam urbem habet præterquam *Luceriam*, *Lusuc*, arce nobilem, complurium Judæorum habitationem.

Tertia pars *Podolia* super Valachiam & Moldaviam sita pratis, arboribus, frumento, pecore, & feris adeò affluens, ut segete inter metendum leviter excussa sequenti anno crescat alia & centuplum reddat. Exhibet *Camenecum*, cognomine *Podolsky*, Episcopalem quæ à Dacis ædificata, & Veterum *Clepidava* putatur; latet hæc medias inter rupes, munimento celebri, atque arce rupi insita defensa; gaudet prætereà Episcopo Græci ritûs An. 1672. à Turcis occupata non nisi A. 1699. in Pace Carlovicensi Polonis reddita. Huc quoque referri potest urbs *Chozim*, quæ à pluribus Moldaviæ accensetur. Celebratur cladibus aliquot, quas Turcis Poloni intulerunt, hodie tamen Turcis paret.

Quarta Provincia *Ucrania* ad utrumque Borysthenis latus, duos habet Palatinatus, *Kioviensem* in finibus Moscoviæ & *Braclaviensem* ad Podoliam; Varjis hæc direpta bellis, Moscorum maximè & Cosacorum irruptio-

ruptio-

ruptionibus; hinc etiam varjis Palatinatuum istorum urbes parent Dominis. Polonorum est 1. *Braclavia* locus bene munitus ad fl. Bogum. 2. *Bialoquerca*, *Bialocerkievv* munimentum celebre. *Nevvkönigpol* reliquáque adjacentia loca. Moscis subjicitur *Kiovia*, quorum potestati in perpetuum Poloni cedere debuêre A. 1682. Urbs totius olim rubræ Russiæ Metropolis ad fl. Borysthenem, cui ponte jungitur, forti Castello munita, Archiepiscopo gaudet Græci, & Episcopo Latini ritûs, 4. in partes dividitur: prima *Podolge* Cosacis habitata, universitate ornatur; altera arce longè munitissimâ, rupi insita; tertia munimento, Sophiæ, ubi quot diebus nundinæ celebrantur: In quarta, nempe suburbio, copiosæ vineæ, & pomœria habentur; meatus item subterranei, ubi complura Græcorum Sanctorum corpora: splendida olim Civitas, at bellis continuis prope vastata. Præter urbem hanc, quidquid trans Borysthenem in finibus Moscoviæ cernitur Moscis subjacet. Ad Cosacos pertinet 1. *Baturin* ad fluvium Deznam, olim residentia supremi Cosacorum Belli-Ducis Mazeppa, at post ejus ad Suecos A. 1707. defectionem, & cædem ad Pultavam propè diruta; idem fatum Palatium ejus æstivum à Moscovitis nactum est An. 1708. Modernus Cosacorum Dux Skoporatski Glukovium incolit. 2. *Cyrcassium*. 3. *Techtimerova* urbes geminæ probè munitæ. 4. *Pultava*, quam ubi obsidione cinxerunt Sueci A. 1709. in campo adjacenti à Moscis ad liberationem properantibus adeò concisi sunt, ut tota Caroli militia enervata, & triduo pôst captis 16000. ipse in Bender quasi captivus fugere debuerit. Præter hæc loca etiam Insulas Borysthenis complures possident, maximè ubi jam Ponto Euxino est propior.

Altera Regni Polonici pars magnus Ducatus *Lithuaniæ* 90. facilè mill. longus, 80. latus, terminatur rubra Russia, Moscovia, Livonia, Borussia.

Sylvis horet, & paludibus, hinc neque ubique colitur, nec à mercatoribus facilè, nisi concretis frigore aquis frequentatur; ubi novalia cernuntur, adeò feracia sunt, ut centuplum reddant, raro tamen ad maturitatem fruges perveniunt. Incolæ velut mancipia Dominis serviunt, & in subterraneis specubus meliora, nè Dominis pateant, condunt. Habet *Lithuaniam propriè & Lithuanicam Russiam*, quibus *Samogitiam* addimus, In priori est 1. Palatinatus *Vilnensis* cum urbe *Vilna* Lithuaniæ metropoli; ligneis hæc ferè instruitur domibus, frequentia tamen cum Moscis tractat commercia; duobus castellis defenditur, universitate A. 1579. à Rege Stephano fundatâ, & Episcopô insignis; Hìc tria quot hebdomadis sabbatha coluntur, à Turcis dies Veneris, à Judæis dies Sabbathi, à Christianis Dominicus. 2. Palatinatus *Trocensis*, in quo *Trocum* urbs paludibus cincta, fortíque arce munita: Thaumaturgâ B. V. M. icone claret. *Grodna* mediocri arce & vilibus casis repleta; comitia nonnunquam hìc celebrantur. 3. Palatinatus *Bressicensis* aliàs *Polesia* cum urbe *Brescia*, *Briescia* castellum rupi insidet: scholæ Judæorum, in quibus Talmutho operam navant, totius Europæ celeberrimæ hìc Rabbinos creant.

In *Russia Lithuanica* seu alba est 1. Palatinatus *Novogrodensis* cum urbe *Novogrodeco* magna, verùm ligneâ; alternis vicibus comitia Lithuanica hìc celebrantur. 2. Palatinatus *Muscienßis*, cujus urbs cognominis exiguæ famæ est. 3. Palatinatus *Mscislaviensis* plures urbes habet: *Mscislaviam* munimentum finitimum, *Mohiloviam* magnam ac frequentem A. 1708. à Moscovitis combustam, *Holovvszim* victoriâ An. 1708. à Suecis relata, & *Lezno* eorundem clade insignem. 4. *VVitepskiensis* ubi præter urbem *Vitepskum* castello munitam, & *Braslaviam* amplam, ac ab aliquibus palatinatûs titulô insignitam, nihil speciale. 5. *Polocensis* cum urbe *Polocio* probè munitâ, ac ge-

ac gemino castello firmatâ. 6. *Smolencensis*, *Smolensko* Ducatûs titulô insignis, sylvis ac montibus refertus: ejus fortalitium *Smolenscum* una ex parte Borysthene, ex alterâ paludibus cingitur: arce, turribus, aljisque munitionibus adeò à Moscovitis (in quorum potestate est) munitur, ut invincibilis credatur. Ad hos devenit An. 1686. ubi post repetita bella tandem in perpetuum à Polonis Mosco tradi debuit. Atque hinc etiam à pluribus Geographis Moscoviæ jungitur. Incolæ omnes unà & Archiepiscopus Græco Ritui addicti sunt.

In *Samogitia* Borussiæ contermina, vastis sylvis horrida, ubi Principes Radzivilii opulenta prædia possident, est urbs *Rosiennia* exigui nominis, *Mednicia* Samogitiensis Episcopi sedes, & *Birsen* ad fines Curlandiæ. Affluit hæc Provincia melle, equis, & feris varjis: incolá, ùt testatur Hübnerus in Lex: Stat. terram vertit vomere ligneó, & etiamnum circa finem Octobris Idolum *Ziemiemik* ritu gentilitio colit.

Juvat hìc *Borussiæ* Regnum & Ducatum Curlandiæ, junctas olim Poloniæ terras, annectere. Nomen obtinuit, ùt P. Fournier S. J. vult, à Riphæorum montium incolis, qui hìc consedisse putantur. Districtus hujus terræ maxima ex parte inter *Vistulam & Niemien* fl. concluditur, terminatur marî Balthicô, Lithuaniâ, Poloniâ majori & Pomeraniâ. Olim parebat Ordini Teutonico, qui ex Terra sancta à Polonis ad Borussos domandos evocati totam terram, quam 50. annorum spatio armis devicerant, possederunt; verùm ortô hos inter, & Polonos bellô Equites Teutonici inferiores discedere debuêre, & Albertus Marchio Brandeburgicus XXIV. Magister Ordinis in has conditiones cum Sigismundo Polon. R. descendit, ut *Borussia* divideretur, in *Polonicam* nempe seu *Regiam*, & *Brandeburgicam*, seu *Ducalem*: primam sibi Rex Poloniæ adjungeret, alteram ceu feudum retineret Marchio titulô *Ducis Borussiæ*.

A. 1618.

A. 1618. *Borussia Ducalis* tota ad Electorem Brandeburgicum devenit, & Fridericus wilhelmus post præstitam Polonis in bello Suecico operam nexum feudalem remitti impetravit. Tandem Fridericus III. Elector Brandeburgicus An. 1701. coronam sibi in monte Regio imposuit, séque Friderici I. nomine Borussiæ Regem proclamari jussit; post hujus mortem A. 1713. successit Fridericus wilhelmus etiamnum regnans.

In *Prussia Polonica* seu *Regia* (in qua Lutherana, Reformata, & Catholica Religio permixta) est I. Præfectura *Mariæburgensis*, in qua 1. *Mariæburgum* ad fl. *Nogar*, arx mediocriter munita, olim sedes Mâgistri Ordinis. 2. *Elbinga* splendore, commercjis, munitione, ac Gymnasio clara. 3. *Stum* urbs, & arx, in cujus propinquo A. 1635. pax Polonum inter, & Suecum conclusa. II. Præfectura *Culmensis* urbes habet: 1. *Culmam* Episcopalem, & ab aliquibus inter Hanseaticas computatam. 2. *Thorunium* amplam, splendidam, bene munitam. A. 1645. hic celebratum colloquium Thorunienſe inter reformatæ, Lutheranæ, & Catholicæ Religionis Theologos. A. 1703. à Suecis occupata, & magna ex parte diruta. 3. *Strasburg*, vern. *Brodnitz*. 4. *Graudentium* urbes & arces. Huic quoque ditioni accensetur Regio *Michalovv* ad fines Poloniæ. III. *VVarmia* in qua 1. *Heilsberga* olim Episcopi sedes. 2. *Brunsberg* ad lacum, qui *Sinus aquæ dulcis Frische Haff* dicitur. Hic succinum optimum colligi ferunt. 3. *Frauenburgum* in cujus Basilica Canonicum egit Nicolaus Copernicus. 4. *VVartenburgum* mediocris. IV. *Pomerellia*. *Klein Pommern*, ubi 1. *Dantiscum*, seu *Gedanum*, *Däntzig* splendore, amplitudine, munitione ac opulentia in paucis celebris; portu gaudet, quem defendit munimentum *VVeixel-Münde*, olim libera Imperii Civitas & Hanseatica, dein Poloniæ Regi se subdidit; Commercia hic florent potissimum tritici:

A. 1709.

A. 1709. multùm Epidemia vaſtata eſt. 2. *Oliva* Monaſterium, quod pace Olivienſi An. 1660. inter Suecum, & Polonum inita inclaruit. 3. *Bromberg-gum* ad fines Poloniæ, ubi pacem A. 1657. Polonus cum Brandeburgo confecit. 4. *Gnevum Meve* urbs & arx 5. *Dirſchau* locus exiguus.

In *Boruſſia Brandeburgica*, olim *Ducali*, hodie *Regni* titulo inſigni, tres ſunt Provinciæ. I. *Sambia* ad lacum *Curionenſem*; in hac 1. Urbs Princeps *Regiuſmons Königsberg* ad fl. Pregelam; tribus oppidis, arce magnifica, & Emporio inclyta. A. 1544. hìc erecta Univerſitas. 2. *Pillavia* portus ac munitio ad Regio montem. 3. *Velavia* tractatibus pacis A. 1657. cum Brandèburgo à Polono initis clara; arx ejus diruta. 4. *Fiſchauſen* ad ſinum *aquæ dulcis*, ubi ſuccinum flavum invenitur. 5. *Memelia* munimentum in extremitate lacûs Curionenſis ſitum, portu inclytum. II. Provincia *Natangia* urbes habet: *Brandeburgum*, cum arce quadrata, *Heilgenboil* urbem antiquam, *Bartenſtein*, *Raſtenburg*, *Johannesberg*, omnes arcibus inſtructas. III. *Hockerlandia*, in medio Boruſſiæ ſita, urbes exhibet: 1. *Marienvvender* finitimam Pomereliiæ. 2. *Holland* urbem, & arcem. 3. *Gilgenburg* ad fines Poloniæ. In adjacente oppido *Taneberg* A. 1410. uno in prælio 10000. fuſi. 4. *Chriſtburg*. 5 *Rieſenburg* olim ſedes *Pomeſanienſis* Epiſcopi: 6 *Oſterode* urbs, & arx. Cæterum ſaltus *Hercinius*, qui Pruſſiam pervagatur, Alces, onagros, ac Bubalos continet; ſolum etiam reliquum ferax frumenti.

Churlandiæ Ducatûs intra Samogitiam, & Livoniam, cujus olim pars, Ordinis Theutonici Equitibus parebat, quibus Sæc. XVI. pulſis Gothardus Ketlerus tum Ordinis Magiſter Poloniæ tutelæ ſe credens, eam cum poſteris in feudi modum accepit. Totus hic Ducatus in ultimis bellis jam Suecos, jam Moſcos dominos agnovit, ſed ab utriſque miſerè fœ-

latus. An. 1710. legitimo Duci & Domino reſtitu-
us, qui poſtquam Annam tunc moſcoviæ Principem,
nunc verò Dominam, matrimonio ſibi junxiſſet,
vitâ functus Moſcis Principatum rursùs reliquit. Di-
viditur in *Curlandiam & Semigalliam*: in his loca
præcipua 1. *Mittavia* Metropolis, & Ducis ſedes,
clarет arce; munimenta à Moſcovitis diruta: Ca-
tholici hìc templo, utì & Goldingæ gaudent: reli-
qua Curlandia Luthero adhæret. 2. *Goldinga*. 3.
Vinda mediocris. 4. *Liba* portu inſignis.
Q. Quæ Polonici regni dotes? *R.* Qua parte ſyl-
vis nudata eſt, frumento indigenas, & exteros di-
tat. Sunt verò ſylvæ copioſæ; hinc paſcua & ma-
gna ferarum, urſorum, urorum, imò ſylveſtrium e-
quorum & maximè apum copia; flumina, & lacus
piſcoſi, arbores etiam frugiferæ regionem ornant:
aëre gaudet puro, & valetudini amico, licèt cœlum
ſit aſperum, ſævæque hyemes. Præter Cracovienſes
Salis fodinas, in Podolia ſal virtute ſolis excoquitur.
Q. Quis Incola & Religio? *R.* Populum alit Po-
lonia frequentem, maximè verò nobilium excellit co-
piâ; qui Pruſſiæ & Germaniæ propiores ſunt, magis
civiles habentur. Cæterùm libertatis ſuæ defenſores
acerrimi. Nobiles ſtudjis liberalibus operam dant
feliciter, maximè eloquentiæ, cùm omnia ſermone
latino in negotjis publicis peragantur, ſi Lithuani-
cam Cancellariam excipias, ubi Ruthenicis chara-
cteribus uſus. Primatum tenet Catholica; tolerantur
tamen Lutherani, Reformati, Græci, Sociniani,
& Judæi.
Q. Quis ſtatus Politicus? *R.* Rex ſufragjis ſenato-
rum (qui præter 2. Archiepiſcopos, 15. Præſules,
& Palatinos, ſunt majores regni officiales) legitur:
is Magiſtratus civiles & militares creat, reliqua à
nobilium conſenſu, aut comitjis pendent. Hodiernus
Rex *Auguſtus II.* Saxoniæ Elector, quia in pace
Raſtadienſi ſine totius Reipublicæ conſenſu regnum
R ceſſit

cessit Stanislao Leczinsky à Sueco in Regem procla mato, restitutus est coronæ post Suecum ad Pultavam profligatum; confecta insuper An. 1717. pace cùm rebellibus Polonis. *Militiam convocatam* constituunt Nobiles proprjîs sumptibûs urgente necessitate præliari coacti. *Mercenariam*, seu à quarta redd ituum regiorum parte dari solita, *Quartianam* indigenæ & exteri, *Sociam* Cosaci. Equite ad impetum in hostem faciendum idoneo præstant Poloni.

PARS

PARS TERTIA.

ASIA.

CAPUT I.

DE ASIA IN GENERE.

Q.  Uæ nominis origo, quísve Asiæ situs? R. Ab *Asia* Tethyos filia, aut *Asio* Manæi Lidi fil. nomen sortita, Europam, Africámque amplitudine superat; longa quippe 1300. mill. 1220. lata. Ab occidente Ægypto & Moscoviæ objicitur: Cæteram Oceanus ambit, qui ad ortum *Chinensis*, seu *Eous*: ad meridiem *Indicus*: *Scythicus*, seu *Glacialis* nuncupatur ad Septentrionem.

Q. Quæ Asiam maria, amnésque lambunt? *R.* Maria: *Pontus Euxinus*, *mare Caspium*, aut *Hyrcanum* vulgò *Mar di Sala*, *Mediterraneum*, *Rubrum*, seu *Erythræum*, *Indicum*, *Pacificum*, seu *Americanum*, *Tartaricum*, seu *Scythicum*. Fluvii: *Euphrates* in Sinum Persicum se evolvens, *Obius* Asiam ferè ab Europa dirimens, *Indus*, *Ganges* &c. &c.

Q. Quæ Asiæ divisio? *R.* Cùm eam *Taurus* mons (qui aliter *Caucasus* dicitur, & *Imaus*, latus subinde stadia 3000.) secet mediam, à Græcis vocabatur

Interior, quæ Aquiloni objacet; *Exterior* ad Au-
ſtrum. Hodie meliùs diviſeris in *Imparium Turci*-
cum, *Perſicum*, *Indicum*, *Tartaricum*, & *Chinenſe*
quibus *Inſulas Aſiaticas* annecte.

Q. Quæ Terræ, indigenarùmque dotes? *R.* Ol
fœcunditatem, cœlíque temperiem omni animantium
genere eſt cultiſſima: Boream versùs partim monti-
bus aſpera, & deſerta, partim impedita maribus
immaniúmque belluarum gregibus infecta: Ad Solem
Orientem verò ingentem Metallorum, ac unionum
vim Europæis ſufficit. Potiſſimus Incola efferus eſt
meritóque barbari nomen gerit, ùt ſuis locis elucebit

Q. Qui Aſiam moderentur, quævè religio? *R.* *Im*-
perator Turcicus, *Tartariæ magnus Chamus*, *magnus*
Mogolis, *Perſarum Rex*, & *Chinenſi*. Aſiæ tellus pri-
mùm habitata, præcipuarum orbis Monarchiarum
excepit primordia, & quidquid ſcientiæ nomen ob-
tinet: DEUS ipſe carnem mortalem hìc induit, pri-
máque Religionis Orthodoxæ jecit ſemina: nunc ab
Ethnicis ùt plurimùm incolitur, rarúſque viſitur
Chriſtianorum manipulus, ſi cum cæteris conferatur.

CAPUT II.

DE IMPERIO TURCICO.

Q. QUas Imperium Turcicum Provincias comple-
ctitur? *R.* Cis Euphratem: *Natoliam*, *So*-
riam, & *Arabiam*; trans eundem: *Georgiam*, *Turco*-
manniam, & *Diarbeck*. Singulis nomen antiquum
cum incolis vetuſtis adjicietur.

Q. Quid in Natolia advertendum? *R.* Quia ad
Orientem Europæis ſita, Græcis *Anatolì*, ſeu *Nato*-
lia nuncupatur, *Lavante* Italis, aliàs *Aſia Minor*. A
ſoli ubertate, & commercjis celebratur, Pontô,
Archi-

rchipelagô, Mediterraneô, & Euphrate fluv. cin-
a . Turci, quibus ex æquo paret, eam in *Nato-*
am propriè, *Amaſiam*, *Caramaniam*, & *Alauduli* di-
inxêre: Singulis ſinguli præſunt *Gubernatores*, *Baſ-*
e, ſeu *Beglerbeg*. In *Natolia* olim *Bythiniam*, *Pa-*
hlagoniam, *Phrygiam*, *Lydiam*, *Æoliam*, *Joniam*,
ariam, *Galatiam*, ſeu *Gallogræciam* continente, ac
erræ motui (quô Tiberii ætate 12. urbes everſæ)
bnoxiâ offertur: 1. *Cotiæum*, *Cutaye* Gubernatoris
edes. 2. *Smirna*, *Samira*, ſeu *Sarchinia* Venetis
A. 1428. ab Amurathe II. erepta, tantæ amplitudi-
is urbs ut eam habitent Turcarum 60. Græcorum
5. Armenorum 8. millia: Galli, Angli, Hollan-
i, & Itali ſuos ibi habent *Conſules*; inde portus
eleberrimus mercatoribus, quibus An. 1688. pluri-
num damni illatum coortô terræ motu: urbs in de-
livi, & vicinia vinum, ac oleum ubertim largiente
ita, Archipræſule claret. 3. *Pergamus*, urbs Ga-
eni Natalibus, chartâ Pergamenâ, Bibliothecâ,
c Æſculapii templô nobilis, quæ, dum Lyſima-
hus Maced. R. ei theſauros ſuos committeret, à
Philetæro occupata, in *Regni Pergameni* caput eve-
ta eſt, & dein in Archiantiſtitis reſidentiam. 4.
Burſia, ſeu *Pruſia* à *Pruſia* Bythiniæ R. initiô, dein
A. 1300. ab Ottomanno in reſidentiam delecta, tum
Archiepiſcopi infulis aucta, & arce. 5. *Abydus* una
ex Dardanellis Helleſponti, de qua actum p. 2. 6.
Ephesus Turc. *Ajaſoloac* cum portu & exiguo caſtel-
lo: celebris tum ob vetus Dianæ templum, in quod
condendum 200. annos deſudatum eſt, tum ob S.
Pauli epiſtolam, & ſynodum Generalem contra Ne-
ſtorium A. 431. 7. *Troja*, *Ilium* aliter, ad Propon-
tidem Priami regia, A. M. 2870. everſa. 8. *Ni-*
cæa, *Iſnich* urbs Archiepiſcopalis à binis conciljis
Oecum: illuſtris, & portu egregio inſtructa: An.
1329. Ochanes II. Sultanus occupavit contra An-
dronicum Imp. vicinia vino, & frugibus affluit. 9.

Chalcedon Archiantiſtite clara, hodie ad anguſtia redacta. Concilium ibi de Eutychete celebratum A 451. è vicino *Scutari* cernes, olim *Chryſopolim* di ctam, quòd id loci debita Perſarum Regi vectigali ex tota Aſia deponerentur. 10. *Nicomedia*, ſeu *Co midia*, *Iſmid* à Nicomede R. ad ſinum cognominem condita, quam 30000 mortalium incolunt, lino Goſſypio, & Serico commercia tractantium. Ce larius penitus everſam, & demolitam ait: vici num habet fontem, quibuſvis, ùt Græci, Tur cævè aſſerunt, morbis ſaluberrimum. 11. *Lampſa cus* Archiepiſcopalis prope oſtium *Granici* fl. à primi Alexandri M. cum Dario conflictu notandi. 12 *Phocæa* Athenienſium colonia, nunc *Fochia*, ſeu *Foja* cum portu & caſtello, ubi *Hermus* fl. auri di-ves, vulgò *Sarabat* in *Sinum Smirnenſem* abit. 13. *Miletus* celebris quondam *Mileſiorum* urbs juxta *Mean-drum* fl. cum diſtrictu inſigni, in quo Apollinis Di-dymæi oraculum. Thaleti, Anaximandro, Anaxi-meni, Pittaco &c. primam lucem impertjit. 14. *Halicarnaſſus* ad *Ceramim* ſinum ab Alexandro M. quum ſe ei dedere recuſaret, ſuccenſa. Mauſolæum ab Artemiſia ſtructum, & fons *Salmacis* eam cele-brem fecêre. 15. *Philadelphia*, Turcis *DEI Civi-tas* prope *Tmolum* montem, ex quo aureus *Pactolus* evolvitur, incolis frequens. Epiſcopus hìc Chriſtia-nis cum 4. ædibus ſacris conceditur. 16. *Sardis* Croeſi olim regia, & egregiè munita, quam Sexen-niô, ſi Turcis fides, Tamerlanes obſedit: nunc di-ruta, à bubulcis duntaxat colitur. Urbes vicinæ *Thyatira*, ſeu *Tyria*, & *Laodicea* (in qua Concilium habitum A. 370.) ruinis ſunt obnoxiæ; in poſtrema hodiedum ſedes Archiepiſcopi, & tria theatra cum inſigni circo videntur. 17. *Coloſſæ* Metropolitæ re-ſidentia, quo S. Paulus epiſtolam exarâſſe creditur. 18. *Ancyra*, *Anguri*, Epiſcopalis urbs, non minùs ob inſignes Eccleſiæ orthodoxæ Doctores, quàm hæ-
reti-

eticos nota. In campo adſito Tamerlanes Bajazethem A. 1402. cecidit, & in captivitatem abduxit.
19. *Sinope*, urbs cum portu juxta Pontum Euxinum, Diogeni Cynico natalis, ad quam venæ cupreæ & cinnamomum frequens.

Amaſia (in qua antiquitùs Regnum *Pontus*, & *Cappadocia*, ſeu *Leucoſyria*) aut *Satrapia de Suvas* urbes habet 1. *Amaſiam* Gubernatoris reſidentiam ſecundùm *Caſalmach* fl. (aliter *Iris* dicitur) Strabonis ſolum natale, olim Archiantiſtite gaudens. 2. *Neocæſaream*, aljis *Tocata*, ponè *Licum* fl. à Gregorio Thaumaturgo loci ejuſdem Epiſcopo, & vino Natoliæ nobiliſſimo celebrem. Propè viſitur *Nazianzum* Archiepiſcopali infula decorum: Gregorio Nazianzeno nomen fecit. 3. *Trapezus Trabiſonda* propter mare nigrum cum Archipræſule, & portu inſigni, & gemino caſtello. Suburbiô recipiendis civium 20000. pari ambitur, erâtque caput *Imperii Trapezuntini*, quod ab Alexio Duca Conſtantinopoli profugo erectum evertit An. ferè 1460. Mahometes II. 4. *Amiſum*, quondam *Siſimo* Mithridatis R. reſidentiam. 5. *Sebaſtopolim*; *Suvas* toti ſubinde regioni nomen dantem.

Caramania in *majorem* & *minorem* partita, quondam *Ciliciam*, *Lycaoniam*, *Piſidiam*, *Pamphiliam* & *Lyciam* complectebatur, proprjíſque parebat Principibus, donec Sæc. XIV. à Turco ſubigeretur. In ea 1. *Iconium cogni* olim urbs Archiepiſcopalis, nunc Gubernatoris ſedes. 2. *Tarſus Teraſſe* accumbens *Cydno* fl. in quo ingens vitæ diſcrimen ſubjit Alexander M. Nitida erat, & opulenta admodùm. 3. *Iſſus* vulgò *Lazajo* propè montana *Amanica*, clade Darii ab Alexandro M. illata celebris. 4. *Antiochia Piſidiæ* urbs Epiſcopalis, parùm habitata. 5. *Satalia* ab Attalo Rege fundata. *Cataracto* fl. appoſita, à caſtello munito probè defenſa: portum habet Europæis mercatoribus frequentem, & Archiantiſtitem.

Aladulia Alauduli, olim *Armenia minor*, proprios amisit Reges in *Ustiagel*, quem proditione captum capite minuit Selimus I. Turc Sult. *Meridionalis* Satrapæ Aleppensi subest: *Septentrionalis Malatiam Marasch* urbem habet, & proprium Satrapam.

Insulæ binæ hìc memoriam (de reliquis p. 2. c. 8. actum) poscunt: I. *Cyprus* (seu à multo ære, seu ligustro copioso, quòd Græcis *Kypros* dicitur, nuncupata) frumento, Gossypio, vite præsertim generosa, non itèm aura salubri affluit: proprios primùm Reges habuit, quibus successit Alexander M. dein Reges Ægyptii, Romani, Angli, familia Gallica Lusignana, Veneti, ac tandem A. 1571. Ottomanni. Regios gerit titulos, quos quoque sibi assummit Dux Sabaudiæ ob familiam Lusignanam sibi sanguine junctam. Loca præcipua: *Nicosia*, aljis olim *Tremithum*, urbs Archiepiscopalis, Cypri caput, ac Bassæ residentia, è qua occupata dum copiosum A. 1570. thesaurum Turci aveherent, heroa Christiana succenso pulvere pyrio navigium cum spoljis omnibus in auras ejecit. *Fama augusta*, Antistite nobilis: muros habet cum portu egregio ac suggestus turribus 13. distinctos. A. 1571. Turcis cessit, postquam militùm 80000. amisissent. 3. *Caraunia*, *Cerines* urbs modica. 4. *Paphos* Veneri sacra: dehinc Præsule clara: nunc oppidum duntaxat *Batso* nomine.

II. *Rhodus* Candiam inter & Cyprum, quam Hierosolymîs occupatîs *Equites S. Joannis* subduxêre Saracenis, repetente eam irritùm Mahomete II. donec A. 1522. proditione Solymanno cederet, Equitibus primùm in Candiam, dein in Siciliam, mox in donatam à Carolo V. Melitam Insf. discedentibus. Urbs princeps *Rhodus* ad montis radices sita, bene munita, cum portu utrinque turribus, ac gemina rupe clauso, quarum cuilibet pede uno insistebat colossus solis 70. ulnas altus, Charis opus: hu-

jus

us terræ motu dejecti fragmenta Muavias Ægypti Sultanus 72. camelis abduxit A. 1471.

Q. Quid de *Syria?* *R.* *Syria*, *Souriſtan* (cui quondam inſerta *Syria propè*, *Cæleſyria*, *Phœnicia*, & *Palæſtina*) fertilis admodùm regio, Natoliæ, Arabiæ, & Mediterraneo finitima: à proprjis regibus ad Aſſyrios tranſiit, tum ad Seleucum Nicanorem, dehinc A. M. 3991 ad Pompejum, à quo in Provinciam redacta; pòſt ad Saracenos, Conſtantinum Imp. Bullionios, ac demum Ottomannos, ſub quibus hodie deſerta. Terna habet gubernia: In *Aleppenſi* eſt: 1. *Aleppum*, aljis olim *Berrhœa*, aut *Hierapolis*, Baſſæ ipſi Sultano formidandi, Achipræſulis Græcorum, Antiſtitis Jacobitarum & Maronitarum ſedes, 4. collibus inſiſtens, in quorum maximo caſtellum porticu multiplici, ac fornicibus firmiſſimum. Emporium hoc nobile æquè ac oppulentum cujuſvis propè nationis *Conſules* cenſet, Moſcheas 26. è quibus 7. plumbo tectæ, & 40. *Caravanſaras*, ſeu loca mercatoribus, peregriníſque excipiendis deſignata. Mahometani eam Chriſtianis eripuēre: evertit magnus Tartariæ Chamus A. 1260. occupavit Selimus A. 1515. Incolæ frequentiam ex eo deſumas, quòd A. 1585. menſium 3. ſpatio peſte interierint 120000. 2. *Scanderona*, ab Alexandro M. *Alexandria*, urbs cum portu, 3. dierum itinere Aleppo diſcedens, quò naves mercatorum appellunt: unde id loci Gallorum, Anglorum, & Hollandorum Procoſs. 3. *Antiochia magna*, ſeu *Theopolis* urbs antiquitùs celeberrima, & diverſis Conciljis nobilis juxtà *Orontem* fl. montes binos complectens: in eminentiori caſtellum conſpicias. A. 1098. Godefredus Bullionius urbem occupavit; at An. 1269. Ægypti Sultanus diripuit cæsîs incolarum 17000. abductîs ſupra 100000. Volaterranus Antiochiæ Patriarcham ait ſub ſe numerâſſe 20. provincias, 14. Metropolitas, Epiſcopos 53. in urbe ipſa 366. ædes ſacras: hodie eam ut-

cunque

cunque desertam incolit Achiepiscopus Catholicus Maronitarum, & alter Græcorum Schismaticus. *Laodicea* pariter in pejus abjit. 4 *Samosata* olim Episcopalis in *Comagena* Syriæ Provincia ad Diarbecker.

In *Tripolitano Tripolis* est cum castello ac portu commodo, mediterraneum coronans, in planitie olivis consita, A. 1109. à Balduino Hieros. R. occupata. A Saracenis dein A. 1289. penè eversa.

In *Damasceno* occurrit 1. *Damascus* Syriæ caput, ac emporium illustre, ab orientalibus ex omni secta Christianis habitatum. *Chrysorrhoâ*, seu *amne aureo* alluitur, pluribúsque fontibus, ac viciniâ perquam amœnâ gaudet. Urbs castellô egregiè munita adjacet radicibus montis *Libani*, qui nivibus candidus, aliter *Hor-Hor* seu *Mons Montium* audit, 23. proceras ac antiquissimas cedros exhibens: à *Maronitis* colitur, quibus solis campani æris usum indulgent Barbari. Tractum hunc inter & *Anti-Libanum Cœlesyria*, aut *Syria cava*, seu *Terra Emath* dicta. 2. *Sidon*, *Seide* urbs à Tyro, si commercia spectes, prima ac Episcopalis, dum eam Christiani possiderent, qui sat frequentes etiam hodie ibi reperiuntur: portus majoribus navigjis recipiendis impar exigua bina castella habet. Primum hìc vitrum confectum. Hanc inter & Tripolim *Berytus* urbs maritima cernitur, Romanorum colonia à Theodosio Jun. Imp. Metropolitæ infulis donata: antiquitùs hìc palàm juris Prudentia tradita. Balduinus I. Hieros. R. eam A. 1110. expugnavit. Propè est caverna ingens, in qua Draco, quem S. Georgius occidit, ob quod is Turcis in honore. 3. *Tyrus*, *Sur*, urbs antiquissima, & ob Reges suos ac divitias quondam celeberrima. Hanc Alexander M. diruit, Adrianus Imp. in *Phœniciæ* metropolim, Christianíque in Archiepiscopalem evexêre, Hodie oppido similior, ac urbi. 4. *Ptolemais*, *Acri* portu optimo, Antistite, & munimentis

mentis insignibus gaudens: Boream versùs *Puteus aquarum viventium* discedit, 4. habens fontes durissimis lapidibus cinctos. Si *Joppam* versùs litus legas, occurret *Carmelus* mons fertilis aliàs, sed incultus, & prædonibus scatens; in ejus medio ædes sacra in 4. angulos desinens, antrum S. Eliæ continet; itèm *Neocæsarea*, aliàs *Euphratesiana*, Romanorum colonia; à *Stratonis turri* nobilis, cujus Præsul primus Cornelius centurio à D. Petro sacro fonte ablutus. 5. *Joppa*, *Jaffa*, à Japheto Noë fil. ante diluvium strui cœpta in saxoso litore, cum portu piratis perquam idoneo, ubi Christiani in terram sanctam profecturi appellunt: Archiepiscopalis erat, à Saladino A. 1188. eversa, denuò munita à Richardo I. Angl. R. A. 1252. nunc exigua est cum castello, & 2. turribus. 6. *Gaza*, seu *Gazera*, ad Ægyptum præ cæteris populô referta, ac à castello probè defensa: proprio ceu feudum à Turcis concessum paret Principi. 7. *Rama*, *Ramatha*, seu *Arimathia* Samuelis locus natalis: juxta *Lyddam*, seu *Diospolim* urbem vicinam à catenis S. Georgii (quæ amentibus medentur) celebrem est ædes sub terra firmatis innixa columnis, antiquitatis monumentum. 8. *Hierosolymæ*, Turcis *sancta civitas*, à Melchisedech *Salem*, Græcè *Solyma* dicta: Jebusæi dein expugnatâ urbe castellum *Jebus* struxerunt, Inde quibusdam *Jerusalem*. In Monte *Sion* Davidis R. aula, in monte *Moria* templum erat Salamonis, pro quo ad cædenda ligna hominum 30000 designata, ad lapides scindendos 80000. Trabes fuère cedrinæ, parietes omnes aurô obducti: ajunt quidam in hanc fabricam impensa 30000. millionnum. Vide 3. Reg. c. 6. Josue ex Israëlitis primus urbem expugnavit, cum varios nacta est Dominos, donec à Babyloniæ R. Necabudnezar cum templo succenderetur. Nehemias vix A.M. 3560. novam urbis, ac templi structuram finierat, deditur Ptolomæo Lagi A. M. 3629. pòst Antiocho Epiphani,

phani, Judæ Machabæo, Pompejo, dehinc Herodi. Postremò A. C. 70. Tito Duce integra ferè in cineres redacta. A. 132. ab Hadriano alio in loco structa est, & *Ælia Capitolina* dicta, hinc factum, quòd hodie *Calvariæ* mons in media prope urbe cernatur. Constantinus Imp. urbem renovans, varias Ecclesias condidit: à Chosröe occupatam recuperavit Heraclius Imp. An. ferè 627. Godefredus Bullionius An. 1099. Saracenis eripuit, primus Hierosolymarum Rex nuncupatus; at Ægypti R. Saladino cessit An. 1117. Selimo Turc. Imp. A. 1517. Turres olim censuit 168. portas complures: *auream* Turcæ obmurârunt, quòd Christianorum per hanc duntaxat ingressum sibi fatalem existiment: valle *Siloë*. *Gehenna*, *Tophet*, colle *Haceldama* &c. cingitur: Ædem *B. Virgini præsentatæ* sacram Barbari crebris lampadibus ornant, quod si Christiani subeant, id vel capite, vel Christiani cultûs mutatione luendum. In Domo S. Annæ juxta *Piscinam Probaticam* lacus est subterraneus à Nativitate B. V. Mariæ juxta S. Damascenum clarus. In monte *Sion*, ubi civitas Davidis, Christus cœnam ultimam sumpsisse traditur: calix, in quo consecratum vinum, Valentiæ in Hispan. Catinus, in quo agnus repositus ex Smaragdo integro Genuæ ostenditur. In hoc monte B. V. decessit, postquam palmâ ab Angelo allatâ de morte certior fuisset facta, ùt testatur S. Cosmas Vestitor. Locus *Flagellationis* in textoris officinam abjit, ubi ob flagellorum strepitum nemini noctem agere concessum: *Domum Pilati* Bassa, *Zanzachum* vocant. habitat. *SS. Sepulchrum*, quoscunque urbs sortiretur Dominos, semper integrum, 8. ferè hominum capax. Illustratur lampadibus 46 unam haud pridem Neapolitani argenteam ingentis molis obtulêre, cujus pretium faciunt 24000. coronat: alię duę Hispanicę, alia Florentina, seu ob vastitatem seu ob lumen multiplex Europæas alias facilè superant; in medio est Ecclesiæ. Cupula

illud ornat cum ſex columnis marmoreis, infra quas octo fornices columnis pariter marmoreis innixi. Sub loco *Crucifixionis*, qui varjis ſacellis diſtinctus, eſt ſacellum Protoparentis noſtri; ejus ſervata id loci *Calvaria* monti nomen fecit, tactáq; fuiſſe creditur cruore è latere Chriſti profluo. RR. PP. Franciſcani, *Franci* ab incolis dicti, ad templum S. Salvatoris degunt, quod amiſſo monte ſione A. 1588. adepti ſunt: eorum Superior *Reverendiſſimi* titulum gerit, cum Infula celebrat, & præſentat Urbis Patriarcham. Velut in gremio vallis *Joſaphat* ſeu *Judicii* eſt ſepulchrum B. V. Mariæ marmore interiùs veſtitum, & lampadibus illuſtre: è Scalæ latere, per quam ad id deſcenditur, cernas tumulum SS. Joſephi Nutr. Joachimi, & Annæ. 9. *Emaus*, Budræo *Nicopolis* prope Hieroſolymas, cui accedit *Modin* Machabæi ſtemmatis arx, ad quam ſepulchra Judicum, ac Regum etiamnum extant in viva petra, ceu cellæ magno numero elaboratæ; in quarum ſingulis exciſſum ex eadem petra ſepulchrum, & ſaxeæ portæ, quæ non obſtante pondere abſque negotio elevari poſſunt: nunc ob aggeſtam tellurem ægrè adeuntur. *Lus* ſeu *Lucz* (ob avellanæ nucis frequentiam) urbs à Jacobo Patriarcha viſa in cælum uſque procurrente ſcala, *Bethel*, ſeu *Domus DEI* dicta, dein *Beth-aven Domus iniquitatis*, dum Jeroboamus vitulum aureum adorandum propoſuit. 11. *Samaria*, olim Iſraëlitarum regia, monti incumbens, quæ A. M. 3991 à Joanne Hyrcano everſa, ab Herode rursùs A. M. 4033. reſtituta eſt, & *Sebaſte* dicta. Inde ortum traxêre *Samaritani* rebelles ſæpe, ſemper ſuppreſſi. In *Samariæ* monte rudera ſuperant templi inſignis *S. Joan. Bapt.* ubi Eliſæus & Abdias Prophetæ tumulo illati; è vicino eſt urbs *Sichem*, ſeu *Sichar*, vulgò *Naplouſe*. 12. *Bethlehem Juda*, ſeu *Domus panis*, aliàs *Ephrata*, id eſt *fertilis vicus*, ubi natus David. Servatoris noſtri locus natalis ſtabulum erat in rupe cavum,

qua-

qualium cavernarum in Palestina copia : S. Helena templum ibidem magnificum struxit. Nativitatis locus signatur argenteâ stellâ, gemmis distinctâ, in cujus medio cavitas unius palmæ. S. Hieronymus hìc Hebraica Biblia latinitati dedit. Hinc Hierosolymas iter faciens notabis *Cisternam Davidis Bethlehemeticam*, *Sepulchrum* Rachelis, *Turrim* Jacob, saxum cui forma S. Eliæ Thesbitis impressa, *Domum* S. Habacuc Proph. *Terebinthum* B. V. cui JESUM Hierosolymas deferenti, ac sub umbra quiescenti se inclinavit, *Piscinam Bersabeæ*, *Vallem Gigantum &c.* ex latere alio antrum cernas, in quod se recondens ante fugam in Ægyptum B. Virgo, dum petram lacte Virgineo fortuitò conspergit, subitò omnia fulgore sunt illustrata. Milliarî distat *Hortus Conclusus* à *Ponte signato* irriguus, qui concamerationes alto atrio pares habet: canalis omnes fontium venas excipiens, hominis altitudinem adæquat. 13. *Nazareth* vicus exiguus hodie A. 1268. loci Episcopus Mahometis suscepit deliria, & Catholicos in augustissima æde sacra miris supplicjis affecit. Vicinus est mons *Thabor*, aljis *Itabyrium & Masloim* rudera Ecclesiæ cathedralis, & 2. Monasteriorum exhibens: sub loco *Transfigurationis* Christi ternæ cernuntur concamerationes: proximus est *Cison* torrens *Naim* vetustam Galilææ urbem alluens, tum *Dio Cæsarea* vulgò *Sephoris* à bono fonte celebris, & patria SS. Joachim, & Annæ: munitissima Galilææ urbs erat sub Herode.

Palæstinæ erant olim 4. regiones præcipuæ, Philisthæis, Edomitis, Ægyptjis, Ammonitis, Madianitis, Moabitis, Amalecitis, & Syris objectæ: 1. *Judæa* mediterraneum inter & *mare mortuum* seu lacum *Asphaltitem*, aut *Salsum*, ubi *Sodoma & Gomorrha* de pluo igne absumpta. In hac tribus Juda possidebat *Betlehem*, *Hebron Davidis*, *Gazam*, *Asdat*, regionem *Gosen*, desertum *Ziph*: Benjamin *Hierosolymas*,

ymas, *Jericho*, *Silo*: Dan *Joppen*; Simeon *Bersa-
æam*, *Ascalon*. 2. *Galilæa* mediterraneo, & stagno
Genezareth, seu *Mari Galilæo*, vel *Tiberiadis*, in
qua tribui Aser obtigit mons *Saron*, & Syris finiti-
na: Nephthali *Capharnaum*, *Cæsarea Philippi*, nunc
Bellino, seu *Velena* (aliter *Dan*, ubi *Jor*, & *Dan*
luv. confluunt, inde *Jordanes*) *Decapolis*, seu *decem
rbium* regio: tribui Zabulon mons *Thabor*, *Tibe-
ias*, *Bethsaida*, *Cana Galilææ*, & *Nazareth*: Isachar
nons *Carmelus*, vallis cum urbe *Jesraël*. 3. *Sama-
ia* ad *Jordanis* fl. lævam, ubi tribûs Ephraim erat
amaria, *Sichem*: Tribûs Manasse *Galgala*, *Taphna*,
Bethsan, & *mons Prophetarum*. 4. *Peræa* ex altera
ordanis parte sita, quæ partim *Traconitis*, *Ituræa*
artim audjit. In hac ad tribum Ruben spectabat
Bethabora juxta *Jordanem* fl. ad Gad *Gilead* Provin-
ia: ad dimidiam Manasse tribum terra *Huss*, &
Gigantum, urbs *Corozaim*, *Basan* regnum, & mon-
ana *Sanir*.

Q. Quid in *Arabia*? *R.* *Arabia* ab Arabo fil. Cur (si
Beroso Chaldæo credimus) nominata, in peninsulæ
norem porrigitur, Soriæ, mari rubro, Arabico, ac
inui Persico objecta. Oceanum versùs thure, bal-
amô, unionibus &c. opima, incolas alit Mahome-
anæ perfidiæ, & populationibus addictos. *Arabia Pe-
ræa* occasum versùs: deserta verò ad Boream; à
neridie *Felix* dicitur: varii jis sunt principes cùm
Turco, tum Persæ subditi. *Petræa*, Cellario regnum
Saraab Madianitarum olim, Moabitarum, Edomi-
arum, & Amalecitarum regio, nomen sortita est à
Petra urbe, Cellario *Nabathæa* vern. *Arach*, cujus
nunimenta egregiè obsidentem Trajanum, & Seve-
um Imp. rejecêre: in ea Ægypti Sultanus opes suas
condit. Sinui maris rubri alabastrô, coralljis, &
agneti mineris opulento urbs *Medava* seu *Moab* &
or accumbit. Mons hic in duos desinens vertices:
nus *Horeb* dicitur, alter *Sinai*, quò corpus S. Catha-

rinæ

rinâ V. & M. Alexandriâ delatum: fovea in rupe effossâ, ubi vitulus aureus conflatus ab Israëlitis, & locus ab apparitione DEI in rubo celebris visitur. *Elor* civitas, olim *Hermopolis*, Emporium mercium in Ægyptum transvehendarum, apposita est viciniæ ab exitu Israëlis è mari rubro notandæ.

In *Deserta* arenosâ, & aquarum defectu laborante (in qua ob solitudinum vastitatem acus magnetica æquè, ac in Oceâno necessaria incolis, qui, Cellario teste, ligneis inclusi caveis iter faciunt) est 1. *Anna* urbs Euphrati fl. apposita, 4000. ædium censens. 2. *Balsora*, seu *Bassora* ad *Euphratis*, & *Tygris* confluentes Principatûs cognominis caput, Avicennæ Medici solum natale, ac Bassæ Turcici sede: arx ibidem robusta, & portus mercimoniis nobilissimus: Christianæ *à S. Joanne* familiæ sunt 25000. in hac & vicinis urbibus, *Arabia Felix*, seu *Saba* aromatibus, balsamô, myrrhâ, gemina quotannis messe, avibus &c. fœcunda, & magnitudine utrique priori par traditur. Cellarius asserit incolas odorem, fragrantiámque rerum nimiam bituminis suffitu, & hirci barbâ levare: cinnamomô, & casiâ lignorum locò ignem pascere: *Perræos* ex auro, argento, ebore, domorum limina, & parietes construere.

Panchæos myrrhâ, vinô, ac thure opulentos. In ea 1. *Mecca* urbs *Betium* fl. coronas, in valle montibus cincta, & solô admodum sterili: ad hujus divitias non parum conferunt peregrini ad fanum (*Moscheam* dicunt) quàm ditissimum, & Mahometis Pseudoprophetæ locum natalem confluentes, qui ut 17. dies alerentur, Sultanus urbis Principi, *Cheq* dicto, & Mahometani dogmatis supremo submittit quotannis tapetem ad Mahometis tumulum integendum, & tentorium cum vi magna pecuniæ. 2. *Medina* Mahometanis nobilis à Fano (quod *Sanctissimum* nuncupant) 400. colossis fulto, & illustrato lampa-

ampadum argentearum 3000. Tumbam Mahometis
udæus non à magnete ſuſtentari, ſed parvis mar-
noreis columnis inniti ait. 3. *Zibithum*, *Saba* quon-
am, urbs mercimonialis, & Turcis à Principe re-
ionis erepta: medium Freti *Babelmandel*, ſeu *Tri-
ulationis*, quia naufragjis obnoxium, inſula *Babel-
nandelia* tenet. 4. *Adenicum*, *Aden*, urbs maritima
000. ædium, muris, frequentibus caſtellis, & portu
nercatoribus celebri præſtans: à Principe Arabiæ
otentiſſimo poſſidetur, Ottomannô A. 1538. ejectô:
nde bidui eſt iter, ait Cellarius, ad *Almacharam*
bem regiam, in monte arduo ſitam, quam cùm
ccefsûs difficultas, tum annonæ, commeatuúmque
acilitas vix expugnabilem reddat: in ea Sultanus
ertur auri tantùm ſervare, quo facile 100. Cameli
nerari poſſent. Hinc non multùm abſcedit *Reama*
nercatu inſignis, in cujus agris rerum omnium fer-
iliſſimis dari verveces ajunt, quorum cauda 44. li-
ras ponderet; ob cœli temperiem hominum ætas
d annos 125. extendi fertur. 5. *Baharema* urbs
nunimentis inſtructa egregiè, & portu ſub Perſarum
re. Vicinia *Gubernium de Elcatif* nuncupatur: à
ulio ad Septembrem hìc quotannis margaritarum
opia è ſinu Perſico tollitur. 6. *Maſcate* principatus
ræ cæteris fertilis cum portu & urbe *Maſcate*, quam
ontra Luſitanos ſibi Princeps Arabicus Aceph-ben-
li aſſeruit: hìc margaritæ, per quas oculorum radii
acilè tranſmitti poſſunt.

Q. Quid in *Georgia?* *R.* *Georgia*, ſeu *Gurgiſtan*
narî nigrô & Caſpiô alluitur, Caucaſo monti (quem
Cur fl. interſecat) ac Armeniæ contigua. In *Geor-
iam propriam* (olim *iberiam*) *Mingreliam*, vulgò *O-
iſciam*, antiquitùs *Colchidem*) unde Jaſon vellus au-
eum ſuſtulit) & *Zviriam* dividitur, vinô, frumen-
ô, & paſcuis excellens, vulgus ipſe, Chriſtianus
uidem, at multis erroribus implexus, potiſſimùm
efrendibus alitur. Rex Perſarum regione hac edo-
S mita,

mita, duos ei Pro-Reges præfecit. In *Georgia pro-pria* præter urbem *Gory* 2. collibus (in quorum uno castellum naturâ, & arte munitum, Persis Præsidium tuentibus) inclusam ad *Kur* fl. habetur *Tefflis* seu *Tifflis* Georgiæ præcipua, seu munitio, seu Pro-Regis spectetur residentia: 14. id loci ædes sacræ Christianorum, & frequentes incolæ cum Episcopo. eam bis Turcæ expugnârunt, sed Persa rursus obtinuit. *Mingrelia* regio minimè salubris, nemoribus consita, Leopardis, ursis albis, aquilis, tigridibus, pelicanis, & leonibus abundans, in provinciam *Imeretiam*, seu *Bassa Mione*, *Guriel*, & *Dadian*, seu *Mingreliam propriam* dividitur: harum gubernatores (*Dadian* vocant) regios titulos poscunt. Quivis prope inquilinorum ob frequentia pascua alit equum, populationibus cædibus deditus: vir in adulterio deprehensus, marito adulteræ porcum in cibum dare cogitur. Patriarchæ Constantinopolitano subjecti hìc sunt 6. Episcopi, sed quantis erroribus imbuti! *Imeretia* vicis referta, & lignô, valles amœnas, ac fœcundas offert: Regionis Dominus se *Regem Regum* jactat: cum Principe *Mingreliæ*, ac *Guriæ*, seu *Guriel* Turco est vectigalis. Locus præcipuus *Cotatis* vicus absque munimentis secundùm *Phasim* fl. vern. *Rione*, cui apposita munitio A. 1640. ab Imeretiæ Rege solo æquata: ab eo *Phasiani* (qui ibidem frequentes) nuncupati.

Q. Quid de *Turcomannia*? *R.* Georgiæ, Persidi &c. affusa, olim *Armenia major* audjit: Incola Mahometanæ perfidiæ deditus proprium Agam habet: ejus labor ingentem pecudum vim ad pascua agere. Censetur in ea 1. *Cars* urbs ad *Euphratis* fontes. 2. *Erzerum*, quibusdam *Theodosiopolis*, regionis urbs Princeps, & Gubernatoris residentia.

Q. Quid de *Diarbeck*? *R.* Tigrim inter, & Euphratem sita, continebat quondam *Paradisum* Protoparentibus nostris natalem, *Mesopotamiam*, *Babylo-*

niam,

iam, seu *Chaldæam*, & *Assyriam*. In ea 1. *Diarbe-zia* urbs prope *Tigrim* fl. mercimonialis, murô ge-minô, & 72. turribus cincta: à Christianorum fere 0000. incolitur. Bassa Diarbeckiæ 19. *Sangiacos*, u *minores Præfectos* numerat, ac 20000. equitum n aciem valet reducere. 2. *Ninus nova*, vulgò *Mo-l* seu *Mosal* juxta lævam *Tigris* fl. cujus dextræ *Ni-us vetus* erat adsita, A. 1173. secundò eversa: Dio-orus Siculus ait eam 400. stadia in ambitu cen-isse, turres 1500. singulas 200. pedes altas. 3. *agdadum* è ruderibus *Seleucia* veteris consurgens, *igri* fl. accumbit, cùm ob munimenta, tum ob ve-ustatem celebris: castellum cum 300. Janizaris Aga idam tuetur. Turci eam Persis sustulerunt A. 1638. iquot dierum itinere absunt rudera Babyloniæ, quæ Belo condi cœpta, à Semiramide ad orbis usque odigium perfecta, & Assyriorum Regum residen-a fuit inde *Regnum Babylonium*, à Nabonassare A. . 3306. inchoatum, cui finem fecit Cyrus A. M. 195. In circuitu traditur stadiorum 360. seu 45000. ssuum: mirabantur in ea præcipuè veteres castel-m 20. stadiorum in ambitu, pontem Euphrati in-tum, muros ulnarum 100. turribus distinctos, hor-s pensiles, commercia, & Astronomiæ studium. *Orfa*, *Edessa* olim, quam terræ motu concussam staurans Justinus Imp. *Justinopolim* dixit. Abagari erat residentia, & Coshroëm Pers. R. egregiè pulit. 5. *Haran* aljis *Carræ*, ubi Orodes Partho-n R. necavit Crassum Romanum, adeò opulen-n, ut ejus bona conflârint 7100. talenta absque cimis Herculi pensis.

Q. Quis in Imperio Turcico status Politicus? *R.* *raceni* Arabiæ Petrææ incolæ, & à *Saraco* loco cti, seu à Sara Abrahæ conjuge, dum ab Hera-o contra Persas conducti, post victoriam mercede udarentur, irâ succensi Mahomete Duce, Syriam, gyptum, ac Persidem edomuêre; at, quum *Turcæ*,

gens Scythica, è caspio mari à finitimis pulsi Asiam, & Mediam subigerent in Persidem descensuri, obviam jis ivêre Saraceni, qui Turcis resistendo impares eos in regni consortium admiserunt; hinc Saraceni passim pro Turcis habentur. Hi dein in *Cappadociam*, & *Asiam minorem propriè* effusi, 7. constituebant Principatus, quos Ottomannis sub initium Sæc. XIV. evertit, & Prusiâ Bithyniæ expugnatâ ibidem regni Ottomannici sedem statuit: Orchanes & Solymannus filii, quod Hellesponto, & mari nigro contiguum, Amurathes I. & Bajazethes I. quod Hungariæ objicitur, sibi asseruerunt, Mahometes II. Imperium Constantinopolitanum, & Trapezuntinum. Sultanus equos habet selectos 1000. procedens ad prælium mulos 12000. Hunc dignitate sequitur *Mufti*, seu Supremus Turcarum Sacerdos, dein *Magnus Vezirius* toti militiæ Præfectus, 10. *Vezirii* tum togæ, tum sago designati, 2. *Beglerbegi*, *Bassæ* velut Principes (quibus *Sangiaci*, seu minores Præfecti subsunt) *Agæ* militum tribuni. *Janizarorum* numerus, olim è meris Christianis conflatus ad 12000. redactus est, quibus accedunt 15000. *Capi*, pedestres pariter copiæ; *Spahy* seu equitum belli tempore numerantur subinde 40000. *Pasi*, seu stipendiatorum equitum 180000. *Timariotarum* sunt 44000. qui de Marte benèmeriti, terræ portionem in feudum assecutî, singuli alere coguntur 1. militem: Tartariæ quoque Chamus Ottomannis tenetur ire suppetias. Henninger teste, reditus Sultani faciunt aureorum ferè 150. milliones.

Q. Quæ incolarum indoles, & religio? *R.* Etsi admodum barbari sint, jussa Sultani Turcæ velut DEI vocem excipiunt, vitámque in ejus obsequjis ponere, maximi habent. Mahomet Meccæ A. 570. Patre dæmonum cultore, Matre Ismaëlita genitus, & vel ideo diverso imbutus dogmate *Alcoranum*, seu leges conscripsit, generi humano pernitiosas adeò,

ut vel

ut vel ipse harum ruinam veritus sub capitis pœna sanxerit, ne quis de illis disceptaret : tum asseclis suis indulsit omnes carnis illecebras, unde pellices eis habere licet, quot lubet : uxores 4. ter etiam, si placet, repudiandas. Annos numerant ab *Hegyra*, seu fugâ Mahometis Meccâ Medinam, quæ evenit A. 622. *Santoni* quasi curiones, Turcas convocant ad preces : ara eorum in rotunda parietis excavatione consistit ad meridiem designandum. Divites rigorosum, quod habent Turcæ, jejunium ære oblato redimunt. Religiosi eorum sunt *Calenderes*, *Imaileres*, *Derviseri*, & *Torlachi*, Veneri clam potissimùm dediti : diversæ Turcarum sectæ numerantur 67. inter Christianos sunt *Maronitæ* Catholici. *Græci* Schismatici. *Armeni*, *Jacobitæ* à Jacobo Antiocheno hæretico dicti, *Georgiani* ob virtutem bellicam ipsis Turcis timendi, *Mingreliani*, *Gophti*, seu circumcisi, & *Abyssini*, seu *Æthiopes*. Judæorum hìc plurimi, quorum sectæ diversæ, ut *Samaritanorum*. *Essæorum*, *Sadduceæorum*, *Rabbanitarum*, & *Coraitarum*.

CAPUT III.

DE IMPERIO PERSICO.

Q. QUid de *Persia* notandum? *R.* Regnum hoc è præcipuis Asiæ regionibus à Perseo Jovis, & Andromedæ filio nomen nactum, in longum æquè ac latum ferè 400. mill. porrigitur. *Tigris* ei est occiduus, ab oriente Indi accolunt : Septentrionem mare Caspium, Sinus Persicus meridiem excipit. In *Mediam*, *Hyrcaniam*, *Margianam*, *Assyriæ* partem, *Susianam*, *Parthiam*, *Ariam*, *Paropanisum*, *Persidem* propriè, *Carmaniam*, *Drangianam*, *Arachosiam*, & *Gedrosiam* divisêre veteres, recentiores in 15. vel 16.

provincias, quales ſunt 1. *Farſiſtan* vite generosâ, pomis granatis, ſolô cypreſſis conſitô fœcunda: urbs ei ampliſſima *Schiraſium* ponè *Bendimir* fl. collegiô nobilis, ubi 500. Theologiæ, Medicinæ, & Philoſophiæ dant operam. Prope ſunt *Perſepolis* regni Metropolis rudera ad *Araxem* fl. quam A. M. 3724. in Thaidis pellicis gratiam Alexander M. ſuccendit, primus facem Palatio cedrino injiciens. 2. *Suſiana*, in qua *Suſa* nunc deſerta, olim Perſarum regia: *Eulæo*, ſeu *Choaſpi* fl. dominatur. 3. *Erack*. ſeu *Terack* urbem è maximis orbis civitatibus habens, Cellario *Baldach*, Caliphi, ſeu Saracenorum Pontificis ſedem, *Iſpahan* nomine, Perſiæ caput 8. mill. Germ. in ambitu complectitur cum ſuburbjis, quorum unum Armeni Chriſtiani, alterum Georgiani, tertium Ethnici incolunt; toti urbi mercimonjis nobili aquas affatim *Senderat* fl. ſufficit: Regis Palatium 40. tormentis inſtructum, excurrit in forum elegans, cui vix ullum in Europa præhabeas, 3. hìc Catholicorum cœnobia, & caſtellum, (cui regius Theſaurus creditur) vetuſtis turribus duntaxat inſtructum. Huc ſpectat *Casbinum* urbs ampla non minùs, ac populoſa, cui arx imminet prævalida: aljis *Ecbatana* dicitur, Mediæ Metropolis, & regia à Merodacho A. M. 3347. everſa. Hephæſtioni Alexandro M. familiariſſimo, A. M. 3725. occumbenti, hìc parentatum eſt talentis 11000. olim hac in provincia ad *Lycum* fl. fuiſſe traditur *Arbela* urbs, ad quam Alexander M. tertiùm cecîdit Darium A. M. 3722. 4. *Adirbelizan*, cujus caput *Tabriſium*, *Tauris* numerat 15000. ædium cum totidem mercatorum officinis, 300. Carvanſeras, ſeu loca mercatoribus exteris & peregrinis hoſpitiô excipiendis deſignata, fana ſeu Moſcheas 250. *Spingichâ* fluv. alluitur, à 600000. ferè incolarum habitata: RR. PP. Capucini venuſtô domiciliô gaudent. Gubernator urbis *Generaliſſimus* ſuper exercitum audit, habétque

étque equorum 3000. *Ervanum*, *Irvan*, ſeu *Ervans*, rbs hodie huic provinciæ inſerta , colli inſidet, uem *Zengny* fl. ponte lapideo (in quo 3. fornices, : quædam Gubernatoris cubicula) ſtatus & *Queurck-ɔur-Lack*, ſeu 40. *Scaturigines* alluunt : fortalitium ı urbis morem ſtructum ſoli Perſæ inhabitant, ubi ximium Gubernatoris palatium. Ex hoc A. 1604. : 36. Perſæ Turcos ejecêre: Serici maximum hìc ɔmmercium: vicinia vino egregio, frugibus, per-icibus, carpionibus, & truttis etiam 3. pedes lon-is affluit. Non multùm abeſſe dicitur *Ararath* (ubi .rca Noë poſt diluvium reſedit) Caucaſum magni-ıdine ſuperans , 3. dierum itinere diſtanti lacui 5. in ambitu milliarium, innata inſula, ubi cœno-ium , cujus Superior Archiantiſtes . 5. *Servania*, *:irvan*, ſeu *Sirvam* fertiliſſima, & populô referta, bi *Derbentium* urbs , & caſtrum , olim *Alexandria lbaniæ* dicta Turcis , *Ternir-capi* , ſeu *Porta Fer-ɛa*, quia ſitum ad *Portas Caucaſeas* , *Caſpias*, ſeu *ɔerias* , ubi montis anguſta ruptura per 8000. paſſ-anſitum præbet. 6. *Gilania*, *Kilan*, ad lacus Caſ-ii ripam montibus, in morem amphitheatri cincta ; ites præſtantes, oleum , ſericum , poma granata, ecudes , & altilia ad delicias offert . Scach-Abas 'erſ. R. Sæc. priori urbem *Ferabath* condidit, ubi tiam è vivis abjit. 7. *Tabareſtan* mari Caſpio ob-ecta : ejus urbs Princeps *Aſterabatia*. 8. *Coraſania* 'artariam versùs à frequentibus fluvjis irrigata : à abricis tapetum, & ſericii panni notatur : urbs præ-ipua *Heratum* . 9. *Sabluſtania* montibus incluſa, ıunimen habet in Perſide firmiſſimum. 10. *Dran-iana* olim, nunc *Sigiſtania*. 11. *Gedroſia* antiqua, odie *Circan & Marcran* complexa . 12. *Carmania Cirman* Sinui Perſico affuſa, quò pertinet *Ormuzium* eu *Armuzia* inſ. *Ormus* , urbe gaudens cognomine, uam A. 1507. Luſitani expugnârunt: dein caſtello enè munita, & ob portum commercjis idoneum o-

pulenta admodùm reddita ; at in pejus abjit, dur A. 1622. Persæ Lusitano eripuêre, suppetias eunt Anglo, cui ob id dimidium proventuum è teloni hodiedum penditur. 13. *Makeran* pars Carmania proprium habens Principem Persæ vectigalem. 14 *Masandran* ob auram insalubris, & insectis replet. prope mare Caspium.

Q. Quis status in Persia Politicus? *R.* Persæ varjis subjecti Dominis usque A. 3495. quo, exaucto rato à Cyro Astyage, Regno Persico factum initium: tum An. 3724. à Dario Codomanno ad Alexandrum M. transiit, dein ad Parthiæ Reges, pos regnum hoc restauravit Artaxerxes devicto Artabano Parth. R. A. C. 233. Saraceni dein A. C. 632. Jezdegerdem triumphantes regnum tenuêre: id obtinuit A. 1398. Tamerlanes Tartarus, & Ussumcassanus A. 1469. à cujus Nepote Ismaële in ordinem redactum, & series *Sophorum* deducta est. Imperium despoticum traditur, licétque Regi de subditis pro arbitrio decernere: jus hæreditarium etiam ad nothos se extendit. Militia plerumque ex equitibus conflatur, quorum numerum certum Gubernatores Provinciarum sistere tenentur. Regii proventus haud adeò magni.

Q. Quæ terræ fertilitas, & incolæ Religio? *R.* Serici plurimùm Europæ suggerit, & de cæteris indigenæ ubertim providet. Strabone authore ad mare caspium (quà se porrigebat Hyrcania) vitis unica vini metretam, & ficus 60. modios fructuum largitur. *Margiana* vetus vites aluit, cujus racemus orbem duorum cubitorum implet. Incolæ comes & amicis (quod rarum) fideles, virtute olim bellica insignes. Arabicæ simili linguâ utuntur & Aristotelis Philosophiam Arabicè conscriptam (ùt narrat Olearius) *Dunja piala*, seu *mundi scyphum* nuncupant. Quondam solem præcipuè ceu Deum, quem Magi Persici dixêre *Orsi*, venerati sunt: dein Mahometi

adhæ-

adhæſerunt quidem; ſed à Turcis in Alcorani expoſitione, & ritibus quibuſdam diſcrepant: his Chriſtiani quidam immixti.

CAPUT IV.

DE INDIA.

Q. Quis *Indiæ* ſitus, & diviſio? *R.* *India Orientalis* (nam *Occidentalis* eſt America) ab *Indo* fl. (qui ex Caucaſo monte, ſeu Paropaniſo ſcaturiens receptis 18. inclytis amnibus, in pelagus Indicum effunditur) nominata, ingens litoris ſpatium occupans, à Septentrione ad Caucaſum porrigitur, ab occidente ad Perſiam, ad Chinam ab Oriente, ad mare Indicum ab Auſtro. Cenſet hæc Imperium *Magni Mogolis*, *peninſulam intra Gangem*, & *peninſulam extra Gangem*: is à Gange Gogi fil. dictus, 2. mill. Germ. latus, Imaö monte ortus, 5. oſtjis in ſinum cognominem evomitur.

Q. Quid circa primam partem advertendum? *R.* Imperium *magni Mogolis* ſeu *Mogoris* *Indoſtan* dictum, eſt magna Gangem inter & Indum regio, frugibus affluens, & à mercimonjis celeberrima: *nigri* inquilini ſunt Ethnici, *albi* (ideò *Mogols* vocantur) Mahometani, 38. ferè Provinciæ, ſeu Regna numerantur, inter quæ 1. *Agra* cum urbe ejuſdem nominis, quæ Indiæ maxima, regionis caput, magníque olim Mogolis reſidentia: fora habet 15. muros ex rubro exciſo lapide cum foſſa 100. ulnas lata: amnem *Gemini* coronat, annectitúrque illi Palatium regium, opus nobile, & magnificum; mercimonia ibi frequentia, ab urbe ipſa 200000. armatorum cogi poſſe traditur. 2. *Guzurate* ſeu *Cambaja* ſoli ubertate, urbium, ac fluminum abundantiâ inclytum: 30. dicitur cenſere urbes merci-

mercimoniales, ut non mirum, quòd olim reditus annui fecerint auri milliones 20. A Pro-Rege administratur, qui regiam ſuam, cuivis ex Europa ſupparem, habet in urbe *Amadabat* (quà bicornis Indus in mare fertur) ædibus magnificâ; à ſaccari, ſericiorum tapetum commercjis celebri, ubi aluntur ſub gubernatore Principe equitum 12000. Elephanti 50. contra *Badures* gentem magno Mogoli infeſtam. Sylvas adſitas ſimiæ replent, quas *Benjani* Ethnici ſolicite curant. *Cambaja* ad ſinum cognominem urbs opulenta, & ob portûs præſtantiam, & commercia, ad quæ Incolæ præ cæteris idonei *Indica Cairus* nuncupata: muris robuſtis portæ 12. inſertæ. E vicino ſpectatur urbs *Surata* cum portu à commercjis celebri, mercatoribus quippe ambram, muſcum, adamantes; ſericum, & ex eo tapetes, cinnamomum, margaritas diversáſque aromatum ſpecies abundè ſubminiſtrat: caſtelli quemlibet angulum turris munit: foſſæ è 3. lateribus amnis repletæ; urbem frequentes Galli, Angli, Hollandi, Armeni habitant: gubernatori regium eſt famulitium. Huc referenda *Dium* Inſula, & urbs, quæ portu, munitione, & 2. Vallibus aqua oppletis excellit: Luſitanis jam An. 1535. obtigit. 3. *Bengalæ* regnum vern. *Jaganat* Gangaridum gentis ad *Gangis* fl. oſtium amœnum & fertile adeò, ut orizam vicinis regionibus cumulatè ſufficiat. Regionem hanc Ethnici Mahometanis immixti colunt, ac 20000. ferè Chriſtianorum: Ethnicorum *Pagodæ*, ſeu fana hìc viſuntur, aurô, ac unionibus ornata, quò 100000 Indorum ſubindè confluunt. Dividitur in *Bengalam propriam*, cujus caput urbs *Daca*, in regnum *Patna*, *Prurop*, *& Rodas*. Hæc loca Anglis, & Hollandis ob commercia celebrantur. 4. *Candaharia* aqua ſalubri laborans, ceterà ſat fœcunda: in ea *Candaharia* urbs benè munita, quæ ab annis compluribus ad Perſas, magnúmque Mogolem alternis vicibus tranſiit.

Q. Quid

Q. Quid in *Peninſula intra Gangem?* *R.* Regio hæc potiſſimam partem ſubeſt Regi *Golcondæ*, & *Viſaporæ*, qui poſtremus continuis cum Mogoli bellis eſt diſtentus. In litore ſoli occidenti obverſo ad ſinum Cambajæ eſt regnum *Decanum* plurimùm Mogoli ſubjectum, & adamantibus opimum: regis, *Idalcan* dicti, reſidentia eſt *Viſapora* ampla, murô geminô tormentis bellicis ſubjectô munita. Palatium regis in urbis medio aquis circumdatur, quibus crocodili innatant. Luſitani in hoc regno obtinuêre jam An. 1510. urbem *Goam*, cui hodie Pro Regem præficiunt: hanc inter oſtia *Mandovæ* & *Guari* fl. ſitam 6. caſtella murorum locò, xenodochium *Sanctorum Romanorum* Melitenſe ſuperans, magnificæ ædes ſacræ, quarum feneſtræ ex margaritarum conchis, & Pro-Regis Palatium inſignem reddunt. Portus ibi nulli in orbe poſthabendus, S. Thomæ Ap corpus, uti & corruptionis expers S. Franciſci Xaverii 300. lampadibus illuſtratum piè aſſervatur. Archiepiſcopus hic Indiæ Primas, & Officium Inqiſitionis, Collegium S. Pauli PP. S. J Seminarium, Domus eorum Profeſſa, & primæ Probationis.

In litore Malabarico piperis optimi, & cinnamomi divite regna numerantur: 1. *Angamale* prope *Aicottam* fl. ejus Epiſcopatus *Cranganorem* ſeu in *Terram D. Thomæ* delatus. 2. *Calecutum*, cujus Rex *Zamorinus*, ſeu *Deus terræ* dictus, à ſubditis in honore ſummo habetur, potéſtque 100000. armatorum in bella cogere: reſidebat quondam *Calecuti*, ſed urbi huic nunc Gubernator præfectus. Incolæ Ethnici, Mahometani, Arabes, & Chriſtiani aurum quod ſe in litore offert, audent legere: caſia ager eſt opimus. 3. *Cananor* ripæ accumbens, cujus Metropolim caſtellô valido, & portu præſtantem An. 1663. contra Luſitanos Hollandi expugnarunt. 4. *Cocinum* cum 2 ejuſdem nominis urbibus, quarum unam Rex Cocinenſis poſſidet, alteram, Luſitanis

ſubdu-

ſubductam, Hollandi. Incolæ Chriſtiàni à S. Thoma, Præſulem habuêre à tempore vix memorabili. 5. *Onor*, in quo Luſitanis fortalitium, & portus. 6. *Colanum* regnum urbe inſigne: commercia minuit portus arena congeſta deſtructus. Budæus hìc collocat regnum *Cranganor*, *Travancor*, *Porca*, *Tanor &c.*

Litus *Coromandelæ* orientem versùs, ab orizæ copia ſic nuncupatum, occupat 1. regnum *Narſinga*, unionibus opulentum; Regi *Biſnagariæ* vectigale, qui *Regem Regum*, *& virum* 1000. *mulierum* ſe compellat. Urbs *Narſinga* ampla, & culta vaſto flumini dominatur. 2. *Biſnagar*, cujus urbs caſtello munita in vicinia Saphirorum ferace 3. *Meliapora* urbs *S. Thomæ* ob illius id loci cædem dicta; Archiantiſtite gaudet, 4. *Nagapatanum* ponè *Collara* fl. vaſta civitas, & munita: à Luſitanis ad Hollandorum poteſtatem devenit. 5. *Grangebar*, ſeu *Tranquebar* robuſta urbs, ac portu donata: Danis paret. Litus æquè, ac regnum *Golcondæ*. Mogoli tributarium, nomen ſortitum eſt ab urbe *Golconda* ad radices montis, in quo munitio *Golconda* ſtructa: fanum Ethnicorum orbis miraculis foret accenſendum, modò ſuprema jam ei manus obveniſſet. Præter hanc cernitur urbs *Maſulipatan*, *Peropoli*, *Pahor*, *Cardipolis* egregio pollens robore &c. Regnum ſale, oriza, chalybe, & adamantibus abundat. *Oriza* urbs vicina, piperis, zingiberis, Goſſypii &c. dives eſt.

Q. Quid in *Peninſula extra Gangem*? *R.* Hæc tempore eodem ſolis ardori, ac ſiccitati ad ortum; ab occaſu pluvjis ac gelu expoſita dividitur commodùm in *Septentrionalem*, *Siamenſem*, *& Orientalem*. In *Septentrionali* occurrit 1. regnum *Ava* fertile, & mineris refertum. 2. *Peguanum* aurum, muſcum, caſtoreum, & rubinos ubertim proferens, olim 2. Imperia, & 6. Regna complexum *Pegu* urbs cognomini fluvio adſita, vallibus cingitur, quarum aquas crocodili ad hoſtes arcendos inſident. Palatium Regis medium

dium urbis occupat, in Castelli morem munitum. visúque dignissimum. Perenne est cum Siamensibus bellum Regi Peguano, qui An. 1567. urbem *Siam* 1400000. militum (ùt Budæus ait) expugnavit; inde is semper superior Siamensibus agnitus. 3. *Arracan* triticô oriza, varjísque arborum generibus fœcundum, cujus urbem *Arracan* 300000. militum, & 400. turritis elephantibus obsessam, depulso Rege Bremæ, in libertatem vindicavit Mogolis. Regi quotannis ex 12. gubernjis 144. puellæ in pellices subministrantur. Hodie tribus his regnis Rex *Avæ* imperat. *Siamensis* regni opulentiam sat testantur fana pretiosissima, Idolis perquàm referta, inter quæ unum ex auro mero conflatum, altum pedes 45. latum 8. librarum Gallic. 12500000. ponderans. *Siamum* vel *Judia* urbs Princeps, & præcipuum Europæorum monopolium, est in insula, quam efficit *Menam*, seu *Fluviorum Mater*, crocodilis insolitæ magnitudinis refertus: hujus aqua ad singulas pœnè urbis plateas derivatur; excellit Palatium regium, justæ urbi par cujus turres omnes, & pyramides aurô indutæ nitent.

Parti *Orientali* tribuitur 1. *Cochinchinum* sinum cognominem lambens; institorum alienigenarum merces aurô, argentô, porcellanâ, sericô &c. commutat, 50. ferè portus censens. Rex Sinensibus vectigalis *Cacciani* residet. 2. *Tunquinum* regnum amplissimum, 8. Provincias, 20000. oppida, urbésque numerans, quarum præcipuæ: *Checo*, seu *Keccio* Metropolis, *Bodego*, *Cuadae*, *Ketoi*, *Cuasai* &c. præter alias miras arbores palmo floret nucum (quæ magnitudine caput viri adæquent) ferace: frequentes ei tigrides, cervi, simiæ, pulli, turtures & anates: Elephanti hìc tum mole, tum decore eximii. Insulæ vicinæ avium nidos condiendis cibis, apprimè idoneos, & ingentes cancros ostentant. Memoranda demum *Malacca* peninsula, seu *Chersonesus aurea*, quibusdam *Ophir* Siamensi regno contigua: regio solis

radjis

radjis adusta, & quanquam nec fertilis, nec populo culta, ob institorum tamen affluxum opulenta: deficientem Rex Siamensis A. 1500. 200. navigjis, & 3000. virorum frustra sibi subjicere conatus est: Regi regni *Ibor* Albuguercius Lusit. eripuit, urbémque *Malaccam* castello, & Episcopo donavit; at Hollandi expugnârunt A. 1640.

Q. Quis in *India* status Politicus? *R.* Indiam Orientalem urbibus olim 5000. illustrem primus subegisse cum Mœnadum grege traditur Bacchus in India natus, dein Hercules, & Semiramis: Alexander demum Porum Indiæ Regem præcipuum profligavit. Hodie diversi Reges, ac Reguli Indiæ præficiuntur. Magnus Mogolis orbis Monarcha ditissimus seu ob commercia, seu, ob aulicorum suorum bona, quorum ab eorum obitu ceu hæres potitur: pax ei arridet nunquam: in aciem progressuro ingens præter armatorum numerum colluvies mulierum, lixarum &c. comes fit, quibus cum educere valet Elephantorum 1000. castello (è quo 4. vel 5. telis instructi petunt hostes) dorso singulorum incumbente.

In ora Malabarica Regum supremum *Zamorinum* (cui in regno sororis filius solùm succedit) dignitate sequuntur Dynastæ, ac Satrapæ, vulgò *Caimales*. *Naires* velut exosses, omnem in partem artus flectere gnari, rem apud Indos militarem curant: non hastarum ac clypeorum jis hodie, ùt olim usus, sed machinarum bellicarum, & ignium missilium: hostem aversi non minùs, quàm adversi destinato ictu feriunt: ad submovendam plebem se adesse vociferantur. Fortissimum militum genus sunt *Amoci*, qui nulla vitæ habita ratione regias insidias, aut necem ulciscuntur, temerè in hostem ruendo. Regnum Siamense fratribus Regis decumbentis priùs, ac prolibus cedit: is tanquam Numen colitur, & aliquò profecturus in aurea Sella à 12. viris defertur, vel in aureo throno Elephanti tergum premente: 1000.

Manda-

Mandarini ſeu miniſtri præcipui ſæpe comites itineris ei fiunt: Vaſcus Gamma A. 1497. ab Emanuele Luſit. R. miſſus, primùm In Indiam ſemitam adinvenit. Henricô Luſit. R. A. 1580. è vivis excedente Philippus II. Hiſp. R. Indiæ regnum ſubegit: dehinc A. 1595. in Indiam Hollandi penetrârunt; inde A. 1602. *Societas Orientalis Indiæ* coaluit.

Q. Quæ terræ indoles, incola, & Religio? *R.* Cœli ſideribus mirùm faventibus ad mortalium uſus & delitias ubertim elargitur metalla, plantas, medicamina, fruges binas ob diuturnam æſtatem, nardum, cinnamomum, calamum aromaticum, ebenum arbarundines adeò proceras, ut ſingula internodia ternos aliquando homines ferant navigabilî alveô, beryllos, chryſopatros, carbunculos, adamantes, auri, argentíque mineras, ſaccarum &c. Pars incolarum flavi, pars nigri coloris: omnes in venuſtatem, cultúmque faciei incumbunt. Sunt quoque in India ſerpentes alati, bicubitales, criſtati, tricipites, Odontes tricornes, formicæ vulpibus non minores teſte Cellario, Simiarum, & Cercopithecorum greges, Rhinocerotes. Aubanus l. 2. c. 8. genti ſequentia tribuit: Senibus prærogativa nulla, nî prudentia excellant: teſtem falſum extremis digitorum articulis minuunt: Philoſophi in pretio, quorum pœna, ſi præſagiant non eventura, ſilentio definitur. Maffeus teſtatum it agricolas, ac opifices maximè abjici, nec iis integrum ad gradum altiorem, aut opificium aliud, quæſtúmve aſpirare, licèt iis promiſcua cum nobilibus connubia, ac vagi ferarum ritu congreſſus, ut omnes prope Patre incerto naſcantur, Uxorum, ſeu pellicum viro chariſſima cum ejus cadavere concrematur; iis ſolùm quibus proles ſunt, conjugium in poſterum interdicitur. Siamenſes nè brutis ſint ſimiles, dentes colore nigro inficiunt, 14000. fanorûm colunt, habéntque *Talapoinorum*, ſeu ſacrificulorum 50000. Indi Medicinæ. Aſtrologiæ, Matheſis, alia-

rúm-

rúmque litterarum periti in *Benares* Mogolis urbe Indos erudiunt. Qui Idololatriæ dediti, habent præcipuos Sacrorum Antiſtites *Brachmanes*, quorum oraculo ſacra omnia definiuntur inſigni cum quæſtu: horum alii liberis dant operam, alii cœlibes *Joques* dicuntur, Græcis *Gymnoſophiſtæ*, qui dum in certum annorum numerum inediâ, æſtu, frigoréque ſe cruciant, in *Abdutorum* ordinem referuntur, dein lege omni ſoluti in ſcelus omne, flagitiúmque impunè ruunt. Brutis divinos honores deferunt, ac in fanis ſuis Romanam exhibent magnificentiam, quorum unum ſimiæ ſacrum, 700. columnarum habet porticum ad pecora immolanda deſignatum. S. Thomas Ap. primus complures Chriſto Filios peperit, qui ſe cis Gangem detinent, hodie ab Arrii & Neſtorii erroribus purgati. A. 1542. S. Franc. Xaverius S. J. in Indiam pervenit, Indos innumeros prope, ùt evenit, Chriſto lucraturus. P. Hieronymus Xaverius S. J. primus à Rudolpho Aquaviva S. J. vaſto Mogolis Imperio fidem intulit A. 1594. & Regis nepotes 4. cum plurimis Chriſto adjunxit, dein varii è S. J. & Cranganore, & Angamalæ Epiſcopi in Domini vinea deſudârunt, ùt diverſi è ſacris Ordinibus etiamnum deſudant Miſſionarii.

CAPUT V.

DE TARTARIA MAGNA.

Q. QUis *Tartariæ* ſitus & diviſio? *R. Tartaria Magna*, *Scythia*, & *Sarmatia* quondam, tertiam telluris Aſiaticæ partem occupat, à *Tartar* fl. appellata, marî glaciali, Obiô fl. Perſide, ac Chinâ includitur. Geographi eam dividunt in *Deſertam*, *Zagatay* provinciam, & *Turqueſtan*; *Deſerta* uſque mon-

tem

em *Imaus* porrecta, in qua sibi subjecit Dux Moscoviæ. 1. *Volgariæ*, seu *Bulgariæ* regnum ponè *Volgam* fl. cum urbe *Bulgar*: Incolæ *Hordam Taxeti* constituunt, id est *Liberam*, seu *Principem*, cujus Rectores *Tlixi*, seu *liberi homines*, & *Ulanka*, quod est *Magni Chami*, ac *Imperatores*. Hæc est cum *Horda Nagai* A. 1554. à Joanne Basilide subacta. 2. *Casan*, seu *Cazan* regnum ab urbe *Casan* dictum. quam cum A. 1552. idem Joannes occuparet, munitionem cum præsidio 300. Moscovitarum adjecit, vetito Tartaris accessu; nullibi, ac in hoc regno frequentiores Martes densi pili, nigræ, & flavæ, odorosæ. 3. *Oltariam*, seu regionem *Kalmucorum*. 4. *Siberiam*, seu *Pascatir* regnum amplissimum, ubi præter *Siberiam* urbem Principem, & Archiepiscopalem innotuit *Tobolium* sedes Archiantistitis, & Præfecti, qui Vicedux: varii diversis locis præsunt Gubernatores. Partem Orientalem colunt *Tirgöes*, & Tartari *Lucomoriani* Principi Tartaro subjecti. 4. *Samojedam* provinciam ad Obii fl. ostium sic dictam, quòd ab Anthropophagis habitata sit. *Zagatayæ* urbs Princeps est *Samarcanda*, seu *Maracanda* ampla cum arce valida, & monopolium insigne, Tamerlanis solum natale.

In *Turquestan* Provincia Zagatayæ affusa, à Massagetis, & Turcis plurimùm habitatâ, visitur *Belk* Metropolis, & Principis residentia: diversis inserta Tartariæ provincjis sunt regna: *Thibet*, seu *Tobbat*, *Maurenaher*, seu *Mavvaralnahora*, *Mongal*, *Moal*, aut *Magog*, *Tangut*, *Taniu*, seu *Bogarghar Jupia*. Ad Oceanum Chinensem protenditur regio dicta *Tartaria Chinensis*, seu *China extra muros*, in qua regnum *Niucanum*, seu *Tenduc*, Rex A. 1644. Chinam edomuit. De *Cataya*, quam quidam Tartariæ insertam existimant, vide cap. seq.

Q. Quis status Politicus, terræ dotes, incolarum mores, ac Religio? *R. Magnus Tartariæ Chamus*, à

ſubditis reverentiæ cauſa *Filius*, *umbra & anima Di*
nuncupatus, Catayam ſolus, ac Tangut (unde rha
barbarum optimum habetur) poſſidet, pro aci
100000. equitum potens, fertúrque ei à 100. reg
bus vectigal pendi. Regio montoſa plurimùm, &
ubi in campos excurrit, glarea arenam commixtai
vehit, ob raras pluvias ſterilis: quia lignis laborat
boum ac equorum fimus ſuccenditur: modò calor ir
tenditur, modò nivium vim frigus convehit; cæter
camelorum ferax, leonum, boum, & equorum adeò
ut tot vix reliquum mundi habere exiſtimares: ir
colæ prædis inhiantes, aucupiis & piſcationibus ir
tenti, equarum lac inter delicias reponunt: veterur
Scytharum ritu ſub tentoriis plerique habitant
aut Mahometem ſequuntur, aut Judæi ſunt, ſeu Eth
nici: quidam cum Moſcovitis ſentiunt. Tartari Chi
nenſes, ab auri frequentia *Domini aureorum montium*
dicti, moribus non adeò, ùt alii efferi, Mahome
tanos odio proſequuntur; Indorum ritibus alii, ali
Chriſti doctrinæ addicti. *Kalmuci* mortalium turpiſ
ſimi, furtis dediti & rapinis, equorum carnibus de
lectantur, Samojedæ incolæ, nè nivibus obruantur
ſubterraneos meatus incolunt: pellibus ferarum ve
ſtiuntur, noctem unam, diemque ſemeſtrem habent
P. Fournier ait, eos ſpinis piſcium ùt acubus, ani
malculorum nervis ùt filo uti, veſtéſque ſibi confi
cere ex rangiferorum pellibus: pernicitatis ingentis
eſſe: idola ſibi ſimilia colere, aut eſſe Ruſſorum fi
dei. *Siberitæ* Hungarico ſermone imbuti (Hunnos
quippe ex Siberia in Europam trajeciſſe traditur)
regione fruuntur paludibus referta: eorum Rex A.
1584. à Moſco ſubactus.

C A-

CAPUT VI.

DE CHINA.

Q. Quis *Chinæ* ſitus & partitio? *R.* Cùm Ch velut S. pronuntietur ab inquilino, etiam *Sina*, ſeu *Sinæ* audit: longam & latam 600. mill. à Tartaria murus 300. Leucarum (quem tutabantur 1000000. militum) ſeparat, ab Oriente magno mundi Oceano objicitur: urbes præcipuæ *Fu* dictæ ſunt 160. minores *Cheu* 240. parvæ *Hien* 2357. in partem *Meridionalem*, & *Septentrionalem*, quæ *Cataya* dicitur, ſeu 57. in provincias dividitur, à diverſis urbibus nomen ſortitas, è quibus 1. *Pekinum*, P. Kirchero è S. J. vetus *Cambalu* in Cataya provincia, Sinarum caput, & Imperatoris reſidentia, cencens (ùt notat M. Paulus Venetus) 25. in ambitu mill. incolarum ſecundùm Joan. Hübner 600000. Elephanti regii ob ornatum viſu digni: in Pekinenſi Provincia Budæus numerat urbes 143. familiarum 418989. 1. *Nanquinum* juxtà *Kiang* fl. ob ædificiorum ornatum Pekino ſuppar, ante A. 1404. Imperatoris ſedes. Nanquinenſis regio 2. regulos, 14. partes, totidem urbes cenſet, quibus ſubjectæ minores ferè 100. 3. *Quancheu* ſeu *Canton* in provincia *Quantung* (ubi urbes circiter 100. è quibus *Naning*, *Taiping*, *Huming*, & *Chinquan* Regi Tunquinenſi parent) urbs è Sinenſium præcipuis, montibus cincta, portu ac robuſtis 2. caſtellis illuſtris. A. 1650. à Tartaris multum damni tulit; optima ibidem materia porcellana. Hìc memoranda urbs *Amacaum*, ſeu *Macaum* monopolium celebre: ſolùm Septentrionem versùs continenti juncta: caſtellô probè munitur. A. 1688. Chinenſes è poteſtate Luſitanorum eripuêre. 4. *Sigan* in provincia *Xamſi* urbs primaria

cum 76. aljis. In fontibus vicinis bullientes ad(
aquæ, ut facilè abfque igne caro coqui poffit. 6. C
nan, in *Xantung* à templis, & palatjis magnific
æftimanda. Patres è S. J. ædem etiam facram id lo
condidêre. Prope urbem aliam *Taigan* mons *Tai* a
furgit, 5. mill. altus, quem tum variæ Chinenfiu
eremi, tum fana exornant. 7. *Hangoheu*, & *Kiocin*
urbes præcipuæ provinciæ *Chekiang*, quæ vix Pek
no, aut Nanquino inferior, fi amenitatem loci va
rjis amnibus rigati, opulentiam, & fœcunditater
confideres: mori copiofiffimæ vermes non minùs
frequentes alunt, qui fericum toti etiam Europæ lar
giuntur. Incolæ comes, & ferico aurum intertexer
gnari.

Q. Quis ftatus Politicus? *R.* Suos reges habui
ufque An. 1645. quô Rex *Niuchi* Tartarus Chinan
totam fui juris fecit: circa annum 21. regnabat Am
mologhan Canghy ex Tartarica familia, qui per an
nos regni 56. vel 7. dicitur congregâffe auri millio
nes 27000. & in argento Europæo 1778. milliones,
quos cum unionibus in Tartariæ terram defoffos cu-
ftodiunt militum 200000. cuftodes corporis folos Tar-
taros numerat 100000. Eunuchorum 10000. mulie-
rum 1236. Cùm rerum, tum incolarum abfolutus eft
Dominus, ac DEI inftar habetur, quamdiu in jus
non peccat; fi carbonem album dixerit, nefas eft
nigrum dici ab alio. Admoneri poteft, fi quid de-
linquit à Mandarinis, qui feu continenti, feu fluvjis
fe committant, regiam oftentant magnificentiam:
vel in pace fumma alit militum 500000. Pekini e-
quitum 160000. ejus auctoritatem produnt tum re-
guli, aula, tum exercitus militum, qui prodeuntem
in publicum ftipant. In Imperatoris confilio, & re-
liquarum provinciarum curjis numerantur perfonæ
11752. fingulas provincias finguli moderantur *Pro-
Reges*, quibus *Cenfores* additi. Imperator ipfe Pro-
vincias luftrat non cognitus, nè innocentes, aut le-

viter

iter nocui, carceris pœdore tabescant: Statis temporibus Mandarini delicta sua manifestare coguntur mperatori, nî ob errata in censorum libello nota-, & silentio à se tecta, aut vitâ, aut bonis exui nalint.

Q. Quæ terræ dotes? R. China, vel Ægypto ad nvidiam fœcunda, homines aurâ serenâ in seram tatem provehit: auri, argenti, mercurii fodinis, nargaritis, aromatibus, musco pretiosissimo, ac u-ionibus abundat, sericô itèm, quod toti sufficeret rbi: agris ad libellam complanatis, olerum varieate supra communem sortem præstantibus, aquam ufficit canalis in quamlibet derivatus Provinciam: x oriza duntaxat quot annis 8000. navium defeuntur in aulam regiam pro Regis familia: cætera nde conjicias.

Q. Quis incolæ genius & Religio? R. incolarum quodam Recentiore censentur milliones 200. sunt rbani, plurimùm intenti Geometriæ, Musicæ, A-tronomiæ, litteris vernaculis addiscendis, quarum n usu 6000. doctioribus 33543. quævis diversas res enotat pro vocis inflexione, aut conjunctione diersâ: mentum pilis onustum Europæis invident, & ligitorum ungues quàm maximè prolixos insigne nobilitatis statuunt. Nobilitas jis nulla, nisi quæ à scientia legitur, præterquam prolibus regjis, quorum hodie extant 20. aljîs necdum visui oblatîs. Sericium pannum scitè acu artifice pingunt, exiguos sumtus in ædium ornatum elocant, ac vasa vulgò *Porcellana* conficiunt è cretæ quodam genere, quam aquâ nixtam ac industriè subactam igni committunt. Tabacæ usus uterque adeò invaluit, ut tabacæ officinæ Pekini numerentur facilè 100. nemóque sit præter infantes, è sexu quoque sequiori, cui non arundo foret tabacæ excipiendæ. Muri, etiam Palatiorum regiorum, papyrô glutine interposito vestiuntur: fenestræ pariter ex charta, cui dexterrimè glutinandæ peculia-

riter quidam navant operam. Patriæ Protectoribus ac Doctis arcus triumphales ubivis ferè assurgunt. P. Matthæus Riccius primus è S. J. 5. Christo sacravit ædes; tum P. Nicolaus Longobardus tot convertit, ut numerum inire socii non possent, eisque A. 1654. defuncto Imperator ipse sepulchrum parari cum epitaphio jussit. *Xum Chi* secundus è Tartaris Imperator primus diplomate Christi legem probavit, súntque sub eo ab A. 1650. usque A. 1664. conversi plus 100000. ab eo itèm P. Adamus Schall S. J. in supremum Mandarinum electus, & regium administratorem: hic libros edidit 150. & P. Nicolaus Trigautius S. J. *Pentabiblion* sacræ apud Sinas auctoritatis. A. 1717. accusata religio Christiana, & prohibita per universum imperium, multas secum invexit persecutiones, quæ tamen sopitæ dilatâ A. 1718. ab Imperatore sententiâ, quoad, quid decretum à Pontifice Summo de ritibus & honore Confucio celeberrimo Sinensium Philosopho tribui solito, exponeretur à Legato Pontificio in Sinas misso.

CAPUT VII.

DE INSULIS ASIATICIS.

Q. QUæ ad *Asiam* Insulæ? *R.* 10. Præcipuæ. 1. *Ceylanum* à Cori promontorio exiguô spatiô avulsa, Bocharto Salamonis *Ophir*, & veterum *Taprobana*, Indis *Tenarisina*, seu *Terra voluptatis* ab auræ salubritate: 150. mill. in circuitu complectitur, aromatum, cinnamomi præprimis, frugum, auri, unionum, margaritarum, elephantorum dives: in 7. seu novem regna dividitur, è quibus optimum *Candea*, seu *Candi* cum urbe cognomine ponè fl. *Turinguemale* ampla & incolis frequens. Alpes Adami,

Pico

co de Adam, in insulæ medio, pares sibi non ha-
nt in India. Incolæ ad prælia parati, & agiles
it Ethnici, quibus Christiani, & Mahometani
iscentur. A. 1506. per Laurentium Almeida de-
sta fertur, aut A. 1509. per Lopezium Siqueiram;
d Hollandi An. 1606. Lusitanos ejecerunt. Mons
t insulæ, ad cujus radices pyropi, Saphiri, topa-
i &c. 2. *Maldivæ* insulæ Ceylano vicinæ, ab A-
uilone ad Austrum porrectæ; in 13. *Attollons*, seu
ries distinguuntur, quas 12. freta angusta crocodi-
s referta intersecant: limaces eximios, ambram,
orallia, nuces Indicas, poma citrina, & granata
mulatè proferunt. Regis in *Male* ins. residentis ti-
lus est: *Sultanus*, *Rex* 13. *provinciarum*, & 12000.
sularum: à successione fœminæ excluduntur. In-
ola plurimùm nudus incedit, Medicinæ, ac Astro-
giæ navat operam.

3. *Sumatra* infrà Malacam in longum per 910.
ill. Italica excurrens, copiosos alit tauros, equos,
hinocerotes, apros, tigrides, simias &c. Cam-
harô, pipere, zingibere, cerâ, melle, sericô, gos-
ypiô, aurô, argentô, stannô, cuprô unionibus &c.
nstitores Hollandos, & Lusitanos locupletat. Mi-
anda est *arbor tristis*, Lusitan. *arbol triste de Dia*,
dore floris sui regionem totam amœnam reddens.
ncolæ terræ alioquin fertili orizam duntaxat, &
nilium committunt. Regna sunt ibidem diversa,
t: *Cambor*, *Jamby*, *Menanchabo*, *Pacem*, *Palim-
an*, *Pledir*. Præcipuum est *Achem*. Hollandi 4. vel
. habent munimina, quibus regibus indigenis fræ-
num injiciunt.

4. *Java* 140. mill. Germ. longa, quondam varjis
bnoxia Principibus & in 9. regna partita, hodie
Regibus *Materan*, & *Bantam* regitur. *Bantam*
portu insigni & ternis fluvjis gaudet. Ex *Jocatræ* A.
1618. ab Hollandis subactæ ruinis *Batavia* munitio
nobilis, & Gubernatoris Hollandorum residentia sur-

rexit, dum Regis in *Batam* filius Lusitanos ejicere Hollandorum ope. Insula auri, ærísque mineris, pipere ac aromatibus varjis abundat.

5. *Borneo* ex Asiæ insulis maxima, Siamense litus spectans, aromatum, auri, adamantum, unionum camphoræ, piperis &c. dives: varios ad oram (interiores quippe Ethnici sunt) Reges Mahometanos exhibet, è quibus eminet, qui urbi *Borneo* dominatur: hæc palis innititur, portu peramplo instructa, ædium ferè 2000.

6. *Celebes*, *Macassar* (quidam ad Moluccenses referunt) cum urbe *Macassar*, ubi nullum pro institoribus telonium: portus tutus, ac commodus: Rex Mahometem colit: Hollandi merces inde tollunt. Indica hic arbor, vulgò *Cocus Baum*, & ficus botros ferens 100. ficubus graves, & quorum subinde unus 2. viros sat onerat.

7. Insulæ *Moluccæ* sub æquatore, aromatum, & orizæ feraces, dividuntur in *majores* (ùt sunt *Celebes*, *Gilolo*, *Ceram*, *Flores*, *Timor*, *Amboina*, *Terra dos Papos*, seu *Nigrorum*) & *minores*, seu *Moluccenses propriè*, ùt: *Ternate*, *Machian*, *Batir*, *Tidor &c.* postremæ proprius Rex imperat, reliquæ Hollandis vectigal pendunt.

8. *Philippinæ* Chinam inter, & Moluccenses, numero ferè 1200. nomen nactæ à Philippo II. Hisp. R. cujus ætate eas Hispani habitârunt: præ cæteris clarent: *Manilla*, seu *Luconia* pomis citrinis, aureis; ficubus, pavonibus, crocodilis, falconibus, aquilis affluens (ubi Hispanus Gubernator, Archipræsul, ac constanter 20000. mercatorum Chinensium) & *Mindanao*, quæ cum quibusdam aljis ab Hispano defecit ope Hollandorum. In freto proximo pisces capiuntur vituli magnitudine, & Sirenibus simillimi.

9. *Formosa* Lusit. *Lequio*, auro, cinnamomo &c. fœcunda. An. 1635. expulsis Lusitanis Hollandi eò

dedu-

deduxêrunt colonias; ſed A. 1661. à *Coxinga Chin.* R. occupatâ *Theovan* in inſula 2. mill. avulſâ, urbe Principe, & munitione *Seelandiâ* ejecti, condidêre in inſulis vicinis diverſa fortalitia. Inſulam, urbemque *Theovan* 30000. Chinenſium habitant, agris colendis, ac coquendo ſaccaro dediti.

10. *Japonia*, auro, argento, margaritis, elephantis, camelis, hordeo, oriza &c. opulenta, in 3. commodum inſulas partita eſt: in *Niphoniam* regna 57. ubi *Amangucium* cum inſigni portu, *Ximo* regna 9. inter quæ regnum *Bungi*, cui vicinia inſ. *Firandum*, & *Xicoco* 5. continentem. *Meacum* urbs ampla, regis olim reſidentia, dividitur in urbem *Superiorem* regio Palatio ſuperbam, & *inferiorem* portu, ac *Fuxime* fortalitio nobilem. Hodie Rex in urbe *Jeddo* reſidet ad ripam *Tonkato*, ſeu *Toukon* fl. Palatium regium opus ſanè magnificum ternis vallis ambitur: cubile in quo legatos Rex excipit, auro ſtratum, inauratis palis innititur. Fanum ibidem Japonenſium celeberrimum, regiæ duntaxat familiæ, & Archibonzjis pervium: Idolum *Amida* argento tegitur, equo 7. capitum inſiſtens, cujus ungula, & pes totus auro, unionibus, adamantibus ornatus &c. Etſi provida circa ignem ac fures Japonenſibus cura, An. 1658. incendium adeò in urbem hanc graſſatum, ut damnum æſtimaretur 58. millionum auri. Regulis plurimis dominatur Imperator (hodiernus *Quane* dictus regnare fertur ab A. 1603.) quem intueri incolis rarò licitum. Japones gens literarum æquè, ac armorum amans, nobilitatis decus inſectatur, ac cuivis facilè aurem præbet. Dæmones, Heroës, Regéſque defunctos, ùt Numina, colunt, ac in 12. ſectas dividuntur. Bonzii quæſtuosâ pietate indigenis conſpicui, ſacra adminiſtrant, quorum 3000. coram Rege Bungi S. Xaverius Japoniam, à Luſitanis A. 1542. detectam ſubiens convicit diſputans adversùs tranſmigrationem animarum: idem An. 1549.

200000. Christo peperit: ejus Socius P. Cosmus Turrianus *Firandum* ins. dein excoluit, *Amangucii* Regem Christianis sacris initiavit, à quo ad Gregorium XIII. Sum. Pont. legatio missa: pòst P. Alexander Valignanus S. J. ante A. 1636. à ternis regulis legatos ad Apostolicæ sedis venerationem eduxit: exortæ dehinc persecutiones Christianorum sub Daifusama &c. hodie Missionarii Orthodoxi accessu prohibentur.

PARS

PARS QUARTA.

AFRICA.

CAPUT I.

DE AFRICA IN COMMUNI.

Q. Uæ nominis Origo: Ab Abrahæ poſtero, aut ab *Aphro* Hercule nato, ſeu à Græco *Aphrikin*, quòd gelu expers ſit, Iſidoro velut *Aprica*, Horatio *Heſperia ultimæ* nominatur. Solinus ait *Libyam* quoque vocari à *Libyia* Epaphi filia.

Q. Quis Situs? *Africa* cor figurâ exhibens ſecundùm aliquos, juxta Juventium Triangulum, tenui iſthmô Arabiæ conjuncta, in longum complectitur mill. 1600. 1400 in latum. Ad Septentrionem Marî Mediterraneô, ad Orientem Rubrô, ſeu Erythræo; ab Occidente Atlanticô, & à Meridie Æthiopicô cingitur. Nilus ac Niger, amnes præcipui eam irrigant.

Q. Quæ Diviſio? R. Olim *Pœnos* duntaxat, & *Æthiopes* habuit incolas, acceſſere *Phœnices & Græci*: hodie dividitur in *Occidentalem & Orientalem*: illa continet *Barbariam Bilidulgeridiam*, *Saaram*, *Nigritiam*, *& Guineam*; hæc *Ægyptum*, *& Æthiopiam*.

Q. Quis

Q. Quis ſtatus Politicus, incolæ genius, Religio, quæ terræ dotes? *R.* Varii imperant Ceſares, & Reges: Ottomannus inſignem terræ portionem in poteſtatem ſuam redegit, Chriſtiani principes inſulas nobiliores omnes præter *Madagaſcar*. Hinc quà Europam reſpicit Mahometani plurimi Chriſtianis immixti, *Æthiopiam* versùs Ethnici: plurimi barbarie inſignes. Ora, quæ nobis adverſa, perfrequèns habitatur, altera cùm deſertis, tum Elephantis, Leonibus, Leopardis &c. infeſta: agri quibuſdam locis centeſimo fœnore meſſem reddunt: aſparagi magnitudine celebres: vites quas duorum hominum ulnæ capere non poſſit; peculiaria ſuis quæque locis obvenient.

CAPUT II.

DE BARBARIA.

Q. QUis *Barbariæ* ſitus, & diviſio? *R.* *Barbaria* ad Boream mare Mediterraneum, ad occiduum ſolem Atlanticum habet; ab oriente Ægyptum, ab Auſtro Bilidulgerid, & montem Atlantem. Regna ei ſunt: *Feſſanum*, *Maroccanum*, *Algerianum*, *Tunetanum*. *Tripolitanum*, *Barcanum*.

Q. Quæ in ſingulis notanda? *R.* I. in *Feſſano* (quod olim *Ampeluſia* à vitium copia dictum, cum Maroccano *Mauritaniam Tingitanam* conſtituerat) occurrit 1. *Feſſa*, *Feza*, ſeu *Volubilis* ad fl. cognominem (qui etiam *Margaritarum* dicitur) urbs regni Princeps, mercatu celebris, & binis caſtellis firmata. 1. *Sala*, *Salee* urbs quondam libera, à pyratis infamis, nunc Regi Feſſano ſubjecta: caſtellô vallidô munitur, portu itèm commodô inſtructa. 3. *Miqueneſia* regia aliquamdiu reſidentia. 4. *Alcaſaria Parva*,

Alcacar Cequer, urbs Gibraltariæ objecta ad quam Sebastianus Lusitaniæ Rex A. 1557. à Mauris cæsus. 5. *Arzilla* civitas modica; munita tamen & portu gaudens. 6. *Tetuanum* Respublica, ac parva urbs cum portu. 7 *Septa* vulgò *Ceuta* ad fretum Herculeum juxta montem *Abila*, urbs Episcopalis Hispano subjecta cum portu opportuno. Ab A 1690. eam munimentis, & castellô eximiè instructam frustra Barbari obsedêre, qui ternam annô in præsens labente cladem sustinuêre ab Hispano. 7. *Lixa*, *l'Arache* seu *Arais* urbs, & munimen castello validum ad ostium *Larache* fl. quam cum portu Barbari Hispanis eripuerunt; ad hos tamen hodiedum pertinet *Mellila*, irritùm An. 1715. à Mauris tentata, & *Velia Rupes Pennon de Velez* munimenta egregia. 7. *Tingis*, *Tanger* urbs priùs gemino castello robusta cum portu porè fre um Herculeum, à Lusitanis A. 1661. Hollando tradita, qui cum inde emolumenti minùs, ac commodi cernerent, illam diruerunt: sed à Mauris rursus condita.

II. In *Maroccano*, 7. constante Provincjis, est: 1. *Marocco* urbs ampla, & regni præcipua. 2. *Mazaganum*, seu *Boreja* munimen, ac urbs propè ostium *Ommirabi* fl. ad Lusitanos spectans.

III. In *Algeriano*, *Numidiæ* antiquæ parte, habetur 1. *Algeria*, *Ruscurium*, seu *Rhusuccora*, *Algier* regni Metropolis; portus arce defenditur: reliquam urbis munitionem ex eo colligas, quod Carolus V. jam A. 1541. incassum vim omnem adhibuerit, utì & Galli A. 1688. eam præter Judæos Mauros, & Turcas communiter 40000. mancipiorum Europæorum habitare feruntur. 2. *Constantia*, seu *Constantina*, proprii olim Regis sedes, urbs ampla, dives, ac in monte robur insigne jactans. 3. *Bugia* ubi portus egregius. 4. *Igilgerium*, *Gigeri* portus A. 1664. à Gallis occupatus, mox desertus. 5. *Telensium*, seu *Tremesen* civitas propè Bilidulgerid: in ejus ter-

ritorio

ritorio rura elegantiſſima collocat Cellarius, & fructuum abundantiam. 6. *Oranum* munitio admodùm præſtans, in rupe aſpera cum portu tuto, & binis caſtellis. A. 1509. Ximenius Card. in Hiſpani ditiones redegit: ſæpiùs dehinc repetiêre Mauri fruſtra; A. 1708. tamen poſt ſemeſtrem obſidionem rurſus expugnârunt. 7. *Bona* urbs, ac portus, olim *Hippona*, ubi S. Auguſtinus Epiſcopi thiaram tulit. Oceanum versùs Genuenſes caſtrum in rupe poſuêre ad retinendam contra pyratas coralliorum piſcationem.

IV. In *Tunetano* parte *Mauritaniæ Cæſarienſis*, præter *Guletam*, ſeu *Galatham*, munimen inſigne, cumprimis ſuſpicias *Tunetum*, *Tunis* urbem primariam, vaſtam, locupletem, muris robuſtis, ac turribus firmatam, cui A. 1535. expugnatæ Carolus V. Imp. Regem præfecit; quod tamen gubernium rursùs brevì in ariſtocraticum deſcivit. E vicino in terra veteris *Metagonitis* erat *Carthago*, infelix Romani Imperii æmula ad oſtium *Bagradæ*, nunc *Magaradæ* fl. arx in medio erat (*Byrſam* vocant) cum Æſculapii templo, quod Aſdrubalis uxor urbe capta ſecum Vulcano tradidit: in jugo adſito Regulus ſerpentem 20. pedes longum interfecit.

V. *Tripolitanum Tripolim* habet, urbem muris, turribus, benè munitam, quam A. 1665. Galli injectis bombis fœdârunt.

VI. *Barcanum*, Ægypto proximum, vicinam habuit *Libyam in ſpecie* dictam, nunc *Barcan* urbem oſtentat. Vicina eſt *Syrtis major*, ad quam uſque ſe porrigebant *Getuli* quondam. Olim celebris urbs *Cyrene* (à qua *Libya Cyrenaica*, ſeu à 5. urbibus *Pentapolis* dicta) in hujus regni provincia *Meſtrata* ſita fuit, hodie ſub nomine *Corene*, ſeu *Cairoan*. In hac dari equos optimos Pindarus, Herodotus fruges per 8. menſes, Baſiliſcum Cellarius, & leones ait; Heſperidum itèm hortos, è quibus Hercules, dracone

neca-

necato, aureæ poma ſuſtuliſſe fingitur. Erat quoque hîc Ammonis templum, ſeu Oraculum in loco, ùt vult Q. Curtius l. 4. eximiæ amœnitatis, ab Alexandro M. conſultum, ponè quod *Fons Solis* ſpectatur, incaleſcens inclinato veſpere; frigidus, dum ſol urit vehementiſſimè. Cambyſes ſpoliare parans templum, 50000. militum arenâ obrutorum amiſit. Vetus *Marmarica* aliam Barcani provinciam occupârat. Prope *Garamantes* habitabant, & juxta hos *Pſylli* populi, qui Plutarcho teſte morſibus ſerpentum, partim ore trahentes venenum, partim cantionibus medebantur.

Q. Quis in his regionibus ſtatus Politicus? *R.* Regnum, Feſſanum, & *Maroccanum* unus hodie Rex, qui ſe Imperatorem nominat, gubernat. A. 1668. eorum unus Balthaſar de Loyola dictus, Societatem JESU amplexus eſt: poſtremus Mulleus Hamet Iſmaël ingéns cum 3. filjis ob ſuceſſionis controverſiam bellum injit, accitis ſibi in ſubſidium Anglis, quam de ſucceſſione litèm, cùm obiret A. 1715. 300. filjis reliquit dirimendam. *Algerianum*, *Tunetanum*, & *Tripolitanum* liberas 3. Reſpublicas conſtituunt, & (quia ſub Turcorum clientela) Baſſam habent ſingulæ eorum metropoles, qui annuum penſum exigant: Singulis ſingula ſunt ſenatorum Collegia, *Divan* nuncupant, ſuóſque ad prædam in oceano conquirendam mittunt; inde multa Europæorum navigia abducuntur: poſtremis duobus collegjis *Day*, preſident. *Barcanum* quia Turcæ vicinius, ſangiacum habet.

Q. Quæ regionum fertilitas, incola, & Religio? *R.* *Fezzanum* aëris temperie, pomis citrinis, aureis, olivis, ficubus, goſſyp.ô & frumentô affluit. *Maroccanum* amygdalis, cerâ, cuprô, camelis abundat. Cellario eorum, quæ naribus adblandiuntur, quævè oculos paſcunt, feraciſſima: cætera ſterilis, & montibus referta. *Algeriana* regio culta eſt modicùm, ſecùs fruges datura. In *Tunetano* frumenti in Italiam

cum-

cumprimis celebratur commercium. *Tripolitanum* aërem ſalubrem, leones, tigrides habet, de cætero minimè ferax. *Barcanum* regnum Auſtrum versùs deſertum jacet. D. Petro primi in terris Chriſti Vicarii munia obeunte, fidei orthodoxæ jactum eſt ſemen in Africa, ac his præcipuè in regionibus: quatuor præcipuos ea dehinc habuit Epiſcopos: *Bizancenum*, *Numidam*. *Mauritanum* & *Proconſularem*, ſeu *Carthaginenſem*: claruit tum ab Epiſcopis, tum ab effusô religionis causâ ſanguine Africana Eccleſia; at Turca rerum potito quinque toti Imperio A. 1093. præfuêre Præſules, & ii ſeu clam, ſeu precario vitam ſuſtentantes. Hodie pauci ſuperant Catholici, ac illi Schiſmatici.

CAPUT III.

DE BILIDULGERIDIA SAARA, NIGRITIA, & GUINEA.

Q. QUid circa *Bilidulgeridiam* advertendum? *R.* Regio hæc ob calorem intenſum vix præter dactylos fructum cenſens à varjis gubernatur regibus, qui ferè omnes Turco vectigales. Barbariâ, & Saarâ deſerto terminatur, quondam à *Nomadibus*, *Numidis* habitata, hodie *Segelmeſſe* regnum præ cæteris oſtentat. Incola, aut Judæus, aut Mahometanus, infeſtatur infinitâ ſcorpionum, ac ſerpentum copiâ.

Q. Quid circa *Saaram?* *R.* Bilidulgeridiæ ſubjecta *Saara*, *Zaara*, ſeu *Deſertum*, (olim *Interior Libya*) diſtinguitur in regna, ſeu deſerta: *Berdoa*, *Borno*, *Lempta*, *Targa*, ſeu *Zaghara*, *Zuenziga*, ſeu *Zanhaga*. Arabibus ob arenam mare arenoſum dicitur:

Incola

ncola Mahometanus, ſed non frequens ſeu ob calo-
em de die vehementem, ſeu ob feras noctu graſ-
antes.

Q. Quid de *Nigritia?* *R.* Saaræ annexa eſt *Nigri-
ania*, *Nigritia*, ſub Zona torrida, orizæ, goſſypii,
nellis, ambræ auri & cupri dives, ſic compellata,
vel à *Nigro Inquilino* (quorum plurimi Ethnici, cæ-
eri Mahometani) ſeu à Nigro amne Africæ maxi-
no, & regionem Nili inſtar irrigante. Commer-
cium plurimum eſt mancipiorum, qui ab Hiſpanis
d *Caput Viride* coëmpti in Americam ad fodinas
ranſvehuntur. Regio in parte *Septentrionali* ſterilis,
lbos ſeu fuſcos habet Incolas, in *Auſtrali* ferax,
nigros. In 14. Regna dividitur, ùt ſunt: *Gangara*,
Caſſena, *Guber*, *Mandinga*, *Senega*, *Gaoga*, *Melli*,
Tombut, *Agades*, *Cano*, *Zanfora &c.* *Biafaram* re-
gnum annectit Cellarius. *Tombutum* tamen regnum
ob *Nigri* eluviones frumentô, lacte, butyro, & pe-
cudibus abundat. Huc ex deſertorum *Tegaza*, *& Be-
nicorai* montibus ſalis vis ingens defertur.

Q. Quid de *Guinea?* *R.* *Guinea* marî *Guineæ*, *Ni-
gritaniâ*, *& Biafaræ* regnô incluſa, gaudet aêre ca-
lido, orizâ, hordeô, miliô, ebore, ſaccharô, goſ-
ſypiô, pipere, aurô, coriô, elephantibus, ſimjis &c.
Trifariàm dividitur in *Malaguette*, *Benin*, *& Gui-
neam propriam*, quæ rursùs partem *Occidentalem*, *Qua-
quacuſt* dictam continet, & *Orientalem*, ſeu *Oram au-
ream*. Inquilinus niger, & robuſtus varjis obtemperat
regibus, quos inter præcipui *Guineæ*, *& Benin*. A.
1604. P. Balth. Barreyra S. J. regem ad montem *Leæ-
næ*, A. 1606. liberos Regis *Toræ*, tum regem ipſum
ſacro latice tinxit, ac tandem filium Regis Beni-
nenſis: hodie in *Inſula S. Jacobi*, ubi Epiſcopi ſedes,
Seminarium juventutis Guinenſis eſt ſub cura PP.
S. J. Commercia hìc tractantur cum Europæis haud
modica: Galli An. 1346. ſtationem id loci fixêre,
ſed inde deturbati: Hollandi arces *S. Georgii della*

 Mina,

Mina, & *Nassoviam* portubus insignes, *Aximum Is*
gni, & *Cormentin* possident: Rex Prussiæ *Magnu*
Fridericoburgum; Angli *Caput Carsum* cum arce va
lida, rupi insidente, & *Eniacha* arce recèns condita
Danus *Fridericoburgum*, *Christianoburgum* binas arce

CAPUT IV.

DE ÆGYPTO.

Q. QUid de *Ægypto* memorabile? *R. Ægyptus* olim *Aëria* ab Ægypto Danai fratre, à Me riam Chami fil. loci incola, *Mesraim* compellata in ambitu complectitur mill. Germ. 242. Nubia Abyssinia, Barcano, Regno, Mari Rubro, & Arabi cinctam dividas optimè in *Inferiorem*, seu *Bahr* (Græcis *Delta*, quòd in hujus literæ figuram à Nil scindatur) in *Vostani* seu *Mediam*, & *Superiorem* vulg *Said*, quæ Thebais illa virtutum tantarum Mater, & nutrix olim. Ægyptii (quibus plerique astrorum noti tiam in acceptis ferunt) quondam præter canes, ser pentes &c. etiam Virginem in lecto cum infante in præsepio adoravêre: S. Marcus Ap. primus Alexandri nam fundavit Ecclesiam soli Romanæ futuram secun dam, quæ variis dehinc exagitata Arrii, Origenis &c erroribus. Decio sæviente Paulus in hujus regionis e remum se recepit, cujus vestigia presſêre mortales in numeri: A. 1637. Omare Ottomanno Ægypto potito Mahometi sacra facta, paucis superantibus, qui (quia Eutycheti obtemperantes, præter Baptismum circum cîdi volunt) *Cophitæ*, seu *Cophti* audiêre; at Clemen ti VIII. Rom. Pontif. se cum suis aggregavit Patriar cha Alexandrinus instituta Romam eleganti legatio ne: nunc Mahometem venerantur plerique, quibus immixiti Christiani Cophitæ. Regio proprios Re-

ges

ges habuit: Turcis ab A. 1517. paret, & à Bassa
dministratur: Nilus eam quotannis post solstitium
estivum inundat, inde eò sæpè evadit pinguis, ut
renam terræ miscere sit necesse; At ubi Nili caret
quis adeò arenosa, ut societates integræ seu Cara-
vanæ arena sepeliantur. Ob frumenti vim cætera-
um regionum horreum nuncupatur abundat gossypio,
ino, saccharo, balsamo, casia: à serpentibus, &
rocodilis liberata traditur, dum Judæi Jeremiam
Proph. necarent. Diodorus hìc contendit fuisse olim
rbes 18000. Pomponius 20000. hodie memorandæ 1.
Cairus, seu *Alcair*, aliter *Ægypti Babylon*, ad Nilum,
bi se in ostia dividit; urbs orbis pene maxima,
Bassæ Turcici, Patriarchæ Cophtici, & Græci re-
identia: ex *Bulac*, *Nova*, & *Antiqua Cairo* constat:
castellum robustum, plateas numerare fertur 24000.
Christianos 5000. commercjis frequentatur, optimí-
que ibi tapetes conficiunt. A veteri Cairo non mul-
tùm abscedunt pyramides, obelisci & monumenta,
n quibus recondita cadavera ob aromatum, & bal-
sami frequentiam incorrupta, *Mumiæ* vocantur. 2.
Alexandria ab Alexandro M. nomen nacta, Patriar-
chæ Cophtici sedes, urbs celeberrima usque ad iter
Lusitanorum in Indiam; ob portûs tamen gemini op-
portunitatem hodiedum Europæi quidam huc conflu-
unt. 3. *Damiata* in Isthmo Aubano Memphis, ubi
sapientum floruêre studia: portus id loci insignis,
quem cum urbe A. 1219. Andreas II. Hung. Rex ex-
pugnavit, accedente annô subsequenti Archipræsule:
propè est *Rosetum*, olim *Canopus* cum castello vali-
do. 4. *Suesia*, *Posidium*, seu *Arsinoë vetus*, vulgò
Suez urbs mercimonialis, Asiæ contermina. 5. *A-
giruth* urbecula, ubi Israëlitarum multitudo sicco pe-
de mare rubrum permeavit. 6. *Taphnis*, seu *Tanis*
ad ostium Nili Tanicum, hodie *Cathia*, in Pharao-
nis seu Ægyptii Regis sedem delecta.

CAPUT V.

DE ÆTHIOPIA.

Q. QUæ nominis origo, telluris divisio, & situs quis populus. Religio? *R.* Plinius ab *Æthiope* Vulcani filio tum regioni imperante, nomei derivat: alii à Græco *aido Cremo*, & *ops Aspectus* quòd sole vicino torreatur. Æthiopię Ægyptus deſei tum Barca, Nigritia, Guinea, Oceanus Æthiopici circumfunditur. In *Superiorem*, & *Inferiorem* eam Gec graphi dividunt, utraque continet: *Nubiam*, *Abyssi niam*, *Congum*, *Cafreriam*, *Zanguebar*, & *Monomo tapam*. Gentes hìc ſunt diverſæ, vultu, & ſpeci horribiles, ſervitutem nunquam expertæ: quæ ſir gulis ſit fidei ratio, & quibus obtemperent, ſuis qua que locis evolventur.

Q. Quid circa ſingulas regiones notandum? *R.* *Nubia* ſub Ægypto, Nilo affuſa, auri, eboris, l gni ſandalini, Zibethi (id animalculi ex felium ſi veſtrium genere ſudor eſt) & toxici potentiſſimi d ves eſt. Inquilini nigri Mahometanos, ſeu Judæc ſe profitentur; mixti Chriſtiani Cophtici. Reger habet proprium: præter *Dangalam*, ſeu *Dancelam* u bem nil memoratu dignum.

II. *Abyssinia*, ſeu *Habaſſinia* Germ. *Mohrenland*, ma gna terræ portio, aurô, unionibus affluens, eoqu fœcunda, ut in quibuſdam locis intra annum ternai meſſem recipiant incolæ. Regio Ægypto, & Nu biæ contermina, nobiliori urbe caret, ut Nobilita belli incommoda ferret æquiùs, unde Abyſſinorur Imperator, ùt lubet, civitates incolit, & Hübner *Magnus Negus*, ab incolis *Pretioſus*, ſeu *Altus Joan nes* dicitur: Chriſtianus eſt in multis ab Europæi diſcrepans; hinc Chiſtiani ſub directione Patriar-

chæ,

hæ, quem ſibi ex Eremitis S. Antonii Alexandri-
nis deligunt, numero ſunt plures, ac Mahometani,
aut Judæi. A. 1513. Matthæus Armenius ab Helena
Davidis Æthyopum Imperatoris adhuc tenelli avia
Legatus in Luſitaniam appulit, qui Emanueli Luſit.
R. crucem ex ligno SS. Crucis concinnatam obtulit
cum epiſtola Helenæ. Hodiernus Imperator vocatur
Jaſo-Adiam-Saghed. Miles ſtipendii loco certam ter-
ræ partem colendam obtinet; jus verò in Imperio
ſucceſſionis aliquis ex prolibus, cui tradere vult Pa-
ter: aurum & argentum pondere datur, & accipitur,

III. *Congo*, ſeu *Manicongo* fertile regnum oram ma-
ritimam ad Occidentem cognominant, 6. conſtans
provincjis, ùt *Pango*, *Souda*, *Longo*, *Bamba*, *Pem-
ba*, & *Batta*. Regis Chriſtiani reſidentia eſt *Fanum
S. Salvatoris*, ſeu *S. Soteropolis* juxta *Zaire* fl. ubi pi-
iſſimus R. Petrus 28. Canonicorum inſtituit Colle-
gium, adjecta Præſulis dignitate: huic in eadem ora
vicinum eſt regnum *Loango*, ſeu *Lovango* proprio
Rege illuſtre, & *Angola* ſeu *Ambundorum Regio*, cu-
jus Rex aliquantum vectigalis Regi Congi. Cum A.
1583. *Qui loangam* Regem cum 1200000. Angola-
norum (ſic annales teſtantur) à 300. Luſitanis, &
3000. adjunctis à Dynaſta Paulo, cæſi eſſent Chri-
ſtianîs teſſeram *Maria Victrix* ingeminantibus, mox
Barreyra è S. J. 150. Dynaſtias Romanæ fidei ad-
junxit, quas dein ſecutus ipſe Imperator. Urbem
Principem *Laondam S. Pauli* in modica inſula ad
continentis ripam cum portu Luſitani poſſident, qui
à Rege Inquilino A. 1667. offenſi, ejuſdem caput
A. 1668. Ulyſſipponem misêre: argenti fodinæ pa-
riter hic à Luſitanis poſſidentur.

IV. *Cafreriam* marî Æthiopico, & Monomotapâ
cinctam, Cafri incolunt, nigri, & ſpecûs amantes:
eſſe quoddam colunt *Humme* abs ſe vocatum, quod
ſereno cœlo venerantur, tempeſtatibus furente, con-
vitjis proſcindunt: qui ad oram Occidentalem ha-
 bitant,

bitant, urbibus carent, cruda veſcuntur carne, *Hottentotæ* dicti; qui Orientalem, ii in regna diviſi ſunt, è quibus regnum *Zofala*, ſeu *ſofala* ad *Zambeſi* fl. Luſitanis paret, inde aurum, ſclavos, ambram & ebur avehentibus: in *Promontorio bonæ ſpei* caſtrum hujus nominis ſtruxêre A. 1650. Hollandi, ubi telonium Hollandis longè utiliſſimum: navibus itèm aqua dulci, aliíſque id loci providetur affatim.

V. *Zanguebaria* Cafreriæ proxima ad oram Orientalem, nec auram ſalubrem, nec incolas niſi idololatras, paucos Mahometi addictos alens, in varia diſtribuitur regna, Regni *Moſambici* metropolim amplam & opulentam Luſitani obtinent, ubi Xenodochium pro affectis morbo in India: hìc reduces ex India quieſcunt, avehúntque aurum, argentum, ambram, ebur, ebenum, his itèm paret *Quiloa* urbs inſtitoribus celebris, & probè munita; at illis An. 1700. Mauri *Monbaciam* eripuêre portu inſtructam, aurô, ambrâ, eboréque locupletem. Huc ſpectat *Ajania* regio, ſeu *Nova Arabia*, in qua præter Rempublicam *Brava* regnum *Adelum* viſitur ab auro, ebore, thure, pipere, ovibus, ac vaccis celebre, cujus Rex Turcarum ſuperſtitionibus imbutus; itèm regnum *Magadoxo* cum urbe portu nobili inſtructâ. Rex Abyſſinis vectigalis, aurum, mel, ac ſclavos in commercia elocat. *Nova Arabia* pariter à quibuſdam vocatur ora *Abexia* Ajaniæ, & mari rubro contigua, aquis dulcibus laborans. Turci Septentrionalem partem obtinent cum urbe *Suaquen* Beglerbegi reſidentia, Arabes alteram.

VI. *Monomotapa* regio auri, ac argenti fodinis cum primis referta, 20. regna ferè continet. Rex Supremus Imperatoris fert titulos, reſidétque in urbe *Monomotapa* amnem *S. Spiritûs* coronante, & magnifica. Huic prætenditur ad Boream deſertum regnum *Monoemugi*. A. 1559. Conſalvus Silveria è S. J. *Intamioris* Regem, ac 1560. Monomotapæ Imperatorem

cum

ım matre , majoríque aulæ parte undis ſalutaribus
ɔluit: inſurgentes A. 1608. in Imperatorem Proce-
:s Luſitani compeſcuêre , unde jis repoſitus ſolio
nperator perpetuo jure argenti fodinas ceſſit. Socie-
ıs JESU ſtationem repetjit , tenétque in hodier-
am diem.

CAPUT VI.

DE AFRICÆ INSULIS.

2. Quæ Africam inſulæ ambiunt? R. 1. *Canariæ*, ſeu *Fortunatæ* (quia feraces, ſaccari præciɔuè, & vini) Maroccano regno objectæ, in Hiſpaıorum poteſtate: earum primariæ ſunt: *Teneriffa* monte *Pico* totius ferè orbis maximo inſignis, *Forteventura*, *Gomer*, *Ferro*, *Palma*, *Lancellota*, *Canaria* ab avibus, terna meſſe, & ſaccari 12. molendinis nota, urbem exhibet Epiſcopo, Gubernatoris reſidentiâ, Inquiſitione ſacra, amplitudine, & venuſtate nobilem: quidam huc *Maderam* referunt, quæ Luſitanorum ſub Imperio. 2. *Heſperides Gorgones*, vel *Capitis divitis* versùs promontorium viride multis morbis obnoxiæ, cæterà ſale, & feris refertæ. Præcipua eſt *S. Jacobi*, ubi urbes, arces: ſequuntur *S. Lucæ*, *S. Nicolai*, *S. Vincentii*, *Bonaviſta*, omnes Luſitano ſubjectæ. 3. *Madagaſcar* Arabibus *Sarandib*, Gallis *la Dauphine*, Luſitanis (à quibus inventa A. 1506. hodiedum ob commercia frequentatur) *S. Laurentii* ad oram regionis *Zanguebar*; longa 220. lata 70. mill. Varii in ea principes diverſis provincjis ac populis tum Ethnicis, tum Mahometanis, Chriſtianis tamen potiſſimùm imperant. Regiones notæ Europæis ſunt *S. Angeli*, *Arco*, *Port aux Prunes*, *Antavares*, *Matatanes*, *Carcanoſſi*, *Ambatres*, *Guda Pra-*

 cel,

cel, *Anſianach &c.* Galli ad defendendam ſuam co loniam ſtruxêre fortalitium *Delphini*. Inſula orizam poma aurea, citrina, aurum, uniones negotiatoribu offert. 4. Inſulæ minores Gallorum: *S. Thomæ* infra Guineam, quam Saccarô, Zingibere, palmîs affluentem Galli A. 1709. Luſitanis eripuerunt, dum eam hi ab A. 1405. poſſiderent; *Borbonia*, *Marcarenle*, ſeu *S. Apolloniæ*, *Madagaſcar* propinqua, ubi mons ignem emovens; album itèm piper, aura ſalubris, ebenus frequens, teſtudines, & pulcherrimi pſittaci. A. 1659. Galli eam occupârunt. 5. Luſitanorum: inſula *Principis Ferdinandi*, *Fernando Jao*, ſeu *Formoſas* hominibus feris culta, *Annibani*, *S. Matthæi*, *Aſcenſionis*, ſeu *Acemcaon* rupibus plena, & teſtudinibus. 6. Anglorum *S. Helenæ*. 7. Hollandorum *S. Mauritii*.

PARS

PARS QUINTA.

AMERICA.

CAPUT I.

DE AMERICA IN GENERE.

Q. Uæ nominis origo? R. Hæc, quidquid altera orbis pars continentis habet, complexa, ab Americo Veſputio A. 1497. detecta *America*, *Alter orbis*: à Nautis ob diſtantiam, ac opulentiam *India Occidentalis*, & quia nobis oppoſita, *Regio Antipodum* nuncupatur.

Q. Quis ſitus & diviſio? R. Ad Aquilonem mari glaciali, ab Auſtro Magellanico, Atlantico, ab ortu, & Pacifico ad Occidentem clauditur: an terræ Eſonis conjuncta ſit, haud liquet. Latitudo 1300. mill. longitudo 2400. æquat: in duas ſecatur peninſulas tenui iſthmo, ubi Panama ſita, connexas: una *Septentrionalis*, ſeu *Mexicana*, altera *Auſtralis*, ſeu *Peruviana* compellatur: hæc continet *Terram firmam*, *Peruviam*, *Chili*, *terram Magellanicam*, *Tucumaniam*, *Paraguariam*, *Braſiliam*, & regionem *Amazonum*; illa cenſet *Mexicum novam*, & *antiquam*, *Floridam*, *Canadam*; his accedunt *Americanæ Inſulæ*.

Q. Quis

Q. Quis ſtatus Politicus, terræ, incolarum indoles ac Religio? *R.* Varios ex imperio regulos dejecêre Hiſpani, qui hodiedum reliquos Europæos tum potentia, tum poſſeſſione in America ſuperant quàm longiſſimè. Regio tabacâ, ſaccaro, margaritis affluit, auro, ac argento adeò, ut auri inde 12. milliones quotannis in lucrum ſe reponere Hiſpani jactent. Mexicani, & Peruani regibus ſuis (*Jugas dixêre*) obtemperabant; cæteris lex ſola ſinè legibus vivere: alii ſaxeos & ligneos colebant Deos, alii nullum, ùt Braſili, Ariolis tamen, & impoſtoribus fidem dedêre. Jeſuitæ A. 1705. 50. novas detexêre inſulas; quis verò Religionis orthodoxæ ſtatus, ſuis patebit in locis.

CAPUT II.

DE NOVA HISPANIA, ET NOVA GRANADA.

Q. QUid circa *novam Hiſpaniam* obſervandum? *R.* *Mexicana* terra ſeu *nova Hiſpania* à Ferdinando Corteſio A. 1518. detecta, mari *Vermejo*, id eſt *Rubro* ſeu *Purpureo*, novâ Granadâ, ſinu Mexicano, iſthmo de Panama, & Florida terminatur: magnus eſt telluris diſtrictus, auri, argenti, goſſypij. ſaccari, ſerici, & balſami dives; pars potior zonæ torridæ inſerta. A Prorege gubernatur, in 3. *Audientias*, *diſtrictus*, ſeu *ſumma Tribunalia* diſtincta, ut ſunt 1. *Mexicana* conſtans 7. provincjis, nempe *Tabaſco*, *Guxaca*, *Tlaſcalan*, *Mexico*, *Mechoacan*, & *Panueo* præter binos portus in paucis eximios: *Veram Crucem* ſinui mexicano (ubi *Fanum S. Joan. de Ulloa* inſigniter munitum) & *Acapulcum*,

ſeu

ſeu *Aqua pulco*, portum *Aquæ pulchræ* mari Purpureo objectum. Celebranda venit *Mexicum* urbs Americæ totius princeps, à venuſtate Archiepiſcopo, Proregis reſidentia, & Univerſitate haud dubiè clariſſima: 30. mill. in circuitu complexa affunditur lacui *Salinari*. 2. *Guadalajara* ſeu *nova Gallicia* ad terminos novæ Granadæ, Epiſcopatus centeſimum ſubinde fructum reddens. 3. *Guatimala*: urbi *S. Jago de Guatimala* ad fl. cognominem adſitus mons *Ataco* perpetuùm ignem evomit; urbs reſidentia eſt gubernatoris nulli Proregi ſubjecti; univerſitate, & Epiſcopi nitet infula. A. 1523. multi Eccleſiæ orthodoxæ horræo illati barbarorum manipuli, & Catholica firmata fides A. 1524. celebratâ Mexici ſynodo. Victas veritati dedêre manus *Cinaloënſes* A. 1591. *Cantabria*, ſeu *Biſcaja nova* A. 1593. *Cicimeri* præ reliquis barbari, & *Acagæi* ſaxis agnata natio An. 1594. *Guaſtecana* regio A. 1527. (hæc geminis agri Zimarini fontibus celebris, quorum alter nigram, rubram alter, & perennem ſufficit picem) *Guatrani* A. 1600. A. 1607. *Jucotamia* ingens peninſula in ſinu Mexicano, dein *Nova gallicia* & *Tlaſconenſes*, qui ſoli ſpeciem quandam Reipublicæ habere traduntur.

Q. Quid circa *novam Granadam?* *R.* Hanc, aliter *Novam Maratam*, *Mexicanam Novam* priùs, & *Hiſpaniam Novam* poſſident Hiſpani, qui eò multas duxêre colonias. Terra ſmaragdis, unionibus, aurifodinis & cryſtallo imprimis abundans, Floridam, Hiſpaniam Novam, mare Purpureum & terram incognitam habet contiguam. Celebre eſt *Panum S. Fidei*, *S. Fè* Gubernatoris, & Archiantiſtis reſidentia nobile. Incolæ proprios moderatores ſibi conſtituunt *Caſiques* dictos: à Ludovico Bertrando è S. Dominici familia Romanæ fidei ſacris ſunt adlecti.

CAPUT III.

DE FLORIDA.

Q. QUid in *Florida* notatu dignum ? *R. Florida* ſic dicta, quòd in Paſchate Hiſp. *Paſcua de Flores* detegeretur, à Canada, & Mexico montibus ſeparatur, cæterùm mari Mexicano objecta : aëre temperato, vino gaudet : in *Hiſpanicam* , & *Gallicam* dividitur : in illa Hiſpani *Fanum S. Matthæi*, & *Auguſtini* poſſident: hanc ad Virginiam, & Tegeſtam peninſ. ſitam dum raperent Hiſpanis Galli, à Rege ſuo tunc Carolo IX. *Carolinam* dixêre , recuperatam dein rurſus amiſerunt Hiſpani An. 1627. Anglici tandem juris facta eſt, quorum Rex Carolus II. comiti Eduardo Clarendonio, & Duci Georgio Albemarlio , aliíſque habitandam conſignavit. Incolæ ſolem venerantur, religioſis diverſis repetitis vicibus nequidquam pro virili ſuo rem divinam promovere conantibus.

CAPUT IV.

DE CANADA.

Q. QUæ in *Canada* loca notanda ? *R. Canada* ſeu *Nova Francia* , Gallis ſe primùm An. 1504. offerens , ab Aquilone uſque Fretum *Hudſon* porrigitur, varios nacta Dominos, à quibus in multas diſtributa provincias. Præcipuæ ſunt : 1. *Nova Francia* juxta *Canadam* , ſeu *S. Laurentii* fluvium, ubi

ubi *Quebecum* urbs Episcopalis, & Gallorum Colonia præcipua, qui eam in colle A. 1668. condidêre: urbs superior ædificjis decora à castello *S. Ludovici*, Gubernatoris residentia, strenuè defenditur. A. 1711. expeditionem Angli suscepêre irritam ad Quebecum edomandum. 2. *Louisiania* A. 1678. à Gallo detecta, quam A. 1712. Rex Gall. commerciorum gratia ampliavit adeò, ut etiam ejus nomine *Florida* comprehenderetur, multîs Hispano subractîs: in tabula novissima exhibentur: *ville Marie*, seu *Montroyal* urbs in insula cognomine à S. Laurentii fl. effecta, quæ ad seminarium Parisinum S. Sulpitii pertinens ob sitûs opportunitatem facilè invincibilis reddi posset: Fortalitia *Catarokoi*, seu *Frontenac* ad lacum *Ontarium*, & *Niagora*, seu *Denonville* mœnjis, vallísque donata. *Huronum* lacui *Misilimakinack* objicitur, locus *Hiroquios* prædones in frœno continens; prætereà fortalitia: *Miamis*, seu *de la Salle* ponè lacum *Ilinois*, *Crevecour*, *Richelieu*, *le Conti* &c. 3. *Virginia* in honorem Elisabethæ Reg. sic vocata, Floridæ Carolinæ confinis, à 30. seu 4000. Anglis habitatur, quibus A. 1693. à Rege concessum, ut Universitatem erigerent: *Jacobipolis James-Tovvn* juxta *Jovvhatan* fl. urbs illis primaria. Pars Virginiæ *Terræ Mariæ* nuncupatur. 4. *Suecia Nova* nunc Anglis parens, in qua *Pensylvania* regio A. 1681. wilhelmo Pen à Carolo II. Angl. R. dono data, ac dein indulgente Anna Reg. in Reipublicæ formam redacta: *Quackeri*, Gall. *Trembleurs*, *Philadelphiam* urbem sibi erexêre. 5. *Nova Hollandia*, dum ab Hollandis in jus Anglorum A. 1665. concederet, *Eboracum Novum* in insula, quam *Nort* fl. efficit, castro ac portu instructa. 6. *Nova Anglia* Hollandiæ novæ contermina, quò multas Angli deduxêre colonias. Eminet hìc urbs *Bristovv*. 7. *Canada propria* peninsula ad fluv. & sinum *S. Laurentii*, Gallis obtemperans. 8. *Acadia*, priùs *Scotia Nova*, quam Galli

Anglis cefsère An. 1713. in pace Ultrajectina. 9. *Nova Britannia*, *Eſtotilonum* ſeu *Terra Laborador* prope fretum *Hudſon*. Occidentem versùs regiones ſolo nomine inſignes, & incolis carentes ſunt: *Nord-VValles*, *Sud-VValles*, *Nova Dania*, cui oceanus adjacens *Mare Chriſtianum* dicitur: reliqua terræ incognitæ inſerta.

Q. Quæ regionis fertilitas? *R.* Fluvius *S. Laurentii*, ſeu *Canada* amnes 2000. recipiens, adeò ſæpe in alto ſuſpenſus tenetur, ut id loci uſitata navigia aliò transferre oporteat; ubi in ſinum evolvitur, eſt *Inſula Volucrum*, quas vel fuſtibus contuſas, vel ob copiam pedibus protritas in prædam facilè reponas. Hic, ùt & *Miſſiſſippi* fl. ſeu *Meſchaſippi* hodierno orbi perbene notus (ad cujus oſtium *Aurelia Nova* non dudum à Gallis condita) aljſque lacùs vim piſcium ingentem ſufficiunt. Vicina lacui *Ontario* ſeu *Frontenac* (Hiroquii *Skanadario*, ſeu *Valde pulcrum* nominant) regio bis meſſem in annò largitur, feras copioſas, ſylvas cedris conſpicuas, ferríque fodinas. Tellus lacum *Huronum* inter, & *Errie* ſeu *Catum* ferè 240. mill. Ital. latum, gaudet amœnis pratis, vino, fructibus, cervis, oloribus, urſis manſuetis &c. Lacum *Ilinois* frequens caſtor oberrat; in aljis regionis partibus ſalis fontes, cuprum, pelicanos perdices, teſtudines, pſittacos, caſtores, martes, olores, & alces conſpicias. *Die VVilden* (*Ferri*, ſeu *Turpes*) novæ Britanniæ incolæ pelles varias in commercia propinant.

Q. Quis incolarum genius, & Religio? *R.* Hæc ferè de jis accepimus: rari pagos incolunt, ſed inſtante frigore ſylvarum latebras, æſtate propinquante amnium ripas petunt: belli cura, ac ferarum viris (fœminis ſupellectilis domeſticæ) incumbit: largiuntur ultro; fur nonniſi ſannis, & riſu multatur. Europæi in jis facundiam celebrarunt, & prudentiam; adeò aptè etiam non parati dicere norunt: crudeles vulgò

vulgò habentur, qui homines captos post dira supplicia lento igne torreant, carnésque candenti veru fodicatas, & recisas absumant, fistulas æneas à Batavis accepêre. Cadaver domestici per eam parietis partem efferunt, cui facies obvertitur; imò nè anima morientis diutius domi teneatur, frequenti ictu parietes concutiunt: verùm jam post complures Jesuitarum mortes, & vulnera sapere doctos constat Hiroquios, nec prope extare hodie, qui arctiùs Ecclesiam orthodoxam amplexentur. Jesuitæ præter Collegium Quebecense 30. & amplius defactò missiones cultissimas obeunt. Ex novissimè relatis constat Hiroquios in 5. Cantones distribui, qui ferè 14000. animarum æquant: celebratur apud eos insigne pacis indicium *calamet*, seu arundo tabacæ hauriendæ accommoda, subinde à Jaspidæ fabrefacta, quæ jis offertur exhaurienda, qui majoris momenti negotium apud Hiroquios confecêre.

CAPUT V.

DE TERRA FIRMA.

Q. QUid circa *Terram Firmam* notandum? *R.* Exhausto auro: hodie dives traditur unionum, margaritarum, sæpe etiam *Castella aurea* nuncupatur: Ad Austrum Amazonum regioni conjungitur, ad Boream Panamæ isthmo. Dividunt eam Geographi in has Provincias: *Ferme Venetiolam* urbe *Venezuela*, seu *Caro*, sub jure Hispanorum, Præsule clarâ insignem, *Rio de la Hacha*, *S. Martham* marmore margaritis, auro, smaragdis, saphiris, vino, pomis citrinis, aureis, & granatis abundantem, *Papayam* tempestatibus obnoxiam (ejus metropolis Episcopo nobi-

nobilis amnem *S. Marthæ* coronat) cæterà fœcundam, *Pariam*, *Andalusiam Novam*, *Dariam* à fl. *Daria* sic appellatam, quò deduxêre coloniam A. 1699. Scoti addito fortalitio, dein ab Hispanis ejecti, *Granadam Novam*, seu *Bogotam* auri, argenti, & armentorum feracem, *Carabanam*, *Carthagenam*, cujus incolæ opulenti cum *Caraba* Hispanis parent, & balsamo, pipere, smaragdo affluunt: *Carthagena* portu instructa pristinâ destituta est venustate, dum An. 1697. igni succenderetur à Gallis immensum indè thesaurum efferentibus. *Terra firma in specie* seu *Castella Aurea* isthmum occupat, ubi *Panamà* urbs Episcopalis, & ob mercatum ditissima; præses in ea Hispanus cum 6. qui institoribus jus dicant: *Panama Nova* insulis objicitur, quæ à margaritis copiosis nomen accepêre. In isthmi ripa sinui Mexicano objacente cernitur quoque *Portus pulcher* urbs castello munita, præter bina alia *SS. Jacobi & Philippi*, quæ portum custodiunt, munita, Gubernatoris Hispani residentia, & Emporium insigne admodum, quò omnes Peruvianæ merces confluunt; inde nundinæ id loci toto orbe celeberrimæ.

CAPUT VI.

DE REGNO PERUANO.

Q. QUid de hoc regno advertendum? *R.* Regio hæc in America potentissima, Amazonibus, Chilensibus, Paraguariâ, & mari Pacifico inclusa, ab A. 1529. seu 1533. subjicitur Hispanis, qui potissimùm auro, argento, mercurio, zinnabari, & Smaragdis potiuntur, eámque in 3. *Audientias* seu *Præfecturas* distribuunt, quæ sunt: 1. Præfectura *Quiti*, in qua præci-

præcipua urbs *Quito* seu *Fanum S. Francisci de Quito*, Episcopo, Universitate nobilis, ac ampla, ubi auri plurimum, & frequentissimus pannus conficit. 2. Præfectura *Regum*, in qua *Lima* seu *Civitas Regum* ponè Limam fl. vasta & munimentis valida, à tribunali sacræ Inquisitionis clara, residentia Proregis Americæ Meridionalis, & Archipræsulis, cujus proventus annuus traditur aureorum 30000. præter arcem portum habet gemino castello firmatum, quem merces tum Europææ, tum aliarum regionum subeunt. A. 1576. Anglus Hispanorum naves igne fœdavit. Universitas fundata est An. 1614. Ad hanc Præfecturam urbs *Cuscum* pertinet, montibus clausa, & indigenarum Imperatorum olim residentia, tota auro culta, quam subeuntes Hispani thesauro ingenti potiti sunt: hodie Præsulem alit. 3. *Chascarum* Audientia argento dives ubi præter *Potosium* urbem Peruæ maximam, & monti egregiis argenti venis opulento accumbentem conspicitur *Argentea* vulgò *la Plata*, juxta *Picolmayo* fl. populo frequens, dives, & Archiantistite clara.

CAPUT VII.

DE TERRA CHILENSI, ET MAGELLANICA.

Q. QUid circa has notandum? *R.* *Chili* regio aëre frigida, Peruviæ subjecta, Jaspides, aurum, & cuprum offert Hispanis, qui licèt populum hìc omnem subditum non habeant, Gubernatorem tamen posuêre, qui cum Episcopo in *Fano S. Jacobi* vern. Hisp. *S. Jago*, provincia metropoli residet; priùs in urbe Conceptionis residebat, A. 1600. regni hujus

20. Principes cœlo authorati ſunt à Ludovico Valdivia S. J. tota dein Chili regio inferis erepta.

Regionem alteram gelu aſperam A. 1520. Hiſpan. Regis nomine occupavit Ferdinandus Magellanus, terram juxtà, ac mare circumfuſum de ſuo nomine compellans: ſtructa dein urbe *Philippi*, & *Nombre de JESUS* ſponté terram Hiſpani deſeruere.

CAPUT VIII.

DE TUCUMANNIA, ET PARAGUARIA.

Q. QUæ in his advertenda? *R.* Utraque potiſſimam partem Hiſpano eſt obnoxia; *Tucumannia* inter Chili, & Argenteum ſeu Platam amnem, argenti feracem, colonias habet optimas *S. Michaëlis*, & *S. Jacobi de Storea* vulgò *S. Jago del Eſtero* ad fl. *Stoream*. *Paraguaria* vern. *Paragay* Argenteô fl. à Tucumannia diſtincta, goſſypiô, & ſaccarô locuples, in 7. ampliores diſtribuitur Provincias, quæ ſunt: *Paraguaria in ſpecie*, *Chaco*, *Rio de la Plata*, *Urvaig*, *Tecuman*, *Parana*, *Buenos Ayres* ad Argentei fl. oſtium reſidentia Antiſtitis ſacri: à multis negotiatoribus frequentatur. In civitate *Aſſumptionis* Gubernator Hiſpanus reſidet. A Dominicani Ord. Religioſis Evangelium accepit Paraguaria, & Tucumannia; opima dein ſpolia Chriſto retulit à *Guarambæis*, *Cucujenſibus*, *Pirajenſibus*, *Itatinis*, *Atiſanis* P. Leonardus Arminius è S. J. cum ſuis; A. 1588. urbem Aſſumptionis, A. 1634. ferè 95000. hominum ſacris expiavit undis; dein An. 1639. internecina clade Paulopolitæ (Chriſtiani erant Europâ ob ſcelera ex eſſe juſſi, qui multùm fidei propagationi obſtitere) deleti

deleti sunt. In *Tucumanniam* ingressa JESU Societas An. 1586. in hodiernum diem felicissimè excolendo fidelium agro, ac ampliando insudat suppressô *Servitiô Personali*, quo contra fas, fidèmque datam incolas ceu mancipia aut vendebat, aut ad labores adigebat Hispanus.

CAPUT IX.

DE BRASILIA, ET AMAZONIBUS.

Q. Quæ de *Brasilia* memoranda occurrunt? *R. Brasilia* seu *Bræsilia*, Cellario *Terra Papagalli*, dum A. 1501. Lusitanorum oculos offenderet, *S. Crux* nuncupata, magnam terræ partem complectitur, ac pro limite habet Amazones, mare Brasilianum & Paraguariam. Divitiæ ejus constant ex gossypio, crocô, balsamô, ambrâ, tabacâ, saccarô. Ambitus Brasiliæ 1200. mill. longus, latus 60. dividitur in 14. *Capitaneatus*, seu *Regimina*. Urbs *S. Salvatoris* primas obtinet, ad *Sinum omnium Sanctorum* in Capitaneatu, seu *Bahia de Todos los Santos* Archipræsule, & Tribunali, quod toti Provinciæ dominatur, portu egregio, ac castellô validô nobilis. Hanc Galli subjecêre sibi A. 1703. uti & A. 1711. Fanum *S. Sebastiani* in *Capitania de Rio Janeiro* Episcopo, gemino castello, ac portu egregio clarum. Urbem & *Capitaniam S. Spiritûs* munimentis instructam Hispani possident; Lusitani *Capitania S. Vincentii*, & *Olindam* in regimine *Pernambucano* urbem Episcopalem cum portu eximio & munitione *S. Georgii*: in urbe hac 200. & amplius pro saccaro molendina. De cæteris regiminibus parùm constat: at de incolis memorantur: carni humanæ absumendæ

fuisse apprimè deditos; fæminas puerperio defunctas continuò ad labores progredi, maritos earum locò velut ægros decumbere. P. Joannes Azpilcueta S. J. primus An. 1550. in hac regione collegium struxit pro Adolescentibus erudiendis, dein P. Josephus Anchieta S. J. primus Tullium Magister explicuit An. 1607. Franciscus Pintons *Ilbeis*, *Aimuris*, *Bayis*, *Tapoiis* Ecclesiam auxit orthodoxam, quibus alii continuò successerunt in laboribus, ac A. 1717. plures centenis eò expediti à Societate JESU. Dum Lusitaniæ corona Hispanicæ sub Philippo II. Rege insereretur, commercia cum Lusitanis interdicta sunt Batavó, qui tamen in Brasiliam penetrans A. 1623. non modò urbibus, sed & sacris vim intulit: separatis rursus coronis memoratis An. 1640. in pace, magna Brasiliæ pars Hollando remansit, reliqua Lusitano, à qua *Princeps Brasiliæ* nominatur unus è Regum Lusitaniæ prolibus.

Q. Quid de *Amazonibus*? *R. Amazonum* regio fœcunda saccaro, cedris, ebeno, gossypio &c. Brasiliam terminat, & ab *Amazone* fl. uno ex orbis fluminibus maximo non secùs ac Ægyptus à Nilo, eluvionibus irrigatur. 150. diversæ nationes eam habitare feruntur tum barbaræ, tum urbanitatis plus observantes: mulieres montium summitatem incolentes, quia ad retundendum telis hostem perquam aptæ, *Amazones* compellantur, totique regioni nomen faciunt. Incolæ liberi vitam degunt, ac Idolis litant, cùm regio nunquam ab alienigenis sit desiderata. Hìc subnectenda vicina *Amazonum* regioni Provincia *Gujana* in *Caribanam*, & *Gujanam propriam* distincta: *Caribes*, *Araques Yai*, & *Galibes* eam incolunt, ac Gallis, Anglis, Hollandis eò colonias deducentibus in mercatum gossypium, sericum, saccarum, tabacam, Aloên, balsamum, poma aurea, & citrina offerunt. *Surinam* ad ostium cognominis fl. Hollandorum est colonia, qui Seelandiâ munimine portum ac

vicum

vicum *Paramoribo* Gubernatoris residentiam munivêre: Ripæ *Comorovvne* fl. (cujus ostium fortalitio *Sommelsduyk* defenditur) 5. à Paramoribo milliaribus abscedentis, saccari plantas adeò copiosas excipiunt, ut ad eas colendas 200. mancipia designari debeant. A. 1712. nè Galli irruentes vastarent omnia, ruinas redemêre Hollandi 73130. fl.

CAPUT X.

DE INSULIS AMERICÆ.

Q. Quæ Americam ambiunt *Insulæ?* *R.* I. Europæ maximè vicinæ *Azores*, seu ab accipitrum copia *Insulæ Accipitrum*, olim dum parebant Belgis, *Flandricæ* dictæ, hodie à Lusitanis jura excipiunt, quibus *Las Flores* dicuntur. 9. Insulas continent, eásque licet rupibus asperas fœcundas: ex iis præcipuæ: *Tertia* seu *Tercera*, cujus urbs primaria *Angra* Episcopi, & Proregis residentiâ, castello, portu nobili clara. *S. Michaëlis* benè habitata: ejus urbs præcipua *Punta Delgada*: E reliquis sunt: *Sanctæ MARIÆ*, *S. Georgii*, *Gratiosa*, *Picus*, *Fajalis*. Incolæ se Catholicos profitentur.

II. *Antillæ* Americæ, sic dictæ, quòd ante illam, nempe Americam, illuc navigantibus Hispanis sese offerebant ante Sinum Mexicanum. Olim *Caribes*, *Caribanes*, *Cannibales*, *Camercanes* nuncupatæ: 28. traduntur præ cæteris memorabiles, & illas passim in *Antillas majores*, *Barlovento*, *Sottovento*, & *Lucayanas* distinguunt authores. Inter *Antillas majores* numerantur: 1. *Hispaniola* seu *Insula S. Dominici* prima Columbi statio, saccarô, zingibere, ambrâ, cotiô, cerâ affluens. Bifariàm per alpes dividitur: in

partem *Occidentalem* Galli duxêre colonias: *Grand*, *petit Gouave*, *Petit Ance*, *Cap de Nipe*, *Leogane*, & *Colonie des trois rivieres*. Pars *Orientalis* Hiſpani eſt, in qua præter *La Vega*, & *Jago* eminet urbs *S. Dominici* ad oſtium *Ozama* fl. murô robuſtô circumdata, cum portu inſigni, in qua Audientia regia, Univerſitas, Gubernatoris ſedes, Officina monetaria, ac Archipræſul Indiæ Primas. 2. *Cuba* Inſula oppidò ampla, Hiſpanis poſſeſſoribus multùm Zingiberis, Maſtygis, Aloës, auri & cupri offerens. Hi Colonias habent: in *S. Jacobi* urbe Epiſcopo clara, *S. Salvatoris*, *S. Crucis*, *Porto del Principe*; poſſident etiam *Navarram*, ſeu *Fanum S. Chriſtophori*, quæ poſtrema Cubæ Metropolis, caſtellô, ac reliquis munimentis inſtructa, Gubernatoris reſidentiam, & portum inſtitoribus celebrem oſtentat. 3. *Jamaica* in 14. circulos diviſa, corio, tabacâ, goſſypio, cacao, & ſaccaro abbundans. *Sevillam del Ora* ſtruxêre Hiſpani, ſed ex hac quoque & tota Inſula ejecti An. 1692. ab Anglis. *Portus Regius* urbs Jamaicæ Princeps A. 1703. ferè ex æquo igni abſumpta. 4. *Portûs Divitis*, ſeu *Inſula S. Joannis Portûs Divitis* ferax ſaccari, ſalis, olim argenti, & auri, quod Hiſpani exhausêre: in hac Inſula eſt *Fanum S. Joannis* Urbs Epiſcopalis & Gubernatoris reſidentia, portu ſecuro gaudens ad promontorium *Buente d'Aquilar*.

Inter *Barlovento* ſeu *Inſulas ad ventum*, aliàs *Carybdes*, Gallorum ſunt: *Guadelupia* aliquot fortalitjis, & ſaccarô pollens, *Martinica*, ſeu Matanino tabacæ, ſaccari, cinnamomi, & goſſypii ferax, multum damni paſſa A. 1693. ab Anglis: incolæ A. 1717. Gubernatorem cum ſuis Gallis in Galliam remisêre ob cauſatam cariſtiam, dum Anglis prohibuerat victualia adferre; *S. Luciæ*, *S. Alouzie*, lignum ſtruendis navigjis ſufficiens, *S. Crucis*, *S. Bartholomæi* tabacâ, & portu egregio inſignis; *Tortue* ſeu inſula *Teſtudinis* ſaccarô, & tabacâ abundans: hic

præter

præter fortalitium portui commodo adſitum viſitur vicus *Paſſeterre*. Anglorum: *Barbata Barbados* tabacæ, zingiberis, ſaccari, goſſypii dives (in qua urbes *S. Michaëlis*, *Carelſtovv*, *Jameſtovv*, & *Briſtolium Parvum*) *Montſara inſula Montis Serrati*, *Antiqua* vulgò *Antigoa* montibus obſeſſa, *Inſula Nivium*, *S. Euſtachii*, *S. Chriſtophori*, ubi tabaca copioſa, & zingiber: ex hac A. 1702. Gallos ejecêre Angli; rediêre illi rurſus A. 1706. donec Ultrajecti A. 1713. pax Anglis totam tranſcriberet.

Danorum eſt *S. Thomæ* Inſula. *Nicotiana* ſeu *Tabaci* ab ejus copia, *Neu-VValcheren* Duci Curlandiæ à Carolo II. Angliæ Rege donô data: portubus ſecuris gaudet.

Inſulæ *Sottovento* ſeu *Infra ventum* primariæ ſunt: *Inſula SS. Trinitatis*, *Margaritæ* ab Margaritarum piſcatura celebris, & *Curaſſoa*: hæc Hollando, illæ Hiſpano parent. E *Lucayanis* vix memoranda præter *Lucayonecam*, *Bahamam*, à qua fretum *Bahamæ* nomen ſortitum, & *Guanhamiam* ſeu *S. Salvatoris* cum portu amplo & venuſto.

III. Inſulæ Africam ſpectantes: *Terra Nova* propè Novam Franciam, cum adſitis à Gallo ſub initium XVI. ſæculi detecta, & à piſcatura celeberrima; Inſula *Aſſumptionis*, *Anticoſti* Terræ Novæ vicina, *S. Joannis* quam Galli Anglis eripuerunt A. 1708. at rurſus An. 1709. deſeruerunt demolitô fortalitiô, ac avectis bellicis machinis: hæc cum cæteris omnibus Anglo tradita A. 1713. Ultrajecti. *Inſulæ Dæmonum*, *Æſtivæ*, ſeu *Bermudes* ferè 400. numerô, Virginiam reſpiciunt, cedris, pomis citrinis, aureis, portu *Southampton*, & Sinu *Herington* ſuperbæ: omnibus Anglus imperat: Luſitanus iis, quæ Braſiliam coronant.

IV. Inſulæ mari Pacifico innatantes: *Inſulæ Canum*, ſeu *Honden*, *Gyland*, Bonæ ſpei aut *Gyland Gode Hope*, *Principis Guilielmi*, & *Muſcarum*, vulgò *Uliegen Gyland* ab Hollandis detectæ: Inſulæ

Salomonis ferè 20. benè habitatæ & fertiles, quas Hispani offendere A. 1567. Insulæ *Latronum*, seu *Velarum*, aut *Sapanæ*, & in Reginæ Hispaniæ cujusdam insulæ ***MARIÆ ANNÆ*** nuncupatæ ab Hispanis Archipelagum *S. Lazari* constituunt. Plurimùm summum in terris Christi venerantur Vicarium. Peculiarem sui poscit memoriam *California* insula per mare Purpureum à Nova Mexico divisa; in longum 300. mill. 40. ad summum in latum excurrens: aspera & saxosa thure genuino gaudet; ac frugibus duntaxat, quas suâ sponte tellus gignit, quæ si coleretur, ducentesimum etiam fructum daret: incola in *Rancherias* seu manipulos dividitur, gentilitatis erroribus imbutus, nudus ex integro nisi quòd fæminæ gremiolis succingantur: at dum Insulam subirent non dudum Religiosi quidam Europæi tantò vestium amore capti sunt: ut eas obtinendi gratiâ se ad labores quosvis offerrent: multi jam conversi; nec defuerunt A. 1717. qui in ultima quadragesimæ hebdomada in tergora sua flagris animadverterent. Colunt illi jam agros; ac lanam dexterè ovibus detonsam aptissimè in fila ducunt. Gens *Laymona*, seu *Cuchimiana* vestes sacrificulorum suorum ex juvenis capillis contextas flammis injecit, ut Sacerdotum Europæorum adventum acceleraret; tantò gens illa jam tunc veræ fidei tenebatur desideriò.

PARS

PARS SEXTA.

DE TERRIS INCOGNITIS.

Superant adhuc aliquæ Regiones Polo circumfusæ, quæ quia Europæis visæ duntaxat, incognitæ nuncupantur: nos eas per quæsita bina levî negotiô expediemus.

Q. 

Uæ Polum Arcticum coronant Regiones incognitæ? R. 1. *Nova Zembla* Germ. *Das newe Land* à Moscovia fretô *VVeigazio* seu *Nassoviô* dirempta; num insula sit, an Tartariæ magnæ, aut alteri terræ Boreali conjuncta, ambigitur: incolæ Solem ac Lunam adorant, pusilli, deformes, pro vestitu vitulorum pelles, aviúmque plumas sibi diligentes. 2. *Spitzberga* seu *Montes acuti* à rupibus præaltis, ac in cuspides abeuntibus nominata: quatuor continuos menses luce fruuntur incolæ, totidem menses tenebrîs. Reperies ibidem aves maximas, ursos albos, ac balenas, quas Hollandi, qui in telluris hujus, & prioris notitiam primi venêre A. 1596. in æstate capiunt: cadavera ob frigus intensum à corruptione sunt eximia. 3. *Grœnlandia*, *Gronia* seu *Terra viridis* ante 700. annos nota, quò Hollandi, Angli & Da-

& Dani ad cetos capiendos confluunt. Americam versùs A. 1585. Joannes Davis fretum ingens reperit, quod dein ab inventore *Davisium* dictum: fretum *Hudson* Groniam ab America eripit. 5. *Islandia*. 6. Terra *Esonis*, *Jedso* à Tartaria per fretum *Anian* olim, nunc *Uriæ*, *Detroit d'Uriez* nuncupatum avulsa. An usque Americam porrigatur, incertum. Incolæ pellibus ferarum vestiti Japonicum militem formidant, unde, qui in Asia postremi, partim Tartaro, partim Japoni parent. De *Nova Albione*, *Quivira* adhuc ab Europæis inculta, & *Frislandia* ponè Grœnlandiam, an nomina solùm, an terræ tales sint, vix è nautis quæras.

Q. Quæ terræ Australes incognitæ? *R.* 1. sub Insulis Moluccensibus *Nova Hollandia* spectatur, colonjis hodiedum carens, ab Hollandis ante annos ferè 90. detecta. 1. *Guinea Nova* sub insulis Latronum, quæ A. 1528. se Hispanis obtulit: Huic subjicitur *Carpentaria* à Carpentario Hollando inventore nomen nacta. 3. *Quiri* Regio seu *Terra Australis Spiritûs sancti* insulis Salomonis opposita, A. 1606. à Ferdinando Quiro Hispano inventa. 4. *Diemeni* Regio ab Antonio Diemenio Hollando A. 1642. detecta. *Nova Seelandia* anno eodem ab Hollandis. 5. *Terra del Fuogo*, id est *Terra ignis*, seu *ignium* regio, subjecta terræ Magellanicæ Insula, quam An. 1520. Ferdinandus Magellanes Lusitanus & A. 1616 Jacobus le Maire Hollandus navigjis circumvectus est; postremus etiam hìc An. 1616. caput *Hornanum* detexit.

Hæc de 4. orbis partibus, ac terris incognitis strictim data sufficiant, neque enim plura in universa Hübneri Geographia est reperire; imò nationum ritus, terræ fertilitatem, aut inopiam, ac gubernii ubivis rationem hìc non obscurè intelliges. Asserta singula Auctorum nomine insignita cerneres, si compendii ratio non vetuisset. Nè tamen fidem neges,

accipe

accipe ſcriptores, è quibus præcipua ad locorum, nationum, ac Principum notitiam attinentia, huic libello ſunt inſerta, ſúntque *Joannis Hübneri* quæſita ex veteri, & nova Geographia, ejuſdémque Lexicon ſtaticum, *Budæi* Lexicon Hiſtoricum; *P. Georgii Fournier S. J.* Hydrographica, & Geographica orbis notitia *Joannes Aubanus Boh.* de gentium moribus, ritibus, locorúmque ſitu, *P. Petri Maffæi S. J.* Hiſtoriæ Indicæ, *Danielis Cellarii* orbis univerſi deſcriptio, *Bernardi Varenii* Med. Geographia Generalis, *Petri du Val* Geographia, *R. P. F. Conradi Hietling* ex Ord. Seraph. Iter in Palæſtinam, *Auctoris Anonymi* Topographia magni regni Hungariæ ed. A. 1718. *P. Philippi Brietii S. J.* Annus Chronologicus, *Zachariæ Hogeli* Horologium Hiſtoricum, *P. Samuelis Timon S. J.* Hiſtoria regni Hungariæ. Ex his, aljíſque, quæ videbatur ſeleĉtiſſima, deprompta ſententia eſt, ac nè error quiſpiam, fors ob regionis ſitum irreperet, mappæ tum *Joannis Veigelii*, tum *Danielis Cellarii* cum ſolertia ac improbo labore inſpectæ.

F I N I S.

INDEX.

Y   Agram.

Ama-

Atho-

B.

Beth-

Bour-

Bur-

Ca-

Cicut.

Co-

S. Cru-

Dum-

Erns.

Gel-

Hartzb.

I.

Iler-

K.

Lan-

Z 5 Lich.

Lui-

Ma-

O.

S. Pa-

 Pe-

Por-

Q.

R.

Schoën-

Aa 5 Sy-

O. A. M. D. G.

